Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Albert Grawer

Absurda, Absurdorum Absurdissima, Calvinistica Absurda. hoc est, Invicta Demonstratio, Logica, Philosophica, Theologica, Aliquot Horrendorum Paradoxorum Calviniani Dogmatis In articulis de persona Christi, Coena Domini, Baptismo & Praedestinatione filiorum Dei

Magdeburgi: Francus, 1605

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0001
Mecklenburg
Vorpommern

KB NB 0207.1-3

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0002
Mecklenburg
Vorpommern

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0003
Mecklenburg
Vorpommern

Nr. 44

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0004
Mecklenburg
Vorpommern

O TEVFFENBACHI, quis te cordatior alter?
Sospite te tellus Hunnica sospes erit.
Docte GRAVERE gravi tu zelo prælia cœli
Dissere: militia hæc mille trophæa dabit.
Este Viri: Martem comitetur gloria vestrum:
Fama graveis clarat Marte vel Arte viros.

M. Ioannes Bocatius P. L.
Ludirector Epperiesinus.



Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0005
Mecklenburg Vorpommern

ABSVRDA, ABSVRDORVM ABSVRDISSIMA, CALVINISTICA ABSVRDA.

hoc est,

INVICTA DEMONSTRATIO, LOGICA, PHILOSOPHICA, THEOLOGICA, ALIQVOT HORRENDORVM PARADOXORVM CALVINIANI DOGMATIS IN articulis de persona Christi, Cœna Domini, Baptismo & Prædestinatione filiorum Dei,

scripta à

M. ALBERTO GRAVVERO ILLVSTRIS GYMNASII EISLEBIENS. DN. COMITVM MANSFELDENS. Rectore pro defensione Belli sui Calviniani.

ADVERSVS.

Falsò sic dictam Panharmoniam Christi & Calvini scriptam à Calvinianis quibusdam superioris Hungariæ & Bello Calviniano oppositam

CVM

PRÆFATIONE APOLOGETICA COLLOQVII privati cum Amlingo in arce Schochvvitzio habiti adversus cuiusdam spongiosi hominis Spongiam, quâ se Amlingum defensare scribit.

Quodcunq; dogma Deum facit autorem peccati, non est ex Deo.

Calvinianum dogma Deum facit autorem peccati, vide cap. 5.

Ergo Calvinianum dogma non est ex Deo.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO &c.

Magdeburgi apud Iohannem Francum. 1605.

Regionalbibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0006
Mecklenburg Vorpommern

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS ET CONSVLTISSIMIS VIRIS, DOMINIS CONSVLIBVS & Senatoribus Inclytæ Reipub. Rostochiensis Dominis & patronis meis singulariter colendis. S.

GRAVISSIME DIVVS APOSTOlus 2. Corinth. 6. inquit: Quod consortium iustitiæ cum iniustitia? aut quæ communio luci cum tenebris? aut quæ concordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Id quàm verum sit Calviniani homines suo exemplo comprobant, sicuti & ego in hoc meo libello Apologetico luculenter docui, dum invictis argumentis ostendo, nullam omnino communionem esse CHristo cum impio Calvinianorum dogmate. Quapropter non incommodè ad multos hoc seculo Calvinianam religionem in gratiam diversi sæpe Magistratus simulantes & dissimulantes accommodatur gravissima Filij Dei vox Apocalyps. 3. dicentis: Scio opera tua, quia neq; frigidus es neq; fervidus: utinam frigidus esses, aut fervidus: itaq; quoniam tepidus es & nec frigidus, nec fervidus, incipiam te evomere ex ore meo. Vobis autem Viri Magnifici & Amplissimi cur hanc meam Apologiam

Regionalbibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0008
Mecklenburg Vorpommern

inscribere voluerim causa est non levis: in vestra namq; celeberrima Academia, quam vos ipsi EX PARTE magnis fovetis sumtibus, non solùm initia veræ philosophiæ à clarissimis viris Dn. Doctoribus, Henrico Brucæo, Matthia Flacio. p. m. & Nicolao VVillebrando consobrino meo: sed etiam fundamenta purioris & sincerioris Theologiæ à magnis illis Viris & Theologis celeberrimis D. Dauide Chytræo, D. Simone Pauli, D. Davide Lobechio p. m. & D. Valentino Schachtio viro gravi & pererudito didici: eandem beati illi viri professi sunt & partim adhuc profitentur doctrinam, quam in hoc meo scripto Apologetico propono: nec hodie in vestra Academia aliud proponi compertum habeo. Miror autem quod Anno 1596. in vestra urbe evulgatus est tenebricosus quidam phosphorus cuiusdam Eilhardi Lubini (hominem non novi, nec quod genus literarum seu disciplinæ sectetur scio) in quo non obscura Calviniani dogmatis semina sparguntur: sic enim in cap. ultimo scribit: Necessarium erat, ut esset malum, ut immensa Dei bonitas in omnibus maximis & minimis & ESSET & INNOTESCERET (Egregia mehercle causa) Et Paulo post: Necessarium erat, ut PECCATVM esset, id est, ut spirituales intelligentiæ in malum inciderent, id est, ut Spiritus vel Angeli & homines lapsi vel misericordiæ Dei, vel eiusdem omnipotentiæ, iusticiæ, id est bonitatis Dei quæ sine HIS NVLLA ESSE poterat, (En aures Calvinianas) documentum essent & specimen. Item cap. 5. scribit: Si Deus mendacia, furta, homicidia, parricidia omnium tuâ sententiâ iniustissima vellet & hominibus imperaret,

imperaret, non solùm illa mala non essent, (legatur: imò, Lubine, mala essent, quia non lege solùm; sed suâ naturâ sunt mala: & si Deus illa vellet sive imperaret, non esset Deus. Nimis es absurdus) sed insuper optima & iustissima forent. Hactenus ille. In quibus verbis apertus Calvinismus de causa peccati continetur, ut fusius docui in sect. 1. 2. 24. 25. 26. 27. 28. Cap. 5. ubi similia Calvinianorum verba allegavi. Non attingo quæ ineptè & impiè de NIHILO, quatenus ENTI opponitur, sophisticatur, quæ alibi accuratius examinabo. Scio hæc, quæ ex Lubino commemoravi, [illegible] veberrimæ vestræ Academiæ Theologis, Ecclesiarum vestrarum Ministris, inter quos honoris gratia, nomino M. OsWaldum Schledanum amicum meum sincerum, & quibusdam etiam Philosophis, quos aliquot annos docentes & concionantes audivi, non probari. Hac itaq; inscriptione, dum gratitudinem animi mei tanquam Academiæ vestræ quondam alumnus significo, nullus dubito, quin æquo & benevolo animo hoc scriptum meum sitis accepturi & lecturi. Valete Viri Magnifici, valete Viri Amplissimi. Eislebij Anno 1604.

V. M.
& A.

addictiss.

M. Albertus Gravverus.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0010
Mecklenburg Vorpommern


Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0011
Mecklenburg
Vorpommern

PRAEFATIO APOLOGETICA AD CHRISTIANVM & candidum Lectorem.

DVO PRÆMITTO: OCCASIONEM HVIVS MEI scripti Apologetici: & brevem confutationem ſpongiæ cuiuſdam ſpongioſi hominis, cuius nomen reticeo, ne repetitione nauſeam ipſi creem, quâ Serveſtanum Amlingum ſalvare voluit. Quod prius: Vocabar Anno 1595. Chriſti (commendatus à Clariſsimo & graviſsimo illo magni nominis Theologo D. Egidio Hunnio, cuius memoria ſit in benedictione) à Magnifico & Generoſo Domino, Domino Gregorio Horvvath, aliter Stanſith, Libero Barone de Gradetz, Domino in Neerer, Schvvaboltz &c. p. m. Heroë literatiſsimo, in ſuperiorem Hungariam (provinciam vocant Scepuſium) ut Gymnaſio, quod propriis ſumtibus unicus fovebat atq; ſuſtentabat, docendo Theologica ſimul & Philoſophica (ut literæ vocationis teſtantur) præeſſem: vocabar ſimul ad Rectoratum ſcholæ Leutſchovienſis, quæ vrbs Metropolis eſt Scepuſii: ſed conſilio Præceptoris mei p. m. D. Egidii Hunnii vocationi priori parebam. Vix ingreſſus Hungariam incidi in hominem Calvinianis ſordibus inquinatum, corpore & animâ claudicantem, Sebaſtianum Lamium, qui ſe falſò Sebaſtianum Ambroſium à prænomine parentis ſui vocitabat, cum quo nutu ac voluntate Magnifici ac Generoſi mei Domini, Domini Gregorii Horvvathi &c. duabus vici- *Occaſio certaminis.*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0012
Mecklenburg Vorpommern

bus in privatis colloquiis in arce Keiſmarcenſi præſentibus Magnificis ac Generoſis Dominis, Dominis Gregorio Horvvatho &c. ac Sebaſtiano Tokeli &c. ac aliis quibuſdam nobilibus ac paſtoribus congrediebar: Bis Lamius iſte, homo aliàs iactabundus, turpiter ſe dabat, unde autoritas ipſius non parùm imminuebatur, in primis fœtere incipiebat ſuis auditoribus, qui puræ ac incorruptæ religioni erant addicti, propter Magiſtratum autem Caluinianum hunc lupum ferre cogebantur. Quod perſentiſcens homo verſutus ac verſipellis moliebatur conſignationem quandam iſtorum colloquiorum mendaciis putidiſsimis perſtrepentem, eamque hinc inde ſpargebat. Quia verò argumenta illa, ad quæ obmutuerat, planè erant omiſſa, iuſſu & voluntate Generoſi mei Domini, congeſsi eadem, non plura, in chartas, ac Typographo dedi Anno 1596. Oppoſuit reſponſionem quandam Anno 1598. Lamius, in quâ plura παράεργα, quàm ἔργα, pro more horum hominum, Serveſtæ excuſam, quam eodem Anno ſolidâ & modeſtâ confutatione Bartphæ in ſuperiori Hungaria typis exſcriptâ excepi, & quidem ita, vt Lamius nihil hactenus (vixit autem adhuc aliquot annos poſt evulgationem meæ Apologiæ) opponere potuerit. Rogabar etiam à multis ibidem, qui linguam Latinam non intelligebant, vt Germanicum ſcriptum (Keiſmarci enim in publicis exercitiis tantùm eſt uſus Germanicæ linguæ) Lamio opponerem, quod & eodem Anno feci tractans articulum de cœna Domini, illudq; liberis civitatibus ſuperioris Hungariæ γνησίως Lutheranis inſcribebam. Hoc ſcriptum etiam Anno 1598. Lamius allatravit, ſed fruſtra, ut in Apologiâ meâ Germanicâ invictis argumentis evici. Hoc ſtudium meum, qualecunq; etiam fuit, grato animo acceptârunt omnes, qui iſtis in locis, noſtræ orthodoxæ ac verè Catholicæ doctrinæ adhærent:

ſunt

sunt autem illi non pauci: nam, ut non dicam de civitatibus, quæ paucis exemtis, Augustanam confessionem puram ac incorruptam amplectuntur, multi comitatus, ut Liptoviensis, Arvensis, Bietzensis, Turocensis, Scepusiensis, Saroſſensis, &c. ac ferè omnes Sclavi Regno Hungariæ subiecti, pauciſsimis Eccleſiis exceptis, Calvinianum dogma de cœna Domini detcſtantur. Non pauci autem ex his Spiritum Calvinianum non plenè & exactè noverant, hac opinione imbuti, quod Zvvinglii aſſeclæ duntaxat doctrinam de perſona Chriſti, & cœna Domini ſuis corruptelis ac ſophiſticationibus depravarent, quibus cum ocularitèr ex ſcriptis Calvinianorum monſtrabam, longè craſsiores in Theologiâ Calviniſticâ errores proponi ac ſpargi, nempe in articulis de Baptiſmo & Prædeſtinatione, mirabantur non ſolum horum hominum extremam impietatem, ſed precibus inſuper ac hortationibus apud me inſtabant, ut brevem ſynopſin doctrinæ Calvinianæ conſcriberem, propterea quod ſcripta noſtrorum Theologorum in iſtis locis non ſunt omnibus obvia. Tandem poſt multam deliberationem annui. Aggrediebar laborem: ſed ecce in medio curſu præmaturâ morte extinguebatur piiſsimus ille Heros, Magnificus ac Generoſus Dominus meus, Gregorius Horvvath &c. unde non exigua mihi iniiciebatur mora, quod reditum meditabar in Germaniam. Vocor autem interim ternis literis Caſſoviam Metropolin ſuperioris Hungariæ ad munus Rectoratus, cui etiam ſcholæ biennium præfui, diutiusq; præfuiſſem, niſi præſentiſſimum periculum, quod nobis ob vicinitatem hoſtis Chriſtianorum Turcæ poſt captam Agriam imminebat, me diſcedere iuſsiſſet: prævidebam ſimul id malum, quomodò Hungaria præmitur. Caſſoviam veniens evulgo Antitheſin doctrinæ Chriſti & Calvinianorum in 4. Articulis de perſonâ Chriſti, Cœnâ Domini, Baptiſmo & prædeſtinatione, quam bellum Calvini & Chriſti inſcripſi,

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0014
Mecklenburg Vorpommern

4. Anno 1597. produxi propria illorum verba bonâ fide ex illorum libris allegata, & insuper marginales notas, quæ brevem continent refutationem, adieci. Hoc scriptum malè Hungaros Calvinianos, qui infra Cassoviam commorantur, habuit: quamdiu autem in Hungariâ fui, nihil responderunt. A discessu meo Anno 1599. oppossuerunt mihi virulentissimum scriptum, horrendis calumniis ac mendaciis crassissimis, sophisticationibus non paucioribus plenissimum, quod insigniunt titulo satis splendido, vocantes Panharmoniam Christi & Calvini, quam tamen esse meram διαφωνίαν & ἀντιφώνησιν invictis argumentis in hoc meo responso docui. Quæret quispiam, cur itaq; alios etiam Calvinianos notaverim, si mihi cum Hungaris (non loquor de omnibus: plures namque Magnates nostræ religioni favent, inter quos honoris gratiâ nomino Illustrem ac Generosum Dominum, Dominum Georgium Turssonem, Comitem comitatus Arvensis & Bizensis, &c. cuius clementiæ indicia non obscura sensi, ut taceam reliquos Dominos Turssonis, Derski, Humanei, Nadasdi, Revvay &c. alios Barones complures) res sit, is sibi hoc responsum habeat: Calviniani suum scriptum compilarunt ex Zacharia Visino, Petro Martyre, Pezelio, Sadeele &c. ad quos etiam passim provocant, nec solidi quicquam ad mea argumenta responderunt, coccysmos suos repetierunt, sophisticationes illas antiquas & diu protritas, ac solidissimè à Præceptoribus meis confutatis, pro gemmis venditarunt. Cum itaque eandem cantilenam ex iis Autoribus repeti viderem, non absre putavi me facturum, si dogmata Calviniana ex iisdem autoribus proponerem, ac oculari demonstratione ad impossibile & absurdum deducerem. Tanta enim portenta, ac tot & tanta absurda dogma Calvinianum continet, ut quis meritò miretur homines inveniri, qui illud propagare audeant.

In

In Calviniana Theologia te oportet credere, *Propositionem esse Tropicam, cuius omnes & singulæ partes ab omni Tropo sunt liberæ, Panis est corpus Christi, idem valere, quod, Panis est panis, & panis est signum corporis Christi, Deus est homo, idem esse, ac si dicas, humanitas Christi est homo, Christum uno duntaxat certo loco esse θεάνθρωπον, Deum & hominem, in cæteris locis omnibus esse duntaxat Deum, dimidium Christum esse in terris, totum in cœlis, corpus Christi tantum esse in cœlo, & tamen verè esse in cœnã, quæ non fit in cœlo, sed in terris* (nam iuxta Calvinianam Theologiam duo contradicentia possunt esse simul vera) *indignis cœnã Domini non esse cœnam Domini, sed prophanationem cœnæ Domini, prophanationem eius rei, quæ non est, carnẽ Christi verè fuisse præsentẽ in veteris Testamenti sacrificijs & Sacramentis, carnẽ Christi ita nobis in cœna esse præsentẽ, ut fuerit præsens Patribus veteris Testameti, verè præsens esse id, quod nondũ actu, est, Patres in veteri Testameto idẽ accepisse, quod nos in sacrâ cœna percipimus, etiã quoad substantiã, exceptis externis symbolis, Duos esse baptismos, regenerationẽ esse partẽ substantialem baptismi, & tamen quosdam, qui integrum baptismũ percipiunt, non regenerari, & tamen unum esse baptismum* (iuxta illud: Duo contradicẽtia sunt simul vera in Calvinianâ Logicâ) *Non minùs ritè alio QVOVIS liquore, quã Aquâ in casu necessitatis baptizari, loco panis in cœna Domini posse usurpari, quid vis, quod analogiam panis habet, ibi ubi non est usus panis, aut nullus est panis, ut in quibusdã locis in novis Indijs occidentalibus, ubi radicibus* (quemadmodũ referunt) *loco panis vescuntur,*

Absurdæ Calvinianæ dogmatis.

NB.

euntur, radices usurpari poterunt iuxta Calvinianos, Infantes baptizatos nec regenerari, nec fidem habere, & tamen quosdam in infantili ætate salvari, salvari infantes per semen ac radicem fidei, salvari absq; propria fide, salvari fide parentum piorum, parentes suâ fide sibi ac suis liberis apprehendere
" salutem, Deum velle peccata hominum, Deum ordinare ac im-
" pellere homines ad peccata, Deum destinare homines ad cau-
" sas damnationis propter solum suæ voluntatis arbitrium, De-
" um aliquos reprobasse ad interitum non ob aliam causam, nisi
" quia ei ita placeat, Deum ob alias causas elegisse homines ad
" salutem, & ob alias causas in tempore eos salvare, Deum ob
" alias causas decrevisse quosdam homines damnare, ob alias eti-
" am causas in tempore damnare, necessitatem peccandi esse non
" nisi à Deo, Deum externo verbo velle id, quod propriè non
" vult, Deum externo verbo quosdam homines invitare ad cæ-
" nam cœlestem & pœnitentiam, quos tamen simpliciter nolit
" salvari, Christum non esse mortuum pro omnibus ac singulis
" hominibus, non satisfeciisse pro omnium ac singulorum homi-
" num peccatis, reprobos idcirco damnari, quod noluerint crede-
" re in Christum, qui tamen illorum causâ non venerit in hunc
mundum, quiq; pro illis non satisfecerit &c. Hæc & similia longè plura portenta, quæ solidè demonstravi in hoc responso, te credere oportet in Theologia Calvinistica. Nec eis per calumniam hæc attribuo, quod lector candidus reipsa experietur, ut illi nobis per impudentissimam calumniam affingere & affricare solent, nescio quam infinitatem & im-
NB " mensitatem corporis CHRISti, nescio quam ubiquitatem,
" quâ corpus Christi expandatur & extendatur in omnia

Mun-

Mundi loca, nescio quam inclusionem corporis Christi in pane, nescio quam duplicem omnipotentiam & Deitatem, &c. Quæ omnia à Calvinianis sunt conficta, nec ullâ ratione vel apparenter verâ ex scriptis nostrorum Theologorũ demonstrare possunt. Candidè itaq; nobiscum agere debebant, ac sententiam nostram nostris verbis & in nostro sensu, non in eo, quem illi affingunt, proferre: inprimis personalia abesse decebat, & tantum de re ipsa agere, quod me in præsente responso præstitisse Christianus lector deprehendet. Quod Logicos & Philosophicos terminos in hoc scripto adhibui, Logicè etiam disputavi, id factum ob duplicis generis homines: quosdam qui, ut Calviniani, nõ nisi semper ruditatem & inscitiam Logicæ ac Philosophiæ nostris hominibus obijciunt, sibiq; solis profundam ac nescio quã transmarinam Philosophiæ sanioris cognitionem attribuunt: alios, qui Calvinismum Theologicè pudefactum & explosũ Logicè palliari & reduci scribunt, quiq; aliquid Logicè & Philosophicè verum esse docent, quod Theologicè sit falsum, hoc est, idem simul esse & non esse, de quâ re alibi: utrosq; aberrare volui ostendere. Protestor etiam mihi *hîc non esse negotium cum integris Ecclesijs, quas non prorsus damno, scio multos in illis inveniri, qui dogmata Calvinianorum non probant per omnia,* multos esse, qui quod siniſtrâ manu porrigitur, dextrâ accipiunt: sed cum ipsis *dogmatistis*, ut loquuntur, qui in suis scriptis commemorata paradoxa absq; ullâ pietate defensare conantur. Tantum de priori. Accedo ad posterius.

Anhalti Theolog inprimis personal tractant quod ce magnum indicium malæ ca sæ: ea q rem conc nunt, & non quæ personar respiciun tractare debeban

D. H in disput. d Deo & Ch sti person Thes. 18

Vicesimo quinto Februarij superioris anni 1604. vocabar à Nobilissimo viro Dn. Christophoro Schulenburgio in

Occasio Colloquij cũ Amlingobabits.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0018
Mecklenburg Vorpommern

gio in arcem Schochvviz Comitatus Mansfeldici, ut conviva ipsius essem, non alio fine, quod restantur literæ invitatoriæ: non sciebam adfuturum Amlingum: ex rumore aliquid perceperam: certi nihil habebam. Comparebam. Vix adveneram, adventabat & Amlingus cum pastore Ballenstedensi. Mirabar conventum, mirabar eventum. Tempore cœnæ assidebamus mensæ: primùm de politicis sermo erat, postea & Theologica movebantur, sicuti & sequente die in prandio quæstiones Theologicæ nō parvi momenti occurrebant. Respondi pro viribus. Domum rediens multi ex me scisitabantur, quid ibi actum fuerit se intellexisse, Amlingum ibi adfuisse, *ac falcem in alienam messem misisse*: referebam bonâ fide: ab amicis etiam rogabar, ut consignarem: petitioni satisfeci, idq; facilius facere poteram, *quia ipsa capita jam Schovvitij consignaveram*, ac amicis communicavi, quæ postea quidam Studiosus Theologiæ typis evulgari fecit. Huic designationi privati istius colloquij convivalis oppositit quidam terræ filius spongiam, quâ se maculas Amlingo per istud colloquium aspersas abstergere dicit. Non judicavi chartam istam elumbem peculiari responsione dignam, cum quilibet ex collatione colloquij ipsius & nimis siccæ istius spongiæ videat nihil ad argumenta mea responsum: illa solùm, quæ Amlingus coram obijciebat, quæq; mox confossa sunt, repetita esse, nisi quod calumniæ sunt additæ: *multa namq; personalia, quæ rem ipsam non concernunt, tractat, quod est indicium malæ causæ*: In hac itaq; præfatione breviter ea confutare volui. Objcit me non veritatem: sed inanem eruditionis gloriam quæsivisse, meminit certaminis

mei

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0019
Mecklenburg Vorpommern

mei cum D. Oleario, quod nihil ad Calvinianos, & alio- 9
rum quorundam, ad quæ & similes calumnias unico verbo respondeo: *esse editionem secundam ac nimis auctam, & minus emendatam*: & unde hic homo, qui se interfuisse negat, novit? ex Amlingo? huic tantum fidei habeo, quantum Cretensi mendaci: nam qualis pater, talis filius: Quod vel inde patet, quod D. Olearij in meniâ nulla prorsus facta est mentio, ut fingit ista charta: sed ante cœnam in superiori hypocausto, ubi referebatur D. Olearium etiam adventurum, qui tamen, etsi vocatus, negotijs necessarijs impeditus non comparebat, sermo de ipso fiebat, qui tamen nihil pro Calvinianis: quæ enim vel ego vel alij cum D. Oleario egimus, nihil concernunt per se certamen Calvinianum: De illis itaq; vel in utramq; aurem, vel utrumq; oculum, ut cum Comico loquar, dormiant. Sed nolo ad omnia respondere personanalia: De re ipsa agam & respondebo, nolo enim istis παρέργοις lectori esse molestus, quod etiam adversarij facere debebant. *Nam quæ personam concernunt, etiamsi vera esse possint, quæ sæpe sibi invicem objiciunt disputatores, rei tamen veritatem & causam per se nec lædunt nec probant. Quod si vellem par pari referre, non pauciora Amlingo, & quidem verius, objicere possem: sed nolo* κακολογεῖν *more illorum.* Primò fabulatur charta (cujus Autorem esse Amlingum, non obscura sunt indicia) me fecisse contra jura humana, quæ τοὺς ἅλας ἐς τὴν τράπεζαν μὴ μεταβαίνειν jubeant: & divina, quæ priùs commonefieri errantem, quàm traduci velint, nedum innocentem damnari. Respondeo ad utrumq; : illa jura humana non valent in omnibus, *inprimis non valent in causa* I.

religionis & quæstionibus fidei: De his enim ita semper debemus loqui, ac si publicè loqueremur: Christus Pharisæorum conviva fuit: (appellat autem charta epulas istas Schulenburgij Pharisaicas: quod autem Schulenburgius nos ut Pharisæus invitaverit ego non dixerim) nec tamen ea, quæ in mensa acciderunt & disputata sunt, reticuit. Nihil ideoq; ad causam religionis: *Quilibet Christianus in rebus fidei quolibet tempore paratus esse debet ad respondendum cuilibet petenti* 1. Pet. 3. Nec jura divina violavi: Amlingus enim ita errat, ut multoties fuerit admonitus à Theologis nostris, quibus solidi quicquam hactenus respondere non potuit, quod vel ex unius D. Iohannis Mattæi scriptis apparet, qui tam nervosè straminea argumenta Amlingi confutavit, ut Amlingus confusus jaceat corã totâ Ecclesiâ orthodoxâ. Nec Amlingus innocens damnatur: quod tot scripta nostrorum Theologorum ostendunt: imò non innocens, quem ego errorum manifestè convici in isto privato colloquio, ut omnes, qui adfuerunt testabuntur, & paulò post monstrabitur. Secundò negat fuisse colloquium, cum Amlingus siluerit, ac cum tædio audierit me loquentem κενόδοξα, non fuerint certæ conditiones colloquij, nõ designati interlocutores, nec tempus & locus, nec adhibiti qui consignarent verba & argumenta, appellat colloquium fictum, mendaces chartas. Mirum hominis ingenium: non quit discernere essentiam ab accidentibus? Circumstantiæ illæ non sunt de essentia colloquij. Quæro ex Amljngo, *an hæ circumstantiæ omnes observatæ fuerint in colloquijs Christi & Pharisæorum? An idcirco nõ fuerunt colloquia? debebat homo iste nosse discrimẽ inter colloquia solennia & publica, & colloquia privata, quæ per accidens & inciden*

ter in

têr in convivijs fiunt, in quibus illæ circumstantiæ non omnes occurrunt, nec requiruntur, nec tamen desinunt esse colloquia: Colloquuntur enim personæ. Quod autem putat ejusmodi colloqura non divulganda, accusat Christum & Apostolos, qui ejusmodi privata colloquia cum Pharisæis habita etiam in convivijs, divulgârunt: non sunt Politica: sed Theologica, de quibus semper ita debemus loqui, ac si publicè loqueremur, Sed dices: Amlingus siluit. *Concedo siluisse, quoties respondere non potuit. Accepto itaq; confessionem adversarij, quod non rarò obmutuerit. Prorsus autem non siluit, quia ipsa adversarij charta fatetur, Amlingum concessisse hanc propositionem Nulla hypostasis est extra id, cujus est hypostasis,* item contra ubiquitatem objeciſſe historiam symboli Apostolici: imò non audet negare quicquam â me in consignatione positum, quod testabuntur illi, qui interfuerunt: intererant autem nostræ religionis homines D. Andreas Tallingerus Consiliarius Mansfeldicus, Georgius Regebrandus Pastor Ecclesiæ Querfurtensis cum suo Filio, & civis quidam Islebiensis literatus, ad quorum etiam Testimonium in ipsâ consignatione colloquij provocavi: imò conscientia Amlingi, si quã habet, testabitur me nihil consignasse, quod nó venerit in disputationẽ nostram: maximum autem argumentum est, quod charta adversarij respondere volens ad omnia mea argumenta tamen negare non audet hoc vel illud fuisse pro positum in colloquio. Cur igitur appellat mendaces charas? forsan ideo, quod non fuerit tale colloquium, quale adversarius descripsit cum omnibus circumstantijs: At hoc jam disputi. Certè satis loquax erat Amlingus, quoties respondere poterat: confusus autem tacebat, quia quod

,, responderet, non occurrebat. Novi etiam Amlingum â me petijsse, ut ne evulgarẽ, quæ ibi dicta erant: sed cur hoc petebat? sciebat se provinciam suam malè administrasse. Cur non diuulgarem, quæ in quæstionibus fidei moventur? sed lubet hîc quærere unũ: Quid negotij erat Amlingo Schochvvitij in comitatu Mansfeldico? Respondet spongia his verbis: *per literas graviter & officiosè petierat ab Amlingo Christophorus Schulenburgius ædis Havelbergensis cathedralis præpositus, ut sibi adduceret, cujus operâ in arce suâ uteretur habendis concionibus.* Hactenus spongia. Habemus reum confitentẽ. Si hoc fine vocatus Amlingus, cur comparuit? cur ejusmodi hominẽ adduxit? adducebat autem quem etiã concionantem audivit mecum, qui Amlingus adeò devotus erat ac pius, ut præ nimiâ devotione etiam in templo, quando verba Evangelij prælegebantur, vel nomen Iesu exprimebatur, ne caput quidem aperire posset, qui tamen hypocaustum Nobilis ingrediens apertũ habebat caput: verùm forsan Magicũ & Pontificium hoc est Amlingo, caput in Templo aperire, de quâ re alibi: novi .n. glossam Calvini & Danæi super locũ Philip 2. Sed ad rem. *Cur inquã Amlingus hunc adduxit, cur falcem in alienã messem misit? Estne Amlingus vel Episcopus vel Superintendens Mansfeldici Comitatus?* Negant omnes, negat ipse. An non scivit Mansfeldici comitatus pro tempore generalẽ Superintendentem esse Reverendum & Clarissimum Theologũ Dn. Doctorẽ Christophorum Grunerũ Calvinianas quisquilias ore, calamo & corde damnantem? optimè novit *An nõ scivit Ecclesiã Schochvvizensen esse in comitatu Mansfeldico? Noverat optimè: noverat suæ inspectioni non fuisse commissam. Sciebat optimè Schochvvitianã Ecclesiam Consistorio Eislebiensi esse subjectam: cur*

itaq

itaq; Amlingus ἀλλοτριοεπίσκοπος, ut Petrus 1. Ep. 4. loquitur, factus? Nec illa vocatio, quod Amlingus optimè novit, fuit sufficiens: sciat etiã Amlingus, quod hoc factũ Dn. Comitibus Mansfeldicis, *quorum Iurisdictioni*, nõ loquor de jure patronatus, *Ecclesia Schochwizensis est subjecta, nõ placeat: non ferunt enim illi religionẽ Calvinianam in Comitatu Mansfeldico.* Nec est ut objiciat Amlingus, fuisse vocatum in arcem, nam ut non dicam, quod hoc nihil ad rem, novit optimè Amlingus, quod concionẽ habuerit nõ *in arce, sed in templo pagi in congregatione omnium rusticorum istius pagi.* Talia itaq; cũ Amlingus præter vocationem justam, sufficientẽ & legitimã tentarit in propriâ suâ conscientiâ convictus, *cur non jure ea divulgarem, quæ ibidem Amlingus nostræ religionis hostis mecum locutus est?* Sed, N mitto hæc tanqnam πάρεργα, quæ tamen monere debui, ut ostendam me nõ peccasse evulgatione colloquij istius privati. Tertiò accedit ad rem ipsã & adhuc conqueritur de omissione verborum in 1. Ioh. 5. Tres sunt qui in cœlõ testimonium perhibent, Pater, Sermo & Spiritus, & hi tres vnum sunt. Omissum esse novimus, non culpâ Lutheri, sed illorũ qui sustulerant. Quia autem non in omnibus exemplaribus Græcis legebantur, Lutherus etiã ea, suo consilio usus, vertere noluit. Non itaq; respexit ad solum Erasmum, ut Amlingus nugabatur (qui revera hoc movens occasionem colloquij præbebat, utut neget charta, liberius etiam loquebatur Amlingus, quia non noverat nos, putabat nos adeò rudes esse, ut illa non intelligeremus; vel ut charta loquitur, nos sibi ὁμοφίλους esse in religione) sed & ad alios codices: imò non Calvinus: sed alij ante Calvinum hunc locum restituerunt, & Erasmus etiam ante Calvinum de hoc loco dubitauit.

Quod

Quod autem charta meminit, Calvinum hunc locum vindicassu in lucem ab hæreticis, id ita candidus lector intelligat, *Calvinum hunc locũ Arrianâ glossâ corrupisse, quod sic ostendo:* Verba Calvini super hunc locum Apostoli sunt hæc: *Quod dicit, tres esse unum, ad Essentiam NON refertur, sed ad consensum potius, ac si diceret se Patrem & æternum Sermonem ejus, ac Spiritum symphoniâ quadam Christum pariter approbare. Itaq; nonnulli codices habent* εἷς ἐν: *verùm etsi legas* ἓν εἶσιν, *ut est in alijs exemplaribus: non tamen dubium est, quin Pater, Sermo & Spiritus eodem sensu dicantur unum esse, quo postea Sanguis, Aqua & Spiritus.* Hactenus Calvinus. Georgius Blandrata Arrianus in disp. 2. Albana & colloquio Transsylvanico Albæ Iuliæ habito & Claudiopoli excuso Anno 1568. in actis 2. diei sic inquit: Si D. Petro Melio licebit, unum pro una Essentia interpretari, liceat & nobis Iohannis verba, mox eadem phrasi subsequentia, pari modo interpretari, diceréq; Spiritum, Aquã & Sanguinẽ unum esse, id est, unã essentiam. Hactenus Blandrata. Regerit quidem spongia Calvinum non excludere unitatem Essentiæ, sed potius includere, cum ex unitate consensus seu voluntatis inferatur τὸ ὁμοούσιον. Verum verba allegata Calvini contrarium volunt: scribit namq; erpresse, hæc verba, tres unum sunt, *non referri ad unitatem essentiæ*: excludit itaq; in hoc loco: Item ait, *Eodem sensu unum dici, quo sanguis, Aqua & Spiritus unum dicuntur*: quæ interpretatio ad unguem est Arriana. Non est quæstio, quid senserit Calvinus de Trinitate in alijs locis, in quibus scimus illum Arrianum dogma oppugnare, sed hoc conquerimur, quod illa scripturæ dicta, quibus utuntur Theologi Orthodoxi contra Arrianos ad probandam unitatem essentiæ

sentiæ divinæ, glosis Arrianis corrumpit & depravat, sicuti & hoc dictum Iohannis corrupit. Non negamus de unitate testimonij & consensus hæc verba Iohannis posse accipi: sed quod non debeant ad unitatem essentiæ referri, & quod eodem sensu Pater, Sermo & Spiritus sanctus hîc dicantur unum, quo Aqua, Sanguis & Spiritus, ut Calvinus vult, hoc est, quod tanquam Arrianam glossam & interpretationem in Calvino damnamus, quod ut clarius videat Amlingus, oppono ei locum Zanchij, quem magnopere commendabat in isto convivio Schochvvizensi, quemq; tanquam socium suæ religionis non reijciet ex lib: 5 de Tribus Elohim, partis prioris cap. 3. pag. 294. edit. Neostad. ann. 1604. Sic autem Zanchius scribit: Nimis verò aperta sunt testimonia in cap. 5. Tres sunt, qui testificantur in cœlo: Pater, λόγος, Spiritus Sanctus: & ij tres unum sunt. Non ait διὰ τὸ ἕν, ut postea dicet de Aqua, Spiritu & Sanguine, vers. 8 sed ait, Vnum sunt. *Ergo non tam testimonij consensione, quàm essentiâ & Deitate unum sunt.* Sunt enim ita tres ij unum, sicut & Filius de se & Patre dicebat: Ego & Pater unum sumus. Item testimonium horum trium vocat testimonium Dei. Hactenus Zanchius discipulus Calvino præceptori expressè contradicens. Approbamus autem Zanchij interpretationem tanquam veram, Calvini autem, qui negat verba Iohannis referenda ad unitatem Essentiæ, tanquam Arrianam repudiamus. In ipsâ velitatione Amlingus ipse fateri cogebatur, locum illum Iohannis plus dicere, quàm unitatem testimonij, quod ut verè proferebat, ita etiam Calvino contradicebat, cum expressissimè largiebatur, Calvinum non posse in omnibus defendi. Provocabat qui-

dem postea ad Paræum; sed regerebam, illum solidissimè jam confutatum à Præceptore meo p. m. D. Egidio Hunnio: ad quæ quid Spongia? tacet. Velim autẽ diligenter legi Antiparæum D. Hunnij Invictum librum, in quo vanus Paræi conatus validissimè est repressus, & planè protritus: Paræi .n. liber perpetuis laborat contradictionibus; Calvinum salvare volens, Calvino & sibiipsi contradicit, quod lector Christianus re ipsa experietur. Similiter & remitto lectorem ad Calvinum Iudaizantem D. Hunnij. Quarto Spongia vult salvare Calvinum in depravatione duorũ locorum Mosis, Semen mulieris conteret caput serpentis, & in semine tuo benedicentur omnes gentes, &c. Calvinũ nihil derogare Christo capiti, etiamsi collectiuè semen mulieris interpretetur, cum monstrata applicatione cum merito efficaciam conjungat, defluentem ex capite in eiusdem membra. Verùm οὐ σοφὸν φάρμακον. Verba Calvini in commentario super Genes. 3. sunt hæc: In verbis quidem Mosis nulla est ambiguitas: *de sensu verò MIHI NON CONVENIT cum alijs.* Nam semen pro Christo sine controversia accipiunt, ac si dictum foret, exoriturum ex mulieris semine aliquem, qui serpentis caput vulneraret. Eorum sententiam libenter meo suffragio approbarem, *nisi quòd verbum Seminis nimis violenter ab illis torqueri video. Quis enim concedet nomen collectivum de uno tantùm homine accipi?* Hactenus Calvinus apertè contradicens omnibus orthodoxis Theologis, & ipsi Mosi, ac Paulo, quod breviter ostendam: *Quicunq; nomen collectivum, semen, de uno tantùm homine accipiunt, illi violenter torquent verbum seminis*, iuxta Calvinum. *Atqui Moses & Paulus accipiunt nomen collectivum seminis de uno tantùm homine.*

Calvinus Iudaizans.

Syllogismus invictus.

mine. Ergo Moses & Paulus nimis violenter torquent verbum semi-
nis. Maior est Calvini. Minorem probo: Moses, teste ipso Paræo, Gen 4. vers. 25. semen accipit de uno individuo homine. Verba sunt hæc: Cognovit Adam adhuc uxorem suam, & peperit filium, vocavitq; nomen eius Seth: quia, inquit, *Deus posuit mihi semen alterum pro Hébel, quem occidit Cain. Gen. 22. 26 28 In semine tuo benedicentur omnes gentes Vbi per semen non nisi unicus Christus intelligi potest: in alio enim non benedicuntur gentes, nec in alio est salus, quàm in Christo, Actor. 4.* Semen ideoq; hoc loco non significat plures collectivè: sed tantùm unum Christum. Sic & Paulus Galat. 3. inquit: Non dicit de seminibus tanquam de multis: sed tanquam de uno: & in semine tuo, qui est Christus. Hîc clarissimè Paulus semen accipit singulariter de uno Christo. Et Ebr. 2. Non enim Angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Non autem nisi semen individuo unum assumsit. Semen itaq; hîc non accipitur collectivè: sed singulariter. Deniq; in ipsis verbis Mosis, semen mulieris conteret caput Serpentis, non nisi Christus intelligitur, nec vocabulum, semen, collectivè, nec de alio, quàm Christo accipi potest: *quia idem semen intelligitur, quod Genes. 22. intelligitur*, quod sic evinco: *Quod conterit caput serpentis, id tantùm hîc per semen intelligitur. Sed tantùm Christus conterit caput serpentis*, teste ipso Paræo in suo Calvino orthodoxo, dum sic scribit: Conterere caput Satanæ non est quorumvis hominum, nec humanæ potentiæ, ut res ipsa testatur: *sed divinæ virtutis.* Quare talis victor ex semine mulieris promitti intelligitur, qui quidem sit mulieris semen, hoc est, verus homo, sed divinâ simul virtute conterendi

Satanam instructus, hoc est, verus Deus. Hic verò est Christus unus ex omnibus, & omnium tamen caput: cujus proinde victoria est omnium. Hactenus Paræus. *Ergo per semen hîc tantùm intelligitur Christus.* Maior est vera: quia cui non competit prædicatum enunciationis, ei nec subjectum, jnxta omnium Logicorum regulam. Minor negari non potest, ut ex parte ostendimus. Nec obstat, quod charta ex Paræo oggannit, victoriam esse omnium: *id enim tantùm de fructu & effectu victoriæ Christi est intelligendum. Ipsum opus contritionis, hoc est, passionis, mortis Christi pro peccatis nostris, & sic redemtionis est solius Christi, & nullius hominis*: fructus autem & efficacia est hominum redemtorum. Per semen itaq; non nisi Christus omnium orthodoxorum consensu potest intelligi. Remittebat me hîc Amlingus ad Paræum: sed regessi, Paræum iam convictum & confutatum ab Hunnio: Hunnij itaq; responsionem Spongia refutare debuisset: sed non potuit. Manet itaq; adhuc verum, Calvinum in hoc loco Iudaizare, à quo crimine Amlingus nec in colloquio, nec iam in Spongia Calvinum liberare potuit.

Quintò Spongia repetit dictum Christi Ioh. 10: Ego & Pater unum sumus. Nihil respondet Spongia. Largiebatur autem Amlingus in colloquio, Calvinum ibi aberrasse: quod si negare voluerit, Amlingus Arrianizabit unà cum Calvino, quod breviter ostendam: Calvinus super hunc locum sic inquit: *Abusi sunt hoc loco veteres, vt probarent Christum esse Patri ὁμοούσιον. Neq; enim Christus de unitate substantiæ disputat, sed de consensu, quem cum Patre habet, quicquid scilicet geritur à Christo, Patris virtute confirmatum iri.* Hactenus Calvinus. Paræus dicit, ad quem me Spongia remittit, Calvinum non

alvinus
rriani-
ans.

exclu-

excludere unitatem essentiæ: verba autem Calvini reclamant. Non negamus quosdam intelligere hunc locum etiam de unitate consensus, sed quod tantùm de unitate consensus intelligant, hoc falsum est, multò minus Negant, hîc Christum loqui de unitate essentiæ, sicuti Calvinus negat, minimè verò omnium negant ex hoc loco probari posse, Christum esse Patri ὁμοούσιον, quod Calvinus negat. Apertè igitur Calvinus Arrianizat, quare & Arriani ad eum provocant. Franciscus Davidis in colloquio Transsylvanico in actis diei secundi liter. D. 4. fac. b. & liter. E. fac. a. sic inquit: In defensione ovium suarum dicit se esse unum cum Patre, acceptâ autoritate à Patre. Deinde VNVM esse consensu & voluntate: quemadmodum & omnes eruditiores interpretes interpretantur; & scripturæ phrasis, unum esse declarat, neutro genere, Non dicit, Vnus sumus. Quod deniq; hoc verum sit, similes phrases explicant. Nam Ioh. 17. Christus optat, ut unum simus in illo, sicut ipse in Patre unum est. Hic locus Nullo modo (& Calvinus etiam locum Ioh. 17. ita interpretatur *NB*) ad unitatem essentiæ, sed consensus & concordiæ cum Patre refertur. Hactenus Franciscus Davidis Arrianus. D. Georgius Blandrata in eo colloquio liter. E. 2. sic inquit: Secundus locus erat ex Ioh. 10: Ego & Pater unum sumus. Hic verò cum à præstantibus Doctoribus sæpe confutatus sit, silentio prætermittemus. *Interim auditores relegamus ad unicum Calvinum, qui veteres scriptores palàm carpit, qui hunc locum ad unitatem essentiæ detorserunt.* Hactenus Blandrata Arrianus. Idem scribit Osterrodus Arrianus in secunda parte suæ disputationis Germanicæ contra Georg. Tradelium cap. 11. pag. 186. En consensum

En consensum Calvini & Arrianorum.

sensum Calvini & Arrianorum. Eas nunc, & dicas Calvinum in suis glosis & commentarijs non Arrianizare. Omnes veteres & recentiores Theologi, Calvino excepto, hoc loco utuntur contra Arrianos, quod & Zanchius aliàs Calvinianus facit prolixè libr 4. de Tribus Elohim partis prioris cap. 5. pag. 157. 158. 159. 160. Vbi etiam Calvini interpretationem sub nomine Arrianorum solidissimè protexit. Eas nunc, & dicas ex scholis Calvinianorum non prodire Arrianos, quod & Adam Neuserus, olim Calvinianus & Theologus Heidelbergensis fassus est, se suo tempore non novisse quenquam factum esse Arrianum, qui non fuerit priùs Calvinista, ut, Franciscus Davidis, Blandrata, Sylvanus, Gribaldus & alij. Plura qui volet cognoscere, hac de re legat Invictum librum D. Egidij Hunnij Antiparæum, in quo Paræi orthodoxum Calvinum, ad quem me Spongia remittit (frustra quidem) confutans oculariter evincit, Calvinum præstantissima scripturæ dicta Veteris & Novi Testamenti Iudaicis ac Arrianis glosis corrumpere & depravare. Verum de hac consensione Calvini & Arrianorum, Deo volente, plura dicam in refutatione libellorum Christophori Osterrodi & Fausti Socini Arrianorum, de Deitate Christi & satisfactione Christi pro peccatis nostris, quam utramq; negant Arriani.

Sextò Spongia se convertit ad hunc syllogismum meum: *Quicunq; baptismum sine fide percipiunt, illis nihil prodest. Infantes Baptismum sine fide percipiunt. Ergo infantibus baptismus nihil prodest.* Dicit me inter diversi sexus homines, in mensa accumbentes, de hoc argumento disseruisse. Fatetur itaq; argumentum esse propositum, quod accepto. Cur itaq; appella-

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0031
Mecklenburg Vorpommern

pellabat chartas meas mendaces? Anne verò hunc mendacem oportebat esse memorem? Deinde falsum est hunc syllogismum inter diversi sexus homines propositum: tantùm masculini sexus homines in prima cœna aderant, in quâ hic syllogismus proponebatur. Negat autem syllogismi utramq; propositionem. At ego probationem adjunxeram, quam subdolè omittit (vide ipsum colloquium) nimirum quod majorem concedant ipsi Calviniani, monstratur in cap. 4. huius responsi sect. 30. Refer huc verba Calvinianorum ibi allegata. Nec juvat quod spongiosus ipse obijcit, baptismum tum prodesse, quando pœnitentiam agunt: *nam sermo est de actu baptismi, & eo tempore, quo iuxta Calvinianos infantes non habent fidem.* Tum igitur, cum quis baptismum sine fide percipit, nihil ei prodest: quia impossibile est Deo sine fide placere, vide sect. 28. cap. 4. in hoc scripto. Negat etiam Minorem: at non seriò, vt mox videbimus. Calvinianorum autē etiam esse Minorem hanc propositionem, vide in eodem 4. cap. sect. 25. *Beza & Hungari negant infantes capaces esse fidei, docet Beza infantes salvari fide parentum, docet Vrsinus infantes SINE FIDE in baptismo accipere, quod adulti fide.* Vide verba ibidem allegata. Vtraq; est igitur hæc propositio Calvinianorum, quod subdolè adversarius præterijt, cum tamen in utraq; propositione syllogismi hoc addideram. Vbi candor tuus spongiose homo. At inquies: Tuus adversarius concedit infantes credere: Verbo, non re ipsa. Si verè credit, damnet itaq; suos socios, Bezam, Vrsinum, Sadeelem & alios Calvinianos, qui expressè negant, infantes habere fidem. Sed prodit tandem seipsum adversarius: usurpat namq; consueta Calvi-

Except

Confu tatio.

Instanti

Solutio.

niano-

nianorum effugia, *infantes baptizatos pertinere ad numerum credentium, quia ad illos pertineat fœderis formula, & quia semen fidei habeant*: At hoc solidè confossum est in cap. 4. huius tractatus sect. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 48 49. 50. 51. 52. 53. & inprimis sect. 54. quo lectorem benevolum brevitatis caussâ remitto. Non sufficit illa fœderis formula: requiritur
NB ,, ipsa fides, absq; qua nemo credens sive fidelis. Vrsinus au-
,, tem sicut & Beza non negant solùm effectus fidei, vt Spongia videtur facere; *sed etiam ipsam fidem.* Vide verba allegata. Conatur adversarius ex scripturâ probare semen fidei, quod Calviniani infantibus attribuunt ex Luc 17. Ioh. 4. & Matth. 9. & 12. Verùm ridiculus est homo: De cœpis quæsitus de allijs respondet. Illa scripturæ dicta loquuntur
NB de fide infirmâ, quæ *actu* fides est, adultorum: Calviniani autem loquuntur de semine fidei in infantibus, quod Beza
NB & Vrsinus negant esse *actu* fidem: Vrsinus expressè dicit, *sine fide* infantes adoptari & regenerari. Vide cap. 4 huius libelli, ubi plenius hæc sunt discussa. Quod adversarius carpit vocabulum, RATIONIS, quod posui pro animâ rationali, apparet illum hospitem esse in Philosophiâ, in qua hoc vocabulum variè accipitur, & non rarò significat Mentem, animam rationalem, & ipsam animæ partem θεωρητικὸν, quâ ratiocinamur. Sed & hæc plenius in locis allegatis declaravi. Quid interim dicit adversarius de responsione Amlin-
NB gi ad hoc meum argumentum? *altum est silentium.* Amlingus autem se expedire non poterat. Dicebat se non defensurum Heidelbergenses, sicuti in ipso colloquio notavi.

Vltimò in parte priori colloquij notat Spongia, me falsò allegasse verba Christi Ioh. 8. Antequam Abraham erat,

cum

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0033
Mecklenburg Vorpommern

cum debuerim allegare, Antequam Abraham fieret. Sed nescit quid homocarpat: Sensus est idem: verbum Græcum patitur utramq; versionem, quod nemo nisi Arrianus negat (negat enim id Arrianus quidam Christophorus Osterrodus in disput. sua Germanica contra Tradelium cap. 6. pag. 122. ex eodem fundamento, quo utitur hîc adversarius) Et si ego propterea peccavi, peccavit etiam Zanchius (Calvinianus) qui in part. 2. libr. 2. de tribus Elohim cap. 4. pa. 512 edit. Neostad. ann. 1604 ita etiam allegat his verbis: adversus illũ locum *Antequam Abraham esset, ego sum.* Quidã sic excipiunt & cavillantur: Erat Christus prædestinatione antequã Abrahã nasceretur (*Esset autẽ & Erat æquipollent hîc*) promiscuè Zanchius ibi utitur, Antequam esset, & antequã fieret. Non opus erat ideoq;, ut hoc κυμινοπρίσηϛ illi moveret. Sed quid interim respondet pro Amlingo, qui deserens hanc phrasin, In principio, cum eamà depravatione Arrianorum, qui illam de initio predicationis (de quo loquuntur Matthæus, Lucas, Marcus & Iohannes in prior. Epist. Canon. cap 1. ut urgent Arriani novi, Franciscus Davidis in colloq. Transsylvanico liter. E. & Christophorus Osterrodus in libro jam aliquoties allegato pa. 128. cap. 6. secun. part.) interpretantur liberare nõ poterat, confugiebat ad unicã vocu-lam, ERAT, ex qua tamen ineptè probatur æternitas. Nihil omnino. Neq; tum quicquam respondit, nec modò respondere potest. Optimè novi, quod ex tota phrasi & toto contextu ipsius capitis probetur æternitas filij Dei, sed quod ex sola vocula erat, abjectis verbis, in principio, possit probari, ut Amlingus ineptiebat omnibus audientibus, hoc est, quod nego. Frustra igitur probat Spongia, quod ne-

Non sp probo hanc de pravati nem Ar rianam sed so lùm no to, quod Amlin gus tùm illam co futare n potuerit

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0034
Mecklenburg Vorpommern

mo negat. Fateor esse emphasin in voce Erat, sed tum, cum totã phrasin respicio, & cum defensum est contra Arrianos, ,, Iohannem ibi non loqui de initio prædicationis Evangelij, ,, de quo reliqui Evangelistæ loquuntur: sed Iohannem aliud intelligere principium. Extra oleas itaq; versatur adversarius. Tantum de priore parte colloquij. Aggreditur jam posteriorem partem colloquij, & primò excusat Amlingi Tyronem, qui concionẽ Schochvvitij habebat: Dicit dispositionẽ fuisse popularem: respondeo fuisse nullã, sed confusionẽ. Interfui. Secundò fatetur falsũ fuisse Amlingum (*& tamẽ ab initio dicebat, Amlingum siluisse me loquente: heus mendacem oportet esse memorẽ: non nisi cum responsio non occurrebat, Amlingus Tacitũ agebat*) hypostasin non esse extra suam essentiam. Sed excipit id tantùm de divina natura intelligendũ & hypostasin non esse extra id, cujus per Naturã est hypostasis: esse autẽ extra carnem assumtam, cujus duntaxat per gratiam est hypostasis. Verùm hæc jam confutata sunt in ipso colloquio: Vniuersaliter verum est: *hypostasis non est extra id, cuius est hypostasis; aliàs fit separatio* (saltem κατὰ τὶ & respectu illorum locorum, in quibus est extra) *hypostaseως & eius, cuius est hypostasis, nec manet una persona et unũ personale. Et si hypostasis τοῦ λόγου alicubi est extra carnẽ assumtã, quæro quomodo ibi sit una persona, quomodo Christus in his terris, in quibus Calviniani negant adesse carnẽ, in quibus dicunt, λόγον esse extra carnẽ assumtã, licet in cœlo sit in carne assumta sit θεάνθρωπος simul Deus & homo?* In his terris igitur nudus erit Deus, in cœlo autẽ Deus & homo simul. Distinctio itaq; adversarij petit principium, solvit unionẽ personalẽ. Vide quæ hac de re disputavi in cap. 2. huius lib. sect. 8. 9. 10. 28. 30. 31. 32. ubi hæc omnia sufficienter sunt confutata, sicuti etiã osten-

robat distin- nem in- rò per uram, rò per tiam, m aliàs nobis nant.

ostensum in eisdem locis, & sect. 11. 12. 13. 14 quomodo caro Christi non sit ubiq; essentialiter; sed personaliter, quod nos non explicasse mentitur Spongia, quomodo etiã non efficiatur, vel λόγον finitum vel carnẽ infinitã (quod utrumq; tanquã absurdum reijcimus, corde & ore damnamus.) Sic in cœna credimus non solũm hac generali ratione Christũ adesse suâ humanitate: sed insuper Sacramentali præsentiâ, quâ accipitur & comeditur à Christianis, juxta verba Christi, Accipite, comedite &c. Non opus ideoq; erat quærere, an personaliter esset in cœnâ: Novimus enim ambiguitatẽ vocis *personaliter*, quam in cap. 2. evolvi. Argumentum itaq; meum adhuc firmum subsistit contra Amlingum, ad quod Amlingus in colloquio planè obmutescebat, testibus ijs, qui interfuerunt. Vigilius, quem Spongia objicit, disputat in libr. 4. contra ejusmodi Vbiquitatem, quâ caro dicatur per *naturam, & immensitatem ac infinitatem naturæ omnipræsens, quod horrendum* παράδοξον, *nostræ Ecclesiæ unanimiter damnant & reijciunt in libro Concordiæ*: Nihil itaq; ad nos. Neq; Vigilius contra nos, qui quomodo in 5. libro contra Calvinianos disputet, suo loco ostendam. Tandem ideoq; Caluiniani desinant nobis illã calumniam de coëxtensione humanæ Christi naturæ & infinitate corporis Christi objicere, nunquam illa docuimus, ut testatur liber Concordiæ, ad quem provoco, ac quoties illa nobis objciunt, ex Patre suo Diabolo, qui est mendax & calumniator, loquuntur. Docemus corpus Christi manere finitũ, & essentiæ suæ terminis circumscriptũ calumniatur itaq, nimis audacter Spongia, dũ hæc mihi falsò objcit. Plura non addo: quia ea lector inveniet in locis libelli hui, allegatis. Similiter est calumnia, corpus Christi personaliter esse in pane benedicto: nam si intelligatur ita: Corpus Christi, quod est in pane, *personaliter*, hoc est, in persona verbi esse vbiq;, concedimus,

Contra quos disputet Vigilius.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0036
Mecklenburg Vorpommern

sed tum falsa consequentia Spongiæ, quod panis sit corpus Christi personaliter, nec necessũ est, ut, quæ de corpore Christi prædicantur, illa etiã prædicentur de pane, ut ostendi in cap. 1. huius libri sect. 8. & 9. Est enim prædicatio Denominativa, non Essentialis. Nec nobis sunt ἁπλῶς æquipollentes propositiones, Panis est corpus Christi (quæ tamen propositio nullibi legitur in scriptura) & corpus est in pane, sed certo modo, quatenus una ex altera sequitur. Et quoniam Spongia ex Bonaventura & Scholasticis largitur, Christum esse ubiq; personaliter, quod tamen non rectè intelligit, quæro vicissim ex ipso, an in pane, & quavis creaturâ sit personaliter? quicquid respondebit, pro me valebit. Agnoscat itaque ambiguitatẽ vocis personaliter. Si verò ita intelligatur, corpus Christi est in pane personaliter, ut cum pane constituat unũ personale, negamus hoc ipsum: constituit enim cum pane unum Sacramentale, non personale. Respectu itaq; non panis, sed personæ τῦ λόγυ ubiq; personaliter esse dicitur, ex quâ habet, ut sit ubiq; *non infinitate essentiæ, quam non habet, sed infinitate personæ, quam habet* (absit calumnia à verbo Habere) *à λόγῳ communicatam*. Quod tamen non more Calviniano intelligimus, ac si diceremus, Corpus Christi est ubiq;: quia persona Christi, quæ est in corpore Christi, est ubiq;. Sic enim de quolibet homine possemus dicere, quod sit ubiq; (ut rectè Schegkius inculcat contra Anonymum, & Simonem Simonium) cum Deus (licet non personaliter, qua ratione est in sola carne assumtâ ὁ λόγος) qui ubiq; est, sit in quolibet homine, sed eo modo, quo declaravi in locis allegatis, & postea plenius declarabitur. Vnde simul corruunt, quæ non absq; blasphemia nugatur de Vbiquitate cordis,

cordis, capitis, epatis Christi &c. non docemus enim Vbiquitatẽ per partes, sicuti nec partes singulæ corporis Christi seorsim, sed tota assumta natura unita est hypostatikῶς τῷ λόγῳ: nescit ideòq; hic disputator naturam unionis personalis: nec docemus Vbiquitatem subjectivè inesse carni, vt antea monui. Reliqua quærat lector in locis allegatis.

Tertiò opposueram in colloquio Lamio hunc invictum syllogismum: *Cuicunq; communicata est hypostasis filij Dei, ei etiam communicata est omnipotentia filij Dei, quia omnipotentia filij Dei ab hypostasi ipsius realiter non differt. Atqui carni Christi communicata est hypostasis filij Dei: Nam si non esset communicata, aut nullam aut propriam haberet hypostasin: quod utrumq; est absurdum. Ergo carni Christi communicata est omnipotentia Filij Dei.* Quid respondet Spongia? nudis verbis dicit, me confundere unionem tum communicatione Idiomatum: sed dicit, nõ probat: contrarium autẽ in ipso colloquio ostendi: Manet itaq; argumentum invictum, quod copiosius tractatũ repetat candidus lector cap. 2. huius libri sect. 2. 3. 21. 22. 23.

Quartò attingit Spongia duos meos syllogismos Amlingo objectos, ad quos in colloquio nihil solidi respondere poterat: imò quibus ad hoc absurdissimũ absurdum deducebatur, ut cogeretur statuere, potestatẽ officij neq; creatam esse neq; increatã, id est nihil. Et appello hîc conscientiam Amlingi, an non aliquoties rogatus non solùm â me; sed & Clarissimo viro D. Andrea Tallingero, an esset creata vel increata, responderit neq; creatam neq; increatam esse: in angustias namq; redigebatur Amlingus. Verùm hoc absurdũ Amlingi reponsum Spongia sicco pede præterit. Cum autẽ hoc absurdum Amlingus de potestate officij neq; creatâ neq;

Crassissimum Amlingi absurdum.

neq; increatâ effutiret, rogavi omnes assidentes, ut notarent hoc absurdum, quod & ab hominibus nostræ religionis est factum. Conatur salvare Amlingum Spongia, sed quam frigidè, videbimus. Primò repeto meos syllogismos: *Quæcunq; persona Christi data sunt in tempore, illa data sunt ei aut secundum humanam naturam, aut secundum divinam, aut secundum utramq; : quartum non datur. Atqui secundum Deitatem in tempore nihil datum est. Ergo non secundum utramq;, sed secundum Naturam humanam.* Maior negari non potest: Minor constat: quia: *Quicunq; omnia habet ab æterno, illi in tempore nihil potuit dari. Atqui Christus secundum divinitatem omnia habuit ab æterno. Ergo in tempore ei secundum Divinitatem nihil potuit dari.* Ad hos syllogismos directè & syllogisticè responderi petebam ab Amlingo: Sed impetrare non poteram. Quid autem Spongia? Coccysmum Amlingii repetit, ad rem nihil respondet: multa, præter rem, commemorat ex Athanasio, quæ à verbo ad verbum fermè descripta sunt ex Modestâ defensione Amlingi contra D. Iohannem Matthæum, Professorem olim VVitebergensem, & ex defensione Anhaltinorum contra 4. caput Apologiæ Formulæ Concordiæ in argumento secundo, quæ à D. Iohanne Matthæo & D. Timotheo Kirchnero peculiaribus scriptis solidissimè sunt confutata, ideoq; illa præterire potera. Sed ne conqueratur, sibi non responsum, aut me respondere non potuisse, singula excutiam, breviter tamen, quæ Spongia movet. Respondet Spongia, me confundere omnipotentiam cum πάσῃ ἐξουσίᾳ: Idem objiciebat & Amlingus in colloquio: sed ex tempore id confutabam per alia scripturæ loca, quæ in colloquij designatione sunt allegata, ad quæ Spongia respondere debuisset,

isset, sed non potuit. Repeto: Illa distinctio nihil ad rem: nam Christus secundū Deitatē neq; πᾶσαν δύναμιν, neq; πᾶσαν ἐξουσίαν in tempore accepit. Non negamus Christo secundum Deitatem datam esse potestatē officij: sed non in tempore: verūm ab æterno. Deinde vocabula δύναμις & ἐξουσία promiscuè in scripturâ usurpari ostendi. Luc. 9. & 10. Christus dat discipulis δύναμιν καὶ ἐξουσίαν eijciendi Spiritus immundos. Ad quod nihil respondet Spongia. Insuper cū Christo data dicitur πᾶσα ἐξουσία potestas officij; illa πᾶσα ἐξουσία aut est ipsa πᾶσα δύναμις, aut πᾶσαν δύναμιν includit, aut est ἐξουσία δυνάμει vacua: Si est vel ipsa πᾶσα δύναμις vel πασαν δύναμιν in se inclusam habet, nihil efficit allata distinctio, sed firmum manet meum argumentum: Sic enim Christo simul πασα δύναμις, & non solum πασα ἐξουσία est data in tempore, non secundum divinam naturā: sed humanam, quod volui demonstrare. Nam non improbo, quod quidē per ἐξουσίαν intelligunt ἐλευθερίαν καὶ αὐθεντίαν, liberam facultatem & legitimā potestatem, ut ita Christo à mortuis resuscitato iuxta humanitatē, non autem divinitatem, quæ semper operatur & habet usurpationem potentiæ divinæ, tributa sit plena autoritas, ius & facultas imperij sui in toto terrarum orbe, & in Ecclesia potissimū exercendi. Sic namq; πασα ἐξουσία nihil aliud est, *quàm plena usurpatio* πάσης δυνάμεως: *ubi* ἐξουσία *ipsam* δύναμιν *includit, nō excludit.* Si autem intelligatur πάσα ἐξουσία δυνάμει vacua, sequitur Christo nō omnia esse data in manu, sequitur nō omnia subiecta esse pedibus ipsius, quod absurdū: *imò quid est* ἐξουσία *absq;* δυνάμει, *nisi nudus titulus?* Impia namq; sunt illa exempla, quibus uti solent Calviniani: *Imperatorem habere quidem potestatem & autoritatē superandi Turcam, sed non potentiam seu* δύναμιν, & Emblemata Calvinianorum.

Mari-

Maritum frigidum habere (est Calvinianorum exemplum) quidem ἐξουσίαν *seu potestatem, sed non potentiam seu* δύναμιν *in uxorem: hic* quidem est ἐξουσία absq; δυνάμει. Sed hoc fit propter infirmitatem & imbecillitatem hominum. Dicemusne talẽ infirmitatẽ esse in Christo? Dicemusne hoc pacto Christum habere autoritatẽ sive ἐξουσίαν sine efficaci potentiâ & δυνάμει! Absurdum, impium. Ad quid itaq; in hoc articulo de personâ Christi distinctio illa inter ἐξουσίαν & δύναμιν, quam suo loco in rebus humanis non negamus, adfertur, cum nihil faciat ad Rhombum? ἐξουσία *enim hoc loco* δύναμιν *includit.* Sed nulla opus est divinatione, quid Matt. 28. per ἐξουσίαν intelligatur: id namq; scriptura apertè in alijs locis declarat. Lu. 22 ἐξουσία illa vocatur δύναμις τοῦ θεοῦ, Amodò videbitis filiũ hominis sedentem *à dextris* δυνάμεως τοῦ θεοῦ *potentiæ Dei.* Estne potentia Dei finita? Estne potentia Dei nuda ἐξουσία vel autoritas? absit. Actor 10. dicitur δύναμις, quâ obambulans sanavit ægrotos. Ioh. 17. dicitur ἐξουσία πάσης σαρκὸς omnis carnis sive in omnem carnem. Apoc 4. Dignus es Domine
„ accipere τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δύναμιν. Et cap. 5. Dignus est
„ agnus, qui occisus (NB. qui occisus) est accipere τὴν δύναμιν
„ καὶ πλοῦτον, καὶ σοφίαν, καὶ ἰσχὺν, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ εὐλογίαν. Daniel. 7. dicitur *potestas æterna, quâ sedet à dextris Dei.* Psal. 110. *quâ dat vitam æternã.* Ioh. 10. *quâ dominatur omnibus, & quâ ei omnia sunt subjecta.* Ephes. 1. Ebr. 2. 1 Corinth. 15. Ex quibus omnibus apparet, hoc in loco ἐξουσίαν non posse â δυνάμει seu potentiâ separari, sed hanc necessariò includere. Non itaq; illa duo temerè confundo, sed Amlingus frustra sic distinguendo nihil respondet ad rem. Videamus & reliqua, quæ
n Christo Dei- obijcit. Dicit Spongia, me affirmasse, quod Christo, quâ Deus est

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0041
Mecklenburg Vorpommern

us est, nihil possit dari, & opponit dictum Ps. 2. Postula à me, & dabo tibi. Item verba Athanasij: *quæ possidet vt Deus, postulat ut filius.* Sed ubi ego hoc dixi? Nullibi: hoc dixi, quod Deitate IN TEMPORE nihil possit dari, quia omnia habet ab æterno. Cur tu istam limitationem, *in tempore*, in qua consistit nervus, omisisti? Nonne ut posses liberè sophisticari? Quod rem ipsam attinet: Concedo Filio Dei per æternam generationem omnia data esse à Patre, ut Athanasius in oratione 4. contra Arrianos Tom. 1. pag. 247. edit. Basil. ann. 1556. & Tom. 1. pag. 278 edit. Commelinianæ anni 1601. disputat, quatenus filius, non simpliciter, quâ Deus, sic namq; & Patri aliquid datum esset, sed quâ filius, & quâ à Patre ab æterno est genitus. Et sic intelligit verba sua Athanasius, cum inquit: Quæ possidet, ut Deus, postulat ut filius. Græca sunt clariora: οὐ διὰ τὸ μὴ ἐσχηκέναι οὖν ποτε, ταῦτα ἔλεγεν. ἀλλ' ὅτι ἔχων ἀϊδίως ὁ υἱὸς ἃ ἔχει, παρὰ τοῦ πατρὸς ἔχει. De quibus verbis postea plura. Nihil ideoq; hæc ad rem: nos loquimur de datis in tempore. Verba Athanasij in tempestivè allegata nihil contra me. Sic quod postea urget potestatem officij, nihil facit ad rem: *largimur enim potestatem officij, ut assumtâ carne esset Mediator noster, datam esse Christo secundum Deitatem* (atq; sic officium integræ verbi incarnati personæ tribuimus secus quàm calumniatur Spongia) *sed nõ* in tempore: *verùm ante jacta fundamenta mundi: non enim in tempore: sed ab omni æternitate destinatus est in consilio SS. Triados Mediator & officium Mediatoris ipsi traditum.* Addimus autem potestatem officij hanc, quæ ab æterno data est filio secundum Deitatem, *per incarnationem verbi datam esse assamtæ carni, & datam esse assumtæ naturæ indigenti, quod verbum ab æ-*

secund Deitat in Tempore a quid pr priè da possit.

NB

terno acceptum habuit, ut filius Dei in duabus naturis subsistens totus sit Mediator secundum utramq; naturam. Atq; sic intelliguntur etiam ea, quæ Athanasius disputat in tractatione (nonhorum verborũ, Data est mihi omnis potestas, vt Spongia falsò allegat, quæ Athanasius aliter interpretatur orat. 4. contra Arrian. ut postea videbimus) verborũ Christi Matt. 11. Data mihi sunt omnia à Patre. To. 1. fol. 289. 290 291. edit. anni 1556. & fol. 325. 326. 327. edit. anni 1601. Data sunt omnia Christo ut Salvatori & Medico: *Est autem Medicus secundum utramq; naturam:* non igitur excludit Athanasius humanam naturam, cum de dispensatione rerum per carnem gerendarũ loquitur, ut facit Amlingus: sed includit, ut postea ocularitèr ex Athanasio evincã. Nondum igitur probavit Spongia vel ex scripturâ vel ex Athanasio, Christo secundum Deitatem *in tempore* aliquid verè dari vel datum esse: id namq; arguit imperfectionem Deitatis. *In tempore enim accipi dicitur, quod non ante habetur, quàm datur: aliàs fieret implicatio contradictionis.* Similiter regula Nazianzeni, aliam esse considerationem τῶν λόγων ratione essentiæ, aliam ratione Oeconomiæ, nihil ad rem facit, sicuti neq; id, quod me jubet distinguere inter Deitatẽ seu potius personam mittentẽ & personam missam: nam hinc nondũ probatur, quod Christus secundum Deitatem *in tempore* aliquid acceperit: Nam dicunt illi socij, quid sit illud, quod Christo secundũ Deitatem ratione officij & ratione missionis ac œconomiæ IN TEMPORE, in tempore, inquam, *verè sit datum, quod non habuerit ab omni æternitate?* Certè *potestas officij* (quia Christus heri & hodie, Ebr. 13.) Christo secundum Deitatẽ non demum tempore incarnationis vel in tempore: sed ab omni æternitate data est, & officium Mediatoris ab omni æternitate demandatũ est.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0043
Mecklenburg Vorpommern

Vt igitur illam distinctionẽ Nazianzeni, quam ille longè alio fine usurpat, suo loco nos lubenter accepramus, ac cõtra Arrianos urgemus, ita ad præsentem controversiam nihil facit, nec inde probatur, ipsi Deitati *in tempore* verè aliquid datũ. Frivola itaq; ista distinctio Spongiæ, quâ dicit, etiam si λόγῳ nihil acceperit ratione essentiæ *in tempore*: tamen ratione officij ac missionis accepisse in mãdatis & potestate, quicquid mirandi sui officij est. Quocunq; enim modo eam interpretetur, nihil pro adversario, nihil contra nos. Nam si λόγῳ ratione essentiæ divinæ *in tempore* Nihil accepit, neq; ratione officij seu missionis *in tempore*: quia ipsum officium nihil accipit. Si igitur *in tempore* aliquid verè accepit *(non respectu hominum duntaxat, qua ratione dicimur Deo laudem persolvere, honorem tribuere, quæ propriè non datur; sed σχετικῶς solùm)* Christus aut secundum divinam essentiam, aut secundum humanam aut secundum utramq;: hic nullum datur quartum. Quod ipsum officium attinet, & potestatem officij, Non accepit *in tempore* secundum divinitatem, sed ab æterno habuit potestatem officij, & ante secula mundi destinatus est ad officium Mediatoris: quia Christus heri & hodie, & usq; in secula idem. Ebr. 13. Et in ipso sumus electi ante jacta fundamenta mundi, Ep. 1. Et cũ disputamus de datis in tempore, *non quæstio est solùm de Officio, sed de ipsâ Majestate, gloriâ, potentiâ æternâ & infinito dominio super omnes creaturas, quæ Christo sunt data in tempore juxta clarissima scripturæ dicta* Eph. 1. Phil. 2. Ebr. 2. & alibi: Nihil itaq; ad rem hæc distinctio. Cumq; ostenderimus supra potestatem officij & ἐξουσίαν non excludere sed includere ipsam δύναμιν & potentiã, sequitur, si officij potestas in tempore sit data Christo secundum Deitatẽ,

Frivol
adversa
excepti

quod ei simul δύναμις seu potentia in tempore sit data, quod absurdum: aut sequeretur hoc absurdum, Christum secundum Deitatem habuisse quidem ab æterno omnem potentiam, sed ante incarnationem non habuisse potestatem & autoritatem exercendi suam potentiam neq; officium Mediatoris, quod rursus absurdum. Manet itaq; firmum & fixum, quæcunq; Christo in tempore data sunt, ei secundum humanitatem data esse, non secundum Deitatem, ut postea pluribus ex Patribus ocularitèr monstrabimus. Libenter admittimus etiam verba Lutheri, quæ Spongia repetit ex allegatione Anhaltinorum contra 4. caput Apologiæ formulæ Concordiæ in argumento secundo pag. 55. edit. Servestanæ ann. 1584. quæ exstant Tom. 3. Lat. Ienens. Regnum æternum personæ huic datur, quod impossibile est dari homini puro, quia solius Dei est esse Regem sine fine. Concedimus namq; regnum æternum datum esse non naturæ seorsim, nec puro homini; sed personæ: ab æterno quidem personæ secundum Deitatem, juxta quam ab æterno habuit hoc regnum, nec primùm in tempore accepit, sicuti etiam hoc Lutherus non dicit: In tempore autem hoc regnum æternum datum esse Christo, & personæ Christi secundum humanitatem in temporali nativitate Luc. 1. ut Lutherus pereruditè explicat in libr. de ult. verbis Davidis. Contra conscientiam itaq; adversarius verba Lutheri allegat, quæ nihil faciunt ad rem. De datis in tempore est quæstio: ubi nos sonorâ voce dicimus, Christo secundum Deitatem in tempore proprièloquendo nihil dari, quia Deitas est immutabilis, infinita & perfectissima, quæ habet omnia ab æterno, & addideram in colloquio rationem, quam neque

3. Abda quæ amlin- dogma sequun- t.

iectio.

utio.

tum

tum Amlingus, neq; modò Spongia ſolvere potuit: nimirũ: nihil in tempore potuiſſe Chriſto juxta Deitatem dari, *quia quæcunq; in tempore ſunt ei data, illa hoc fine ſunt data, ut ſatisfieret officio Mediatoris, Regis, Sacerdotis & Meſſiæ. Atqui Deitas ſive divina natura Chriſti omnia ab æterno habet, quæ ad officium illud exſequendum ſibi ſunt neceſſaria, neq; opus eſt ullâ novâ vel potentiâ vel poteſtate.* Hæc ſicco pede præterierunt. Deniq; confugit ad regulam; quam ad nauſeam uſq; Anhaltini in ſuis ſcriptis inculcant. *Res tum quoq; fieri & dari dicitur, cum incipit patefieri,* in quam ſententiam etiam ſcitè Spongia dicit loqui P. Lombard libr. 3. diſtinct. 18 his verbis: Hoc eodem tropo uſus eſt etiam Dominus poſt reſurrectionem dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, non quod tunc primò acceperit: ſed quam ante habebat, tunc manifeſtata eſt poteſtas. Hactenus Lombardus. Verùm hæc nihil ad rem, & ſimul contra mentem Auguſtini & Lombardi, ut ab oculo ad oculum demonſtrabo. Primùm regula illa Auguſtini non eſt univerſaliter vera: non valet enim in omnibus ſcripturæ locis, quæ loquuntur de datis Chriſto in tempore: quædam enim ſcripturæ dicta ita aliquid Chriſto in Tempore data eſſe dicunt, ut Chriſti carni hinc acciderit βελτίωσις quædam, ut paulò poſt clariſſimè ex Athanaſio demonſtrabimus. Argumentatur itaq; à particnlari ad univerſale. Non poſſunt etiam huc referri dicta ſcripturæ Eph. 1. verſ. 20. 21. & 22. Ebr. 1. verſ. 4. cap. 2. verſ. 7. 8. 9 Phil. 2. verſ. 9. 10. 11. Ioh. 17. verſ. 5. & multa alia quæ non loquuntur de manifeſtatione ſolùm gloriæ & potentiæ divinæ naturæ, in carne aſſumtâ, ſed docent ita Chriſto omnia tradita in tempore, & Chriſtum collocatum ad dexteram Dei, non ſolùm

Aliud effugium

Confutatio.

NB

solùm respectu nostri, ut aliàs de Deo loquimur, quod respectu nostri glorificetur, exaltetur (qui in se altissimus existens non potest exaltari) sanctificetur &c. *sed ut seipso revera exaltatus & ex inferiori statu in sublimiorem sit translatus.* Non itaq; ad rem, quæ aliàs Anhaltini in suis scriptis perperam inculcant, Deo aliquid dari, cum laudatur, sanctificatur, glorificatur &c. *Id enim fit respectu nostri,* σχετικῶς *solùm, non quod ipsi quicquam accedat, aut quod inde melior fiat: Scripturæ autem dicta,* quæ loquuntur, Christo aliquid in tempore datum, illa palam testantur, Christo non ratione nostri, *sed suipsius aliquid datum, & ita quidem datum, ut melior & præstantior inde factus,* Ebr. 1. *ut inde dominetur super omnia* Eph 1. *ut dono acceperit inde nomen super omne nomen, in quo nomine flectantur omnia genua cœlestium, terrestrium & inferorum,* Phil. 2. *unde etiam constitutus est super omnia opera manuum Dei* Ebr. 2. *Et unde Dominus factus* Act. 2. *Et unde glorificatus est gloriâ æternâ etiam apud ipsum Patrem* (ὡσεὶ σταυτῷ inquit Christus) apud quem non opus est *manifestatione gloriæ:* Ipsi enim omnia sunt nota, manifestatio autem tantùm fit respectu nostri. *Unde etiam sedet* (id est, regnat, explicante Paulo 1. Cor. 15.) *à dextris potentiæ Dei.* Hæc & similia scripturæ dicta testantur, Christo *in tempore,* ut omnes circumstantiæ textus evincunt, aliquid esse datum, & Christum *in tempore* esse exaltatum ad infinitum dominiũ, & tamen hæc de divinâ Christi naturâ nec de solâ manifestatione accipi possunt, ut taceam, manifestationem illam per se nõ posse referri ad Deitatem, cum, sicuti Deitas semper est Deitas, gloria & potentia eius semper manifestentur in gubernatione cœli & terræ, semper enim operatur Ioh 5. etiam in mediâ exinanitione carnis assumptæ: Intelligenda itaq;

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0047
Mecklenburg Vorpommern

Itaq; est illa manifestatio respectu carnis assumtæ. Caroita-
que assumta ab hac manifestatione non est excludenda, ut
Amlingus facit, qui hanc manifestationem solùm ad Deita-
tem refert, ubi expresè injuriam facit Augustino & Lom-
bardo Nam Lombardus in loco allegato, ubi etiam regu-
lã hanc Augustini citat, præmittit. *Christo etiam ut homini do-
natum esse nomen super omne nomen etiam ante resurrectionem: &
sic ipsi etiam datam omnem potestatem, sed hoc demum post resurre-
ctionem innotuisse: manifestationem itaq; potestatis, cuius mentio fit
Matt. 28. Lombardus intelligit ratione humanitatis etiam, quod ni-
mirum innotuerit post resurrectionem, omnem potestatem in cælo &
in terra etiam Christo secundum humanitatem* in tempore *datam
fuisse, & non respectu Deitatis: loquitur enim expresè ibi Lombar-
dus de exaltatione carnis assumtæ*, sicuti omnes circumstantiæ
loquuntur. Verba Lombardi libr. 3. distinct 18 sunt hæc:
Habuit hoc nomen Dei filius in quantum Deus est *ab æter-
no per naturam: in quantum verò homo factus est, habuit ex tempore
per gratiam.* Veruntamen Augustinus dicit, homini dona-
tum esse illud nomen, non Deo, quia illud nomen habuit,
cum in formâ Dei tantùm erat &c.

Nota di
stinctio
inter tò
per Nat
ram &
per Gra
tiam.

Deniq; hæc regula ita debet intelligi, ut non excludat
alteram illam totius orthodoxæ Antiqnitatis regulam: *Quæ-
cunq; scriptura dicit accepisse filium* in tempore *propter humanita-
tem dixit, non divinitatem.* Vbi notari velim regulam illam de
manifestatione hîc non posse adaptari, *quia Divinitatis glo-
ria in carne manifestata est*, & tamen regula illa Athanasij
vult dicta, quæ loquuntur de datis *in tempore* Christo acci-
pienda esse *de Christo non secundum Divinitatem: sed humanitatẽ.*
Quod præterea Spongia suggillat hanc interpretationem.

Data

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0048
Mecklenburg
Vorpommern

Data est mihi omnis potestas, id est, data est meæ carni, sive naturæ assumtæ, sciendum est, illam non esse nostram, sed Theophylacti & reliquorum Patrum, qui hac in parte cum scriptura consentiunt: Nam si personæ data. Ergo aut secundum carnem, aut secundum Deitatem in tempore: Nō secundum hanc, ut ostensum. Ergo secundum illam. Cur autem dicamus, Christum secundum carnem omnipotentem, & tamen non æternum, rationem diversitatis plus millies nostri Theologi dederūt: quia scripturæ testimonia habemus de omnipotentia: non de æternitate: quia attributorum Deitatis, quatenus ad extra considerantur *ratione prædicationis* non est eadem ratio. Dicimus Deum suâ bonitate saluare: non autem suâ bonitate damnare: nec suâ irâ vel infinitate, vel æternitate salvare: nullibi scriptura sic loquitur: Lucerna pedibus meis verbum tuum, inquit David. Nec propterea tollitur simplicitas essentiæ Dei: *quia communicatio Idiomatum Deitatis non est facta vel per μετάχυσιν, vel per* B *συγχυσιν, vt in cap. 2. huius libri docui: sed καλὰ συνδυασμὸν.* Denique omnipotentia τῷ λόγῳ exserit se per carnem tanquam per organum, ut Athanasius loquitur orat. 4. cont. Arrian. Tom. 1. fol 244. & 247. edit. Basilienſ. Ann. 1556. Æternitas verò non, de qua re eruditè differit Chemnitius in libr. de duabus naturis in Christo. Et ut tandem hoc augmentum concludam, respondet Spongia in meo syllogismo committi fallaciam dicti secundum quid. At quomodo hoc probat? nullâ ratione: addit hæc verba; quæ tamen nihil ad rem, nec pro ipso: *Etsi enim dona, inquit, perfectionis non nisi assumtæ Christi naturæ competunt: tamen officij potestas est personæ secundum utramq; naturam consideratæ.* Hactenus Spongia. Respondeo bre-

deo breviter: Non est quæstio de donis perfectionis naturæ assumtæ creatis: sed de omni potestate in cœlo & in terra, quâ dominatur omnibus, propter quam adoratur ab omnibus, quâ omnia sibi habet subjecta. Eph. 1. Ebr. 1 2. Phil. 2 Deinde quia Spongia contendit verba Christi Matth. 28. loqui de potestate officij, & simul concedit potestatem officij esse personæ secundum utramq; naturam consideratæ, quæro ego rursum, an illa potestas, de quâ Christus loquitur Matth. 28. sit finita vel infinita, creata vel increata? Si creata & finita: Ergo etiam Christus secundum Deitatem habebit potestatem creatam & finitam (absurdum) Quia iuxta concessionem adversarij competit hæc potestas personæ secundum utramq; naturã. Item si finita & creata, quomodo omnis potestas in cœlo & in terra potest dici? Si autem infinita & increata, sequitur etiam Christum secundum humanitatem habere potestatem infinitam & increatam, quia adversarius concessit hanc potestatẽ officij Christo secundum vtramq; naturam competere, atq; sic invitus nostram sententiam probare cogetur. Si voluerit dicere, esse respectu Deitatis infinitam & increatam, respectu carnis assumtæ creatam & finitam, quæro primùm quo scripturæ dicto probare velit, *hanc duplicem potestatem officij & Mediatoris?* Deinde contrarium evici ab initio huius argumenti, *ubi ostendi ex alijs scripturæ locis* πᾶσαν ἐξουσίαν *hîc includere* πᾶσαν δύναμιν, *imò ipsam* δύναμιν τοῦ θεοῦ. Præterea si potestas officij respectu carnis assumptæ *finita & creata, quæro quomodo humana Christi natura perferre potuerit sensum iræ infinitæ Dei in passione?* an forsan non pertulit? *an potentiâ finitâ pertulit?* utrumq; absurdum. Deniq; quomodo probabit adversa-

Dilemma.

(f) rius,

urda vinia,

sarius, in unâ eadem propositione. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, unum idemq; vocabulum semel positum simul potestatem creatam & increatam, finitam & infinitam significare, imò quomodo omnis potestas in cœlo & in terrâ, si finita & creata?* Hunc labyrinthum cum animadvertebat Amlingus in colloquio, ne vi veritatis victus nostram sententiam approbare cogeretur, maluit hoc absurdissimum absurdum effutire, *potestatem officij neq; creatam, neq; increatam esse, de quo supra dixi.* Est autem potestas illa infinita, quia eâ Christus dominatur omnibus in cœlo & in terrâ, & omnia habet in manu: Data autem est Christo in tempore non secundum divinam: sed humanam naturam, ut hactenus ostensum. Perstat itaq; meus syllogismus contra Amlingum & Spongiam adhuc invictus. Vnicum adhuc addam. Iussit me Spongia, ut non solùm Vbiquitarios compilatores (sic per calumniam appellat meos Præceptores) sed ipsum Athanasij textum, imò integram B. Patris Athanasij commentationem in hoc ipsum Filij Dei dictum inspicerem, (cum tamen Athanasius non hoc Matth. 28. quod Spongia notat, sed illud Matth. 11. Data mihi sunt omnia à Patre, peculiariter tractet fol: 290. edit: Basil. ann. 1556. alterum Matth. 28. obiter tractet in orat. 4. contr. Arrianos. Legat ipse diligentius Athanasium) feci hoc, & non solùm Latinum; sed etiam Græcum textum diligenter inspexi, nec tamen glossam Calvinianam invenire potui, imò deprehendi Athanasium non semel, sed aliquoties apertissimè Amlingo & alijs Calvinianis contradicere. Postulo itaq; vicissim, ut Amlingus diligentius legat Athanasium, nam in suis scriptis hactenus Athanasium falsò allegavit, verba

B

Athanasij explicatione verborum, ita est mihi omnis potestas.

contra

contra mentem Athanasij (paratus sum demonstrare) de-
pravavit. Postulo ut quæ bonâ fide modò ex Athanasio non
solùm; sed etiã ex alijs Patribus sum allegaturus pro nostra
sententia diligentissimè perpendat. Et primò quidem Atha-
nasius Tom. 1. orat. 4. contra Arrianos fol. 247. 248. edit.
Basil. ann. 1556 & fol. 278. edit. Commelinianæ ann. 1601
disputat de ijs, quæ data sunt filio Dei ab æterno per æter-
nam generationem, & docet, Filio Dei à patre per æternam
generationem quædam ab æterno esse data, & sic usurpat
etiam dictum, quæ possidet ut Deus, postulat ut filius, sicuti
prolixè ibi declarat. Postea eodem folio, descendit ad ea,
quæ Christo data sunt in Tempore, dum sic inquit: *Cæterum
ea quæ humanitus ἀνθρωπίνως de Salvatore referuntur illa quoq; piam
sententiam in se complectuntur.* Hactenus ille. Quænam autem
sunt illa? Id Athanasius in eadẽ oratione fol. 249. edit. ann.
1556. & fol. 279. 280. edit. Commelinianæ an. 1601. His ver-
bis indicat: cum igitur ista verba (Arriani) calumniantur:
Data est mihi potestas, Et glorifica Filium, Dictumq; item
Petri. Data est illi potestas, hoc intellectu ista omnia inter-
pretamur, *humanitus illum ob corpus suum ista omnia loqui, non
quod necessitate adigeretur.* Sed tamen ipse sibi quasi data con-
fitetur, quæ humanitus ἀνθρωπίνως *acceperat*, ut eo, qui Domi-
nus erat, accipiente, & in ipso donatione istarum rerum resi-
dente, gratia ipsa firma permaneret. Hactenus Athanasius.
At quid intelligit hîc Athanasius per vocem humanitus?
Amlingus in suo mendacissimo scripto contra 4. cap. Apo-
logiæ formulæ concordiæ pag. 72. contendit per phrasin, se-
cundũ humanam naturã, id intelligi apud Athanasium *non
quod ipsa humanitas acceperit:* sed quod Christus secundũ Deita-

,, N
Huma
nus ob
pus.

ratione οἰκονομίας seu dispensationis & missionis acceperit. Hoc autem clarissimè Athanasio, & reliquis Patribus contradicere breviter ostendam. Athanasius in loco allegato sic pergit: ut autem gratia inademtibilis (ἀναφαίρετον) esset, firmáq; hominibus custodiretur, ea de causa hanc donationem, ut propriam sibi arrogat, *quam semper habet ut Deus*: dicitq; Glorifica me qui alios glorificat, ut ostenderet, *carnem se habere istarum rerum Indigam.* Ac proinde *carne suæ humanitatis* hanc glorificationem *Accipiente* κατείνης λαβόντος, ita loquitur, quasi ipse eam accepisset. Et paulò post ibidem: Si Verbum ipsum, quatenus verbū est accipit & glorificatū est, & secundum Deitatē suam sanctificatum est, & resurrexit, quæ spes (obsecro) hominibus relinquitur? Permanent enim, quales erant, nudi, miseri & mortui, nullum consortium habentes in eis, quæ data sunt filio. Aut quid advenit, aut cur Verbum caro factum? Si ideo factum est, ut sibi ea acciperet, quæ se accepisse dicit: carebat igitur istis prius, & gratiam potissimum debet corpori suo, eo quod, cum in corpus veniisset tum demum illa acceperit à Patre, quæ non habebat antequam in carnem descenderet. Quippe qui iam melioris felicioriſq; conditionis sit factus per corpus, quàm corpus per ipsum. At illa Iudaica (imò & Calviniana) sententia est. Et tandem fol: 250 edit. Basil. ann. 1556: Et fol. 281. edit. Commelinianæ ann. 1601. sic concludit: In summa id ubiq; animadvertendum est (*NB.* regulam Amlinge) nihil eorum *quæ dicit accepisse, ita se accepisse, quasi non habuisset; habebat enim illa, utpote semper & Deus & Verbum.* Nunc autem dicit *Humanitus se accepisse, ut carne eius* (σαρκὸς λαμβανόσης *NB*) in ipso *Accipiente* in posterum ea ex

carne.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0053
Mecklenburg Vorpommern

carne illius firmiter posidenda traderentur. Nam quod à Petro dictum est, accepisse illum à Deo gloriam & honorem, eò quòd Angeli ipsi subiecti sint, talem in se mentem complectitur: ut enim interrogabat Humanitus (NB. quid hîc Humanitus significet) excitabat autem divinitus Lazarum: ita quoq; hoc vocabulum, *Accepit*, *Humanitus intelligendum est*: Ipsa autem Angelorum subiectio Deitatem Verbi demonstrat. Hactenus Athanasius. Item in orat. 2. contra Arrianos fol: 167. edit. Commelinianæ ann. 1601. Et Fol. 149. edit. Basil. ann. 1556. *Quomodo illud accepit quod semper habuit, antequam acciperet? aut quomodo exaltabatur, qui priusquam exaltaretur altissimus erat? aut quomodo accepit, ut adoraretur, qui antequam hoc acciperet, adorabatur?* Et paulò post: Illud quod nunc dicimus: Exaltavit eum, *non substantiam Verbi exaltatam significat, fuit enim & semper est æqualis Deo, sed ad humanitatem eius spectat.* Neq; ista prius dicta fuere, quàm tum, cum iam Verbum caro esset factum, ut palam fieret, illud humiliavit, & illud exaltavit, de homine dictum esse: cuius enim est humilem esse, eius quoq; fuerit exaltari: Et si ob assumtionem carnis hoc verbum (humiliavit) est scriptum, clarum manifestumq; est propter eandem carnem illud (exaltavit) usurpatum esse. Eius enim exaltationis *indigus* erat homo *ob humilitatem carnis suæ & mortis.* Item fol. 170. edit. Commelinianæ: Et fol. 152. edit. Basil. ann. 1556. exaltari dicitur ab inferioribus terræ locis, quia mors quoq; ipsius exaltatio appellatur, & utrumq; de eo dicitur, quoniam eius erat, & non alterius corpus, quod exaltatum fuit ex mortuis, & in cœlos subvectum. Iam verò cum eius sit corpus, neq; Verbum *sit extra suum corpus (NB) meritò ex-*

altato corpore, ipse ut homo ratione corporis exaltatus esse (disputat autem Athanasius de loco Philip: 2.) dicitur. Plura loca ibidem occurrunt, quæ prolixum esset nimis omnia allegare. Cum Athanasio consentiunt reliqui Patres: Basilius in Psal. 21: Natura assumta Divinitati assumenti eam unita est: *eiusdemq; gloriæ & honoris particeps & consors facta.* Augustinus contra Felician. cap. 11. Iniuriâ sui corporis non affectam fateor Deitatem, *sicuti Majestate Deitatis glorificatam novimus carnem.* Damascenus de orthodoxa fide cap. 7. *Ipsa quidem proprias Glorificationes* (οἰκείων αὐχημάτων) *carni tradit*, cum ipsa maneat inpossibilis & immunis passionum carnis. Libr. 3. cap. 15. *proprias glorificationes*, (neq; hæc de unione, sed de effectu unionis intelligas; quia unio reciproca est: hæc autem communicatio Damasceni non est reciproca) *Divinitas corpori communicabat, at ipsa permanebat passionũ carnis immunis.* Damascenus lib. 3. cap. 18 Humana verò eius voluntas à tempore cœperat, & ipsa naturales & innoxias passiones sustinuit. Et naturaliter *non omnipotens erat*: ut autem Dei Verbi secundum veritatem & naturam facta *omnipotens.* Quod Paraphrastes ipsius sic reddit: Cum in humanam Christi voluntatem consultatio non cadat, sicuti nec ignorantia, non habent inter se id discriminis: sed naturali sua conditione ab invicem discrepant, quia divina voluntas suapte natura efficacissima est, & virtutem habens omnia efficiendi quæ velit. *Humana verò Christi voluntas non hanc sua natura habet omnieffica-cem virtutem, sed ut Verbo juncta.* Cyrillus Alexandrinus Tom. 1. in Iohan: lib: 4. cap. 24. sic inquit: Nam propter seipsum Spiritus vivificat, ad cuius virtutem per conjunctio-

Basilius.

Augustinus.

Damascenus.

NB. Humana Christi natura omnipotens.

Cyrillus.

junctionem *Caro* conscendit: quomodo autem id fiat, nec mente intelligere, nec linguâ dicere possumus: sed silentio atq; firmâ fide id suscipimus. Libr. 11. cap. 17. Homo enim propter naturæ humilitatem exaltationis naturaliter indiget, gloriam igitur suam, quam semper habet ut Deus, ut Homo petijt. Nec quia gloriæ unquam propriæ expers fuit, hæc ab eo dicuntur (nunquam enim Dei Verbum ac Deus verus dignitate caruit suâ) sed quia in gloriam, quæ sibi semper adest ut Deo, *proprium templum reducere volebat.* Tom. 2. lib 8. thesauri cap. 1. sic inquit: *Est autem naturæ humanæ proprium à Deo accipere.* Quid enim habet, quod non accepit? ut scribitur. Vt homo igitur per gratiam à Deitate accepit quæ ut Deus naturaliter habet. Libr: 10. thesauri cap 9: Glorifica me Pater eâ gloriâ &c. Non sibi ergo à Patre gloriam petebat, quâ sicuti Deus naturâ non indigebat, sed Paternam gloriam in hominem, quem assumsit petendo vt homo, traducit. Item Tom. 2. lib. 6. Dialo. cum Hieremia: *Humanitatis parvitas in summæ & excellentissimæ naturæ dignitatem pervenit, & ipsam in Divinitatis solio collocavit, & cum carne Verbum unigenitus Dei dominatur non absq; Patre.* Ibidem fol 357. Curvatur enim ei omne genu & omnis lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus est in gloria Dei Patris. Accepit autem hæc *secundum humanitatem.* Igitur propria quidem Verbi omnia, secundum quod natum est ex Deo, *& dominatur omnibus cum Patre. Accipit autem hæc secundum humanitatem*, quando factus est sicut nos, *super quibus regnet & imperet, potentia ei à Deo data est.* Tom. 4. libr. de Incarnat. cap. 8. Cæterum

NB. Distinctionem Naturæ & Gratiæ, qua in fine utemur.

NB. Dominatur. Non igitur de nuda unione ut Calviniani interpretantur.

tanquam

tanquam in imagine licet in carbone aſpicere adunatum quidem humanitati Deum Verbum, non tamen projeciſſe quod fuerat: Transformaſſe autem magis aſſumtam naturam *in ſuam gloriam & operationem.* Baſilius libr. 4. contra Eunom. pag. 684. in edit Græca: Si poſt incarnationem propter obedientiam nomẽ ſuper omne nomen Filio Pater largitus eſt Deo exiſtenti, ut omnis lingua ipſum confiteatur Dominum: Cum ante incarnationem nec nomen ſuper omne nomen habuit, nec confeſſionem ab omnibus, quod eſſet Dominus. Major igitur factus eſt poſt incarnationem, quod abſurdum eſt. Tale eſt hoc: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlis & in terris εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν οὖν καὶ οὐκ εἰς τὴν θεότητα ταῦτα νοεῖν δεῖ. De incarnatione igitur & non de *Deitate* hæc intelligenda ſunt. Et ibid. fol. 685: Glorificâ eâ gloriâ &c. Si gloriã, quam habuit antequã Mundus fieret, amiſit. Ergo & Deitatem. *Inſeparabilis enim eſt gloria à Deitate.* Apparet ergo, *quôd juxta Humanitatis diſpenſationem, non ſecundum Deitatis defectum hoc dixerit.* Theophylact. cap. 28. in Matthæ. ex Chryſoſtomo. *Ego prius condemnata natura*, exiſtens autem Deus ſecundum unionem ad filium Dei abſq; naturarum confuſione accepi poteſtatem ſuper omnia, ita ut & ab *Angelis in cœlo adorer, & ſic per terram ab omnibus finibus terræ glorificer.* Super Iohan. cap. 17. Glorifica me: hoc eſt, *humanam meam naturã, quæ nunc in ignominiâ quaq; crucifigenda, & ſubvehe eam in gloriam, quam habebam apud te ego Verbum & Filius tuus, priuſquam mundus eſſet. Collocavit enim humanam naturam in throno regio, & adoratur nunc ab omni creatura.* Damaſcenus libr. 3. de Orthod. fid. cap. 21. Humana natura eſſentialiter non obtinet futurorum cognitionem: Domini autem

filius,

NB

Theophylactus.

Qualis ſit illa poteſtas?

NB

tem

tem anima propter ipsam ad Deum Verbum unionē & hypostaticam Identitatem, dives facta est (ceu dixi) cum reliquis divinis signis etiam futurorum cognitione. Vigilius libr. 5. contra Eutychium ex Chrysostomo sic inquit: *Cognoscamus igitur, quæ natura sit, cui dixit, sede ad dextram meam, & esto particeps meæ sedis: illa nimirum, quæ audierat: Terra es, & in terram converteris*: De hoc loco vide Damascenum libr. 4. de Orthod. fid cap. 2. ubi dicit: Carnem Christi sedere in gloria, & honorificentia Deitatis, quæ certè gloria est infinita. Vigilius contra Calvinos ut pra dix

Ex hisce sanctissimorum Patrum Testimonijs evidenter colligitur, quod Christo secundum carnem communicata sit infinita gloria & potentia Deitatis (absq; tamen confusione naturarum, de quo vide cap. 2 huius libri sect. 1.) propter quam sit & dicatur omnipotens, ut Damascenus expressè omnipotentem appellat, & potenter dominatur omnibus creaturis, & ab ipsis Angelis adoratur. Conciliet Amlingus hæc dicta Patrum cum suis somnijs, si potest. Eat nunc adversarius, & Gravverum ad Athanasium remittat, ex quo Amlingus ocularitèr convincitur. Fraudulentam illam allegationem Athanasij in scriptis Amlingi diu legeram & observaveram. Sed pergo ad finem, ne præfatio hæc nimis excrescat.

Quartò descendit Spongia ad omnipræsentiam carnis Christi. Obijcit D. Hoffmannum & Heshusium mecum non facere. Quid tum? modò mecum faciat scriptura. Nec Hemmingius nec Franciscus Iunius, imò & in quibusdam Vrsinus non consentiunt cum Calvino, Beza &c. in articulo de prædestinatione, merito Christi & causâ peccati. Hem- De omni præsentia carnis Christi.

mingius apertè contradicit reliquis Calvinianis de merito Christi: Sic & Franciscus Iunius in quæstione de causa peccati, ut taceam alias dissensiones Calvinianorum, quas notavi in hoc responso meo in diversis locis. Nec omnipræsentia evertit naturales proprietates carnis vel historiam symboli, *quia non docemus eam in se subjectivè & per infinitatem essentiæ vel per expansionem quandam ubiq; esse, sed hypostaticâ exsistentiâ in λόγῳ*, ut hæc plenius in hoc libro declaravi. *Sic docemus quidem carnem Christi esse per gratiam ubiq;, sed non ita, ut sit subjectum physicum vel inhæsionis ipsius omnipræsentiæ.* Nihil itaq; calumniæ illæ de Antitrinitarijsmo ad rem, ut in fine videbimus. Insuper dicit Spongia, me negasse humanam & divinam Naturas esse disparatas. Mentitur calumniator iste audacter. Nunquam negavi. Locutus sui de processu syllogistico, quem dixi sicuti in meo, ita & Lamij syllogismo non esse à disparato ad disparatū, sed â generâliori ad specialius, ut postea videbimus: nam Major in syllogismo Categorico sic formanda est: Quicquid ubique est, id ubiq; agit & patitur, quod agit vel patitur. Hanc Majorem negavi universalem esse per instantiam τοῦ λόγου & Spiritus sancti. Discat homo iste processum syllogisticum. Quod porro gloriatur de ducentis argumentis, Apodicticis, quæ Anhaltini in suis scriptis habeant contra Vbiquitatem, dico esse ducenta mendacia: legi illorum scripta & deprehendi illa argumenta, quæ tamen tam multa in illis non numerantur, vix esse straminea.

Quintò repetit dicta Athanasij & Lombardi, quibus addit & Bonaventuræ ex libr. 3. distinct. 14. quæst. 3. Dictum Athanasij, Non est colligatus corpori ὁ λόγος, sed ipse:

Ipse corpus continet, ut & in eo sit & extra omnia &c. non negavi exstare in Athanasio: legitur Tom. 1. fol. 46. edit. Basil. ann. 1556. & fol. 50. edit. Commelinianæ ann. 1601. in libr. περὶ τῆς ἐναν θρωπήσεως τοῦ (θεοῦ) λόγου, καὶ τῆς δι' ὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας αὐτου. Verum nihil facit ad rem. Amlingus affirmabat, *Athanasium dicere* λόγον *esse extra suum corpus assumtum*: hoc negavi exstare in Athanasio, & adhuc nego. Contrarium docet Athanasius, ut paulò ante ex orat. 2. contra Arrianos docui, ubi Athanasios expressè dicit, λόγον *non esse extra suum corpus*. Neq; est ut dicat Spongia, *eatenus non esse extra corpus, quatenus non est sine corpore vel separatus à corpore*: *nam si non extra corpus esse idem significat, quod non sine corpore esse, & non separatum esse à corpore, sequitur quod extra corpus esse idem significet, quod sine corpore esse & à corpore separatum esse*. Si itaq; ὁ λόγος simul extra corpus & simul in corpore: Ergo simul non separatus à corpore, & simul separatus à corpore: *saltem respectu diversorum locorum, atq; sic non in omnibus locis erit simul* ἀνθρωπος, de quâ re copiosius disserui cap. 2. huius libri. Non igitur extra corpus suum esse λόγον dicit Athanasius, sed extra universa, cum quibus non est una persona, seu quæ ipsi personaliter non sunt unita. Ad dictum Lombardi respondi in ipso colloquio sufficienter, nec illam responsionem tollere potuit Spongia, imò totus contextus clamitat apud Lombardum, sermonem ibi esse de communicatione subjectiva & essentiali, de quâ etiã Bonaventura loquitur, & de quâ nos non loquimur: non enim docemus, animã Christi subjectivè & tanquam subjectum physicum capax esse omnipotentiæ: sed dum capax fuit ὑποστάσεως τοῦ λόγου quâ subsistit

57 sistit & personatur, ut Scholastici loquuntur, simul particeps fuit in persona illa omnipotentiæ, quæ realiter ab hypostasi non differt: sed tantum τῷ λόγῳ, ut fusius illa in cap. 2. declaravi. Nec Lombardus itaq; nec Bonaventura mecum pugnant.

jectio. Vellicat etiã phrasin, quã dixi, carnem assumtã habere hypostasin, dicit me fingere, quòd habeat hypostasin, & ex Vigilio & Theodoreto monet, aliud esse habere, aliud haberi: Verbũ habere, carnẽ haberi. Sed nihil hoc ad rẽ. Sophistarũ propriũ est recurrere ad ambiguitates vocum, cum ad rẽ respondere nequeunt. Nosse debebat adversarius ex Post prædicamentis Aristotelis, varias esse significationes vocabuli ἔχειν Habere, nec solũ illas, quas Aristoteles ibi recenset: sed & longè plures. Vigilius & Theodoretus ita accipiunt, ut negetur carnem assumtã Habere tanquam personã, quod utio. Nestorius volebat, contra quem disputant, *non enim habet ut*
B ,, *persona, cum persona non sit*: Interim tamen non possumus
,, simpliciter affirmare, quod nullo modo possimus dicere, Naturam suo modo habere: nam licet non habeat ut persona, *habet tamen in persona* τῷ λόγῳ; & si nullo modo possum ita dicere, *quæro cur rectè dicam, humana natura habet vitam, animam, scientiam? &c.* Quid opus itaq; est ludere verborum ambiguitatibus? Inspiciat adversarius dicta Patrũ superius
B allegata, & videbit, quòd non solùm verbum *Habere*; sed etiam *Accipere* tribuant carni assumtæ, ut Athanasius & Damascenus erpressè testantur. Quid itaq; in me reprehendit, quod in Patribus toties legitur? Et si nullo modo caro assumta habet ὑπόστασιν, sequitur necessariò, quòd sit ἀνυπόστατος, quod absurdum. Nihil aliud itaq; volui dicere, quam

carnem

carnem assumtam habere hypostasin τῷ λόγῳ sibi communicatam, ut eâ personetur & subsistat, seu carnẽ assumtam esse ἀνυπόστατον, vel ut clarius dicam, nihil aliud volui dicere, quàm quod Damascenus libr. 3. Orthod. fid. cap. 3. secundum compositionem, id est, secundum ὑπόστασιν inconvertibiliter, inconfusè, invariabiliter, indivisè & INDISTANTER, & in duabus *Naturis perfectis HABENTIBVS* (NB. Amlinge) *unam Hypostasin*, confitemur filium Dei incarnatum, *Eandem hypostasin dicentes Deitatis ejus & Humanitatis, & duas naturas confitentes in ipso salvas integrasq; manere post unionẽ: non seorsim & particulatim ponentes unamquamq;, sed unitas AD INVICEM in unâ compositâ hypostasi.* Hactenus Damascenus. Videt itaq; adversarius, hanc phrasin nõ à me confictam. Non obscurè interim prodit suum Nestorianismum, quod lector plenius demonstratum inveniet cap. 2. sect. 2. 3. 23. 24. 27. & alijs, ubi invenies Calvinianos revera solvere unionem personalem, quod hîc Spongia verbotenus negat. Diluere etiam conatur, quod dixi, carnem Christi esse omnipræsentem, sed non subjectivè, cum tamen de carne tanquam subjecto prædicari largiar: putat ἀντιφατικῶς dici: Dici enim de aliquo requirit inesse. Verùm hanc regulam non simpliciter veram esse sufficienter ostendi cap. 1. sect. 15. cap. 2. sect. 25. Regula sic intelligenda est: Quicquid dicitur de subjecto, id ei inest, secundum modum σχετικῶς prædicati, nempe, *ad subjectum, seu eo modo, quo se habet ad subjectum.* Si aliter intelligatur, negamus eam ἁπλῶς & generaliter veram esse. *In Univocis prædicationibus prorsus falsa est, si intelligatur subjectivè inesse.* Sic etiam in multis Denominativis; Homo dicitur justus coram Deo: nec tamen iustitia

Alia o

Solutio

52 cia homini ſubjectivè (niſi cum Pontificiis inhærentem juſtitiã ſtatuere velimus: nam non eſt quæſtio de juſticia novæ obedientiæ, quæ non eſt juſticia, quâ juſti conſtituimur in judicio Dei) ineſt: ſed tantùm imputatur. Humana natura dicitur ἀνυπόστατος & perſonata, nec tamen ei ſubjectivè ineſt perſona. Plura vide in locis allegatis. Confundit etiam Spongia ſubjectum Logicum ſeu prædicationis cum ſubjecto Phyſico ſeu inhærentiæ: poteſt aliquid eſſe ſubjectum prædicationis ſeu Logicum, quod tamen non mox eſt ſubjectum inhærentiæ prædicati, ut in cap. 1 & 2. fuſius probavi: quò lectorem remitto. Quo pacto etiam perſonaliter carnem ubiq; eſſe dicamus, licet Vbiquitas ſit ἴδιωμα οὐσιῶδες τῦ λόγυ, oſtenſum eſt ſufficienter in cap. 2. huius libri. Nec docemus egredi ſubjectum, ut in ſect. 11. cap. 2. docui: *Nec ſequitur carnem Chriſti eſſe alterius ſpeciei, cum non doceamus carnem infinitam & immenſam; ſed finitam, quæ in hypoſtaſi & per hypoſtaſin τῦ λόγυ ubiq; eſſe dicitur: nam ὑπόστασις τῦ λόγυ facta etiam eſt hypoſtaſis carnis aſſumtæ*, ut Damaſcenus monſtrat.

lum-
e adver
ij dilu-
tur.

Sextò aggreditur hunc meum ſyllogiſmum: *Vbicunq; eſt Deitas Filij Dei, & nõ ſimul ipſius caro, ibi nulla eſt unio perſonalis: quia unio definitur non abſentiâ: ſed præſentiâ mutuâ naturarum. Vbi igitur non eſt mutua naturarum præſentia, ibi nulla eſt unio. Atqui juxta vos Calvinianos Deitas Filij eſt in terris, in quibus nõ eſt caro ipſius; atq; ſic in terris non eſt mutua naturarum præſentia. Ergo juxta vos Calvinianos in his terris nulla eſt unio perſonalis, quod abſurdum.* Ad hunc ſyllogiſmum directè non poterat reſpondere Amlingus, in colloquio, & invictum eſſe ſyllogiſmum docui in cap. 2. ſect. 8. 9. & imprimis Spongia objecit Am-

llogiſ-
us invi-
us.

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0063
Mecklenburg
Vorpommern

cit, Amlingum rectè oppoſuiſſe hiſtoriam ſymboli Apoſtolorum, quæ non ferat Vbiquitatem. Ad hoc non erat directè reſpondere ad præmiſſas ſyllogiſmorum. Deinde non rectè oppoſuit, quia omnipræſentiam carnis Chriſti, qualem nos docemus, *& non qualem Calviniani nobis per Impudentem calumniam affingunt*, pugnat cum nullo articulo fidei, imò ex articulo de Incarnatione Filij Dei neceſſariò ſequitur, ut multis argumentis evici cap. 2. Sophiſticationes autem Amlingi omnes inde oriuntur, quòd exiſtimat nos docere transfuſam quandam Vbiquitatem, *quæ ſubjectivè inſit corpori Chriſti, & cujus ſubjectum inhæſionis ſit ipſum corpus, quaq; corpus extendatur in omnia mundi loca, qualem ubiquitatem nunquam ſomniavimus*: Et ſanè ſi ejuſmodi Vbiquitatem corporis doceremus, non negarem nos evertere hiſtoriam ſymboli Apoſtolici; ſed cum non doceamus, fruſtra nobis hoc objicitur. Docemus autem corpus Chriſti ſalvo corporis modo non in ſe, *ſed in ſua perſona, & ratione perſonæ ſuæ, quâ ſubſiſtit & perſonatur omnipræſens eſſe: Cum enim perſona τῦ λόγυ jam etiam ſit ὑπόσασις carnis aſſumtæ, ut Damaſcenus loquitur, & perſona τῦ λόγυ ubiq; ſit, quare non diceremus corpus Chriſti ratione hujus ſuæ perſonæ & perſonalis exſiſtentiæ ubiq; eſſe*: ubicunq; igitur credimus præſentiam perſonæ τῦ λόγυ, ibi etiam præſentiam naturæ aſſumtæ (non abſolutè) in perſona τῦ λόγυ, quæ jam eſt hypoſtaſis naturæ aſſumtæ credimus. Cum igitur corpus Chriſti in ſe & *ſuâ naturâ manſerit finitum & circumſcriptum, potuit in uno loco pati, mori, crucifigi & reſurgere, ut tamen ratione perſonæ ſuæ ſeu perſonalis exſiſ-*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0064
Mecklenburg Vorpommern

exsistentiæ fuerit ubiq;. Deinde negat Spongia Majorē dicens, eam ne quidem in rebus creatis veram esse, & fingit ambiguitatē in verbis simul & mutuæ præsentiæ, cum in corpore vivo partes integrales ad integritatem totius simul requirantur, nec tamen ubi una est pars, etiam alterā esse, cum caput non sit ubi pedes sunt (hæc & alia similia de trunco, radice & ramis, Oceano & Antvverpiâ, anima & capite mihi non sunt ignota: legi in Dialogo Petri Martyris, Beza & Sadeele, sed ἁπλῶς sunt ἀλλότρια) nec tamen solvi unionem, cum ideoq; in Physicis non valeat, multò minus in divinis. Satis crassè adversarius prodit suum Nestorianismum. Primò quæsiverim ex eo, an audeat asserere talem esse unionem τοῦ λόγου & carnis assumtæ, qualis est partium integralium in toto? Constituunt ne partes integrales unius corporis vivi unum personale? absurdum. Ad quid itaq; hisce utuntur dissimilibus similibus? Nihil ad rem: Omnes vestræ similitudines claudicant, *cum modus unionis personalis longè sit alius, quàm istarum rerum: aliud est loqui de unione partiali vel accidentali, vel σχετικῇ solùm, & aliud de unione personali, quâ constituitur unum personale.* Sed dices: Spongia hoc solum demonstrare voluit, quædam posse uniri quæ sibi non sint mutuò præsentia. Intelligo: non demonstravit: nam caput & pedes dicuntur uniri in uno corpore non immediatè, sed mediantibus reliquis partibus, atq; sic inter caput & pedes per se non est unio: sed tantùm σκεσεὼς ἕνεκα propter habitudinem & σχέσιν quandam, quia uniuntur in uno tertio. *Vt igitur inter caput & pedes non est vera præsentia: sic nec vera unio, nisi σχετικὴ solùm & ratione tertij cujusdā.* Qualis enim præsentia, talis unio, & certè impossibile est veram ac realem unionem

ssa ra-
tuatio
ngia.
futatio
tantia.
lutio.
B

onem esse sine verâ & reali præsentiâ: Vbi nulla vera præsentia, ibi nulla vera unio. An dicere audebit, hypostasin τῷ λόγῳ & carnem assumtam unitas esse duntaxat σχετικῶς & ratione tertij cuiusdam, ut uniuntur caput & pedes? Absurdum, impium, Nestorianum. Constituunt ne caput & pedes unum personale? Minimè gentium. Ad quid itaq; hæc dissimilia, quæ prorsus non congruunt, objiciuntur, nisi ut prodant suum Nestorianismum? Sequitur enim ex hac responsione adversarij, carnem τῷ λόγῳ in terris duntaxat σχετικῶς unitam esse, nempe respectu cœli & non realiter, ut in sect. 10. cap. 2. fusius docui. Vnionem itaq; docent duntaxat ratione habitudinis & respectus cujusdam. Apage cum vestris similibus nimis dissimilibus. Quod etiam objicit, sequi ex hac mea Majore propositione Nestorianam παράσασιν & Eutychianam confusionem, quia tantùm dicit, non probat, prætermitto: nudis namq; ipsius verbis non habeo fidem. Quomodo autem negata mea Majore propositione & ejus probatione necessariò sequatur Nestoriana distractio, cujus Calviniani tam certò sunt rei, quàm certum est, Deum vivere in cœlis, abundè docui in cap. 2. hujus libri. Nec tollitur hâc ratione assumta natura, nec Chalcedonense concilium mihi adversatur, cum salvo corporis modo corpus in personâ τῷ λόγῳ ubiq; esse doceamus, ut paulò ante ostendi. NB

Septimò tangit Spongia & id, quod dixi, non valere consequentiam à præsentia ad actionem. Respondet: & tamen valere ab actione vel passione ad præsentiam. Non nego: Sed inde non sequitur, quod adversarius vult:

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0066
Mecklenburg Vorpommern

hoc sequitur, agit hîc vel patitur hîc. Ergo præsens est. Sed non vice versâ: quicquid ubiq; est, ubiq; agit quod agit, aut si tantùm agit in hoc loco. Ergo tantùm est præsens in hoc loco. Quod ut lector candidus clarius percipiat, scire eũ velim, quod Amlingus hoc sophisma mihi objecerit in colloquio, quod Spongia non negat, & tamẽ Amlingum ab initio Tacitum egisse confitebatur: Si corpus Christi semper ubiq; fuit. Ergo ubiq; natum, ubiq; passum, ubiq; crucifixũ &c. Sed posterius est absurdum. Ergo & prius. Negavi consequentiam Majoris propositionis, propterea quod in ea non est necessaria connexio antecedentis & consequentis, & dixi committi fallaciam causæ, cum non mox ubiq; agat, quod agit, quod ubiq; est. Opposui igitur hanc ἔνσασιν: Si ὁ λόγος ubiq;. Ergo ubiq; assumsit carnem, & non solùm in utero Mariæ virginis. Sed posterius est absurdum. Ergo & prius. Item si Spiritus sanctus ubiq;. Ergo ubiq; se revelavit in specie columbæ, & non solùm ad Iordanem. Sed posterius est absurdum, Ergo & prius. Applicabam: quicquid essent mihi responsuri ad hos syllogismos, idem me responsurum ad Amlingi syllogismum. Si illorum valeret, & hos valere: si hi non valerent, nec illorum valere. *Hæc sicco pede præterit Spongia, quod tamen se non facturum protestabatur ab initio.* Amlingus autem in colloquio respondebat, esse argumentationem à disparatis. Ridebam hominem ἄλογον. Quomodo esset argumentatio à disparatis? *Nam licet natura humana & divina sint disparatæ, tamen argumentatio non fit à natura ad naturam: sed à generaliori ad specialius, quod inde apparet, si revocetur syllogismus*

logismus Amlingi hypotheticus ad Categoricum. Si enim valere debet consequentia in syllogismo Amlingi, Major propositio in syllogismo Categorico hæc erit: Quicquid ubiq; est, id ubiq; patitur cum patitur, & agit ubiq;, cum agit. Corpus Christi est ubiq;. Ergo ubiq; patitur cum patitur, & agit ubiq;, cum agit. Nego Majorem propositionem, quæ non est ἀκλῶσ vera. Nam si major vera esset, etiam hic valeret syllogismus: Quicquid ubiq; est, ubiq; agit & patitur, cum agit & patitur. Filius Dei est vbiq;: Spiritus Sanctus est ubiq;. Ergo Filius Dei & Spiritus Sanctus ubiq; agunt cum agunt, & per consequens, Filius Dei ubiq; assumsit carnem: Spiritus Sanctus ubiq; descendit in specie columbæ, & alia complura; nempe Deus ubiq;. Ergo ubiq; locutus cum Mose &c. Quæ cū sint absurda, quis non videt, Majorē propositionē esse negandā? quis non videt, hîc non esse processū à disparatis: sed à generaliori ad specialius, cū in utroq; syllogismo sit eadem Major propositio, & idē medius terminus? Aliud enim est progredi à disparatis, & aliud disparata sub eodē genere (nam disparata in genere & communibus accidentibus conveniunt, ut homo est animal, quia sentiens. Ergo & equus erit animal, quia sentiens; hîc progressus non à generaliori ad specialius) subsumi. Estne Amlingus Magister in Israel, qui carpere solet omnes nostros Theologos ipso longè doctiores, & hæc ignorat: Ad Logicam, Ad Logicam Amlinge, vide Philippū, qui te docebit, qualis sit processus in primâ figurâ. *Et quomodo esset argumentatio à disparatis, cum doceamus corpus Christi non peculiari aliquâ vel infinitate vel omnipræsentiâ (ut*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0068
Mecklenburg Vorpommern

fingit Spongia nos cogi ſtatuere infinitam naturam humanam, quod non cogimur ob cauſam toties dictam, ideoq; illa, quæ de ſalvis proprietatibus & naturis ex Luthero & alijs præter rem garrit, cum nos eas non negamus, nihil ad rem: pervertit ſtatum controverſiæ) *ſed ipſa omnipræſentiâ τὸ λόγου & hypoſtaſi τὸ λόγου omnipræſentem eſſe, ſalvo interim modo corporis, quod manſit finitum, nec tanquam ſubjectum phyſicum vel inhærentiæ capit omnipræſentiam, ideoq; uno loco & non in pluribus verè & realiter paſſum & crucifixum eſt.* Non confundimus itaq; naturas: Sed adverſarius afſingit nobis talem vbiquitatem, qualem nunquam ſomniavimus, ne per febrim quidem. Ne pervertat itaq; controverſiæ ſtatum, & videbit ſponte ſuâ argumenta concidere.

Hinc apparet cauſa erroris Calvinianorũ, quia pervertunt ſtatum controverſiæ.

Octavò delabitur ad diverſos exiſtendi ſeu ſubſiſtendi modos, & contendit eſſentiam finitam non habere exiſtendi modum infinitum, quod largior verum eſſe, *ſi dicatur modus ſubſiſtendi infinitus ſubjectivè meſſe eſſentiæ finitæ:* Sic namq; implicat contradictionem, quod novi, antequam Amlingum novi. Verùm ſi carni aſſumtæ prorſus negetur modus ſubſiſtendi infinitus, etiam ratione unionis perſonalis, negabitur prorſus unio perſonalis, negabitur carnem aſſumtam ſubſiſtere hypoſtaſi τὸ λόγου, quæ infinita, ut pluribus hæc demonſtravi cap. 2. ſect. 11. 12. 13. quò lectorem remitto, & videbit hîc Spongiam præter rem nugari, ac ſtatum controverſiæ mutare, & cum proprijs larvis dimicare, deniq; ea refutare, quæ nemo docet.

Nonò dicit, Amlingum exiſtimationi autorum parſiſſe,

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0069
Mecklenburg Vorpommern

fisse, dum noluerit dicere, quis nostrorum Theologorum scripserit, Christi corpus esse in quovis hordeo, ligno, lapide &c. *Mendacium est sex jugera longum. Amlingus neminem sciebat, quia nemo ita scripsit. Et cur Spongia non produxit Autores, si scivit. Figmentum est, calumnia est.* Cedo verba, cedo librum, cedo caput, cedo paginam Amlinge. Rectè etiam objeci, idem sequi de Deitate, quod, quia illa ubiq; est, & illa sit in quovis hordeo, ligno, lapide & impuro loco, &c. Negat consequentiam Spongia propterea quod dicit esse argumentationem â disparatis. Sed hoc effugium esse nullius pili, & prodere inscitiam Amlingi, jam commonstravi: finxit Amlingum mihi noluisse respondere propterea quod non meritus fuerim audire veritatem, quasi verò Amlingus veritatem potuerit dicere, & quasi potuerit respondere, & quasi non teneatur respondere juxta. 1. Pet. 3. Fumi verborum.

Postremò Spongia concedit, Calvinum & Lutherum absq; dubio in sempiternis coram Christo gaudijs conjunctos versari, & me reprehendit, quòd nolim illos conjunctim inter organa Dei ferre. En hominum Epicureissimum. Non sumo mihi judicium de cujusquam salute: sed ubi verbum Dei judicat, ibi & nos judicare possumus. Si hæc vera sunt, *perinde erit sive quis sit Calvianus sive Lutheranus.* Absurdum. Redolet Puccianismum hæc responsio. Oppono syllogismum: *Quicunq; scienter, volenter & perseveranter ac admoniti dissident in aliquot præcipuis fidei articulis, de illorum salute non possumus idem pronunciare: aliàs perinde esset, quid quis crederet in aliquot præcipuis fidei articulis. Atqui Lutherus & Calvinus scienter, volenter, perseveranter*

Epicureismus Calvinianorum.

ter ac admoniti dissentiunt in aliquot præcipuis fidei articulis, ut de persona Christi, cœna Domini, Baptismo, merito & satisfactione Christi (Lutherus docet, Christum mortuum pro omnibus ac singulis: Calvinus negat &c.) Ergo non possumus idem de Lutheri & Calvini salute pronunciare. Apertè hi homines produnt suum Epicureismum: si hoc verum est, quòd Lutherus & Calvinus sunt in eodem cœlo, cur nostram, quæ est Lutheri doctrina ex verbo Dei exstructa, ad Orcum usq; damnant? Repetit etiam Coccysmum de appellationibus Calvinianorum & Lutheranorum, & id autoritate Pauli confirmare vult. 1. Cor. 3. quem tamen nihil facere pro Calvinianis in ipso colloquio ostendi, ad quæ Spongia nihil respondet: si quis se Lutheranum appellet, ut Lutheri doctrinæ, quasi à Luthero sit, se adhærere dicat, eum nõ rectè appellari Lutheranũ dixerim; sed fit hoc solùm idcirco, ut distinguamur à Calvinianis & Pontificijs, à quibus communi nomine vel Christianorũ vel orthodoxorum vel Catholicorũ non possumus distingui: omnes enim hi dici volunt Christiani, orthodoxi & Catholici, licet Calviniani & Pontificij non sint tales. Et quo respectu Paulus in Act. Apost. 23. se appellat Pharisæum, non quòd Pharisæorum doctrinam, in scripturâ non fundatam, sequatur: sed ut segregaret se à Saducæis, ita in certis articulis hac ratione nos distingui mus à Calvinianis, Pontificijs & alijs. Et quo jure Patres hæreticos appellant Donatistas, Manichæos, Pelagianos &c. eo jure nos etiam illos Calvinianos appellamus. *Concludo: qui negat id quod est, turpe esse ducit id quod est. Et Augustinus Epist. 171. contra Donatistas Tom. 2. fol. 497:*

NB

Chri-

Christianos vos dicitis, & Christo contradicitis. Calumniæ & mendacia, quæ ultimo loco repetit Spongia de jactantiâ & gloriâ eruditionis, & alia personalia non merentur responsionem: sunt calumniæ: sunt mendacia: sunt παρεργα. In calce addit calumniã Paræi de errore Samosateni & Serveti, qui nullâ ratione à nobis probatur, nec ex nostra doctrina sequitur. Et quoniam ex Paræo allegat, qui á Præceptore meo D. Egidio Hunnio solidissimè est confutatus, non meis, sed Hunnij verbis ad hanc calumniam respondebo. Verba Hunij in Antiparæo priori in tractatione loci 1. Iohan. 5. pag. 131. hæc sunt: Venio ad alterum caput criminationis, de argumentis, quæ ab attributis divinis, Omnipotentia & reliquis sumta, æternam Divinitatem Christi nobis comprobant. Bacchatur Paræus, everti ea stabilimenta Deitatis, si ullo modo reali tributa credantur humanitati; quibuscunq; tandem distinctionibus adhibitis. Sic enim non manere soli Deitati propria, proinde nec illam inde firmiter astrui aut concludi posse. Respondent ad hoc objectum nostri Theologi, constare nihilominus Deo soli hanc omnipotentiæ cæterorumq; attributorum laudem solidam, quantumvis per unionem eadem illa, Christo secundum humanitatem communicentur. Neq; enim confici, carnem Christi hac communicatione fieri Deum, aut in Deitatẽ converti; quod hoc invicto syllogismo demonstrant: *Quicquid non est ipsamet omnipotentia, sed omnipotentiæ tantùm per vnionem particeps, idq; non respectu suæ propriæ naturæ, sed alterius sibi unitæ beneficio, id non potest esse naturâ Deus aut Deitas. Humana Christi natura non est.*

61

Calumniæ ex Paræo.

Responsio.

Obiectio.

Confutatio.

62

est ipsamet omnipotentia, sed hujus tantùm per unionem particeps, atq; sic duntaxat vi alterius naturæ sibi unitæ prædicatur omnipotens. Ergo non est Deus seu Deitas. Petis probationem Majoris? accipe: Propheticum simul & Apostolicum pronunciatum est, *Deum non esse omnipotentem per gratiam: sed tantummodo per naturam: imò esse ipsam suam omnipotentiam sine ullâ prorsus discretione.* Hoc axioma negari nequit, ni simul essentia & natura Dei convellatur ac destruatur Quoniam ergo vicissim humanitas non nisi per donationis gratiam ad omnipotentiæ κοινωνίαν pervenit: quomodo illam in Deum aut Deitatem ex nostra sententia verti unquam evincent adversarij.

Deinde num Paræus Nestorianus est, ut quod humanitati in persona Christi tribuitur, id Deo derogari, & velut alteri extra Deum communicari autumet? an non potius quicquid illi tribuitur vel ignominiæ, (vel in cruce) *vel majestatis* (ut in dextra Patris) *id Deo, cujus hæc caro propria est in solidum vindicatur, atq; sic soli Deo manet propria omnipotentiæ majestas, cæterorumq; divinorum attributorum proprietas, quantum vis ea suo modo virtute unionis hypostaticæ, communicentur carni.* Et ut posthac ridere desinat Paræus, distinctionem nostram, quâ blasphemiæ Calviniſtarum jugulantur: testes illius produco, & approbatores, non solùm Patres, sed ipsam quoq; sacrosanctam scripturam. Cyrillus ait: *ut homo per gratiam à Deitate accipit, quæ ut Deus naturaliter habet.* Et quando vivificam appellat carnem suam, non ita illi, ut sibi sive proprio spiritui vim vivificandi attribuit. *Nam propter seipsum spiritus vivificat: ad cujus virtutem caro per unionem conscendit.* Sic ad unguem dicimus de cæteris attributis ex

NB

Vide dicta patrum superius allegata.

distin-

distinctione non nostrâ, sed Cyrilli, imò Spiritus sancti affirmare possumus: quando Christum ratione humanitatis omnipotentem appellamus, non ita humanitati ejus, ut τῷ λόγῳ omnipotentiæ majestatem tribuimus. Nam propter seipsum λόγος omnipotens est, ad cujus omnipotentiæ κοινωνίαν salvatoris Christi humanitas per unionem conscendit. Hanc distinctionem si perget calumniari Paræus, in eas illum angustias adigemus, ut aut Christianæ fidei fundamentum evertere, aut nolit velit, stabilitatem nostræ distinctionis agnoscere cogatur. Plura petis exempla, quibus atrocissima tua calumnia redundatur? Accipe. Calvinus ipse recensente Paræo, hinc quoq; Deitatem Christi asserit, quia passim Filius Dei prædicatur. Et hoc argumentum firmum atq; invictum est. Iam aspiciat Paræus libri sui paginam 44. & 45. ubi Calvinum sic loquentem introducit: Cæterum locus hic non modò personæ unitatem in Christo commendat, sed simul ostendit, Christum quatenus humanam naturam induit, esse Filium Dei. Ergo Filij nomen sicut divinæ Christi essentiæ ab initio proprium fuit: ita nunc conjunctim in utramq; competit naturam. Et hæc Calvini assertio vera est. Christus enim est Dei Filius, *qua* λόγος *per naturam: quâ homo per unionis hypostaticæ Gratiam* (quippe personæ unigeniti Filij reali κοινωνία particeps) hoc sublime nomen Filij Dei κεκληρονόμηκε sortitus est, Ebr. 1. Ac vicissim jure damnatus est Felix hæreticus in synodo Francofordiana Anno 794. quod Chri-

stum secundum humanam naturam non esse verum Dei Filium, sed adoptivum putaret. Num ergo propterea infringitur aut infirmatur argumentum Deitatis Christi, ductum ab appellatione Filij Dei? Sic verò Paræo neque cum Calvino conveniet, neq; sibi constabit ipse, ut qui in Calvino argumentum hoc probat, ideoq; nihilominus suis deliramentis enervat, somninans, si quid naturæ Christi humanæ tributum statuatur, ab eo amplius non posse confirmari divinæ naturæ Christi certitudinem. Hactenus Hunnius. Imò quid ad hoc respondebitis Paræe & Amlinge? *Cui tribuitur divina hypostasis, ille est Deus Iehova. Atqui carni assumtæ tribuitur divina ὑπόστασις, τὸ λόγος nempe, teste Damasceno libr. 3. Orthod. fid. cap 3. Ergo caro assumta est Deus Iehova.* Sic hîc non valet distinctio inter id, quod est per naturam, & id, quod est per Gratiam habere, non poterit hic solvi syllogismus. Amlingus autem ipse in Spongia concessit hypostasin per Gratiam esse hypostasin carnis assumtæ, Divinitatis autem per naturam. Gratiam autem non interpretamur ut Arriani, qui intelligunt gratiam habitualem. Atq; hæc breviter ad φλυαρίας & calumniatricem adversarij chartam respondere volui. Non dimico cum Amlingo de laude eruditionis, ut falsò crepat Spongia: sed de ipsa veritate, quam à nostris partibus esse certissimus sum. Sciat Amlingus, me ante 14. annos controversiam Calvinianam jam novisse, & quidem ita, ut parum abfuerit, quin in pernicio-

Est enim una hypostasis τὸ λόγος & carnis assumtæ

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0075
Mecklenburg Vorpommern

ossissimum istum errorem fuissem quorundam sophisticationibus pertractus, & tum temporis diligenter scripta Calvinianorum evolvisse, inprimis Sadeelem, Vrsinum & Bezam, quos ego primarios arbitror. Sed Deo meo ago gratias, qui me ex labyrinthis Calvinianis eripuit. Quod simplici ac plano utor stylo ac sermonis genere, datâ operâ feci, ut ab omnibus intelligerer: nolo enim in disputationibus obscurus esse: res ipsas respicio, verborum perplexitatem non amo. Bene & feliciter vale, benevole lector, ac candidè judica.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0076
Mecklenburg Vorpommern

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0077
Mecklenburg
Vorpommern

σὺν θεῷ

Caput I.

De Enunciationibus.

I.

EN arraturus, Deo iuvante, Calviniani dogmatis absurda, non omnia, nam id nimis prolixum foret, sed crassiora, non abs re fecero, si quædam de natura Enunciationum, quas vulgus prædicationes appellat, dixero, non ut de ijs iustam tractationem instituam, quod solius Logicæ munus, sed pro ratione præsentis controversiæ. Mirum namq; quam absurdi sint Calviniani in resolutione harum propositionum Deus est homo, Homo est Deus, & panis est corpus Christi, idq; solùm ex ignorantia veræ Logicæ, cuius cognitionem solidiorem vræ alijs sibi, quamvis falsò, arrogant.

Est autem Enunciatio simplex (Græcè ἀπόφανσις) definiente Aristotele, φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν τι, ἢ μὴ ὑπάρχειν, ὡς οἱ χρόνοι διήρηνται id est, vox significans aliquid inesse vel non inesse, prout tempora divisa sunt. Et propositio (Græcè πρότασις, quam vulgus perperam cum enunciatione confundit: differunt enim τῷ λογῳ, licet non reipsa) est λόγος καταφατικὸς, ἢ ἀποφατικὸς τινὸς κατὰ τινὸς, id est, oratio affirmans vel negans aliquid de aliquo. libr. περὶ ἑρμηνείας. lib. 1. prior. Anal. cap. 1.

2 Huius partes essentiales tantùm sunt duæ: subiectum & prædicatum. Contra peculiaris & quidem essentialis vel integralis enunciationis pars non est: quia non semper actu ponitur in suo toto. Deinde si copula, quando actu in ternarijs enunciationibus, quas vocant enunciationes tertij adiacentis, ponitur, esset peculiaris, & sic tertia enunciationis pars, sequeretur, quòd posterius nomen solum esset prædicatum (ut cum dico, homo est animal, nomen, animal, esset prædicatum) & sic nomen absq; verbo haberet vim prædicandi seu attribuendi, quod est falsum & absurdum. Denig; sequeretur in omni syllogismo esse quatuor terminos necessè. 1. 2. 3.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0078
Mecklenburg Vorpommern

subiectum & prædicatum conclusionis, copulam & medium terminum, quod rursus est absurdum. Copula igitur peculiaris enunciationis pars non est: sed quando actu ponitur est pars prædicati, vnde Aristoteles in sect. 3. lib. περὶ ἑρμηνείας inquit, copulam, est, in enunciationibus tertij adiacentis προσκατηγορεῖσθαι.

Appellat sanè τρίτον respectu enunciationũ secundi adiacentis, in quibus verbum, Est, solitariè positum est prædicatum; sed non tertiam enunciationis partem: est enim particula prædicati, idq; propterea, quòd solum & nudum nomen sine verbo positum vim prædicandi non habet. In ternarijs igitur sive enunciationibus tertij adiacentis, copula est & posterius nomen simul prædicatum enunciationis efficiunt.

Beza in alterâ parte respons. et quæst. de Sacra. pag. 131, edit. Gen. an. 1581. & conspicill. pag. 23. Amandus Polanus in syllogè disputationum in disput. de cœnâ Domini, pag. 488. Thes. 16. 18. & 24. inquit: Quæ (Metonymia Sacramentalis) non est in subiecto, nec in prædicato, sed inest in copulâ Est, quâ prædicatum subiecto

Ex quibus colligitur inscitia Theodori Bezæ & aliorum Calvinianorũ, qui disputantes de hac propositione, panis est corpus Christi, tropum neq; in subiecto, neq; in prædicato, sed tertio quodam, nempè in copulâ collocant, quod revera absurdum: nam si in copulâ: Ergò in prædicato, quia quicquid in parte prædicati, etiam in ipso prædicato est: aut si non est tropus in prædicato, neq; in copulâ erit. Aut igitur Bezâ & socij ipsius hoc loco absurdi, & sibi ipsis contradicunt, aut ignari veræ Logicæ, cuius ignorantiã alijs non nisi semper obijcere solent, quemadmodum & Hungari in suâ falsò dictâ Panharmoniâ calvini & Christi pag. 128. mihi inscitiã Logicæ obijciunt, quasi nesciam, quid sint disparata, quòd ipsum illos ipsos verè ignorâsse indicant apertè, cum dicant ibidem, disparata esse diversas species toto genere differentes, quod absurdũ: Sic namq; sequeretur hominem & equum non esse disparatas species, quia non differunt toto genere, sed unũ idemq; commune genus habent animal: Esse autem disparatas species hominem & equum, omnes sani homines indicant: imò disparata sunt diversæ species eiusdem generis, testibus omnibus Logicis. Eiusdem farinæ est & illud pag. 127 ubi clamitant me definitionem Tropi ignorare, dum negavi tropum esse in totâ oratione, quod ex Quintiliano evincere volunt, qui lib. 8. cap. 6. etiam in oratione tropum collocat,

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0079
Mecklenburg Vorpommern

collocat, quasi verò non noverim, quàm variè varient hac in parte autores, quod & ipse Quintilianus lib 9 cap. 1 agnoscit, & quasi ego hoc simpliciter asserverim: hoc dixi ridiculum esse, quod Beza ponit tropum in totâ propositione, & tamen negat esse vel in prædicato, vel subiecto, vel in ullâ propositionis parte. Ex. gr. Homo est Deus, dicit esse propositionem Tropicam, & tamen neq; in subiecto neq; prædicato collocat Tropum. Hoc adhuc absurdum esse inculco. Scio Allegoriam dici tropum orationis: sed & hoc novi, non esse aliud, quàm continuatam metaphoram, & ita etiam est in partibus singulis. Vrgeo etiam discrimen inter Tropum & figuram Et quoniam ad Quintilianum provocant, cupio vt mihi ex illo autore suam ficticiam Metonymiam, in quâ signatum prædicetur de signo, demonstrent, quod scio illos facturos ad Calendas Græcas. Ipsi itaq; suam ruditatem agnoscant

3. Enunciatio porrò est auplex (non excludo in sano sensu prædicationem inusitatam, sed duntaxat ex ipsa Calvinianorũ hypothesi concessâ argumentor, quò citiùs scopum propositum attingã) propria & impropria seu Tropica. Propria est (definientibus sic ipsis Calvinianis) quando duo prædicata de se invicem naturaliter prædicantur, vel in qua de individuo species, aut de specie genus, aut differentia, aut accidens prædicatur, seu quæ congruit ad aliquem modum ex quinq; prædicabilibus. Impropria vel Tropica seu figurata est (definientibus sic ipsis Calvinianis) in quâ prædicatum cum subiecto non proprio, sed per figuram aliquam, quæcunq; tandem illa sit, copulatur, estq; disparatorum & pugnantium, vel est, quæ vel in subiecto vel prædicato habet nomen improprium, vbi tamen vera est sententia.

4 Propria prædicatio (promiscuè usurpo vocabula, enunciatio, prædicatio, propositio; aliàs discrimen non ignorò) rursus est duplex: vel univoca, vel paronymica seu denominativa. Vnivoca prædicatio dicitur, quando prædicatum est de essentia subiecti: Vnivoca enim definiente Aristotele dicuntur, ὧν τὸ τε ὄνομα κοινὸν, καὶ

ctò attribuitur.

Quod tamẽ negat Fortun. Crellius Calvinianus in libro 2. Logices cap. 3. sect. 7.

Fortunatus Crellius lib. 2. Logices cap. 3. & Pezelius in libro de cœnâ Domini pag. 67. Crellius ibidem & schola Melanchtoniana pag 97.

καὶ ὁ κατὰ τὸ ὄνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός, οἷον ζῷον ὅλα ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς. *Sic prædicantur de specie genus & differentia, & appellatur primus modus per se apud Aristotelem lib. 1 poster. Analytic. Hinc Gabriel Biel lib 3 distinct. 7. ad dubium secundum inquit: Univocum est, quod de aliquibus prædicatur essentialiter, non importans aliquid extra rationem subiecti, de quo prædicatur. Seu univocè prædicari (prout homonymis & paronymis opponitur) est essentialiter prædicari, ita ut non solùm nomen, sed etiam definitio essentialis competat.*

Paronymica verò seu Denominativa prædicatio dicitur illa, in qua tale quippiam de subiecto prædicatur, à quo subiectum vel propter coniunctionem aut unionem, aut aliam aliquam habitudinem denominatur, nec tamen est de essentia subiecti propositionis, sed importat aliquid extra rationem subiecti de quo prædicatur. Sic paries ab albedine propter unionem accidentalem albus denominatur, nec tamen albedo est de essentiâ parietis. Sic corpus dicitur animatum ab animâ propter coniunctionem animæ & corporis, nec tamen anima est de essentia corporis. Sic Deus denominatur à creatione creator, non propter unionem vel coniunctionem Dei & creationis, sed propter habitudinem Dei creantis tanquam causæ efficientis ad creaturam tanquam effectum. Huc igitur referuntur omnes illæ prædicationes, in quibus prædicatum vel est proprium vel accidens.

Vide Tataretũ super prædicabilia Porphyrij pag. 16. Andream Planerum part. 1. quæst. org. Arist pag. 77. Schegkium in Commentarijs super Organon

5 *Quod ut plenius intelligatur, sciendum, quòd Accidens dupliciter apud Dialecticos accipiatur: vel in notione secundâ, quod vocant accidens prædicabile, quod neq; est genus, neq; species, neq; differentia, neq; proprium: vel in notione primâ, quod vocant accidens prædicamentale, quod ἁπλῶς distinguitur à substantiâ, propriè sic dictâ, & nullo respectu est substantia, ac diverso respectu est vel genus, vel species vel differentia, vel proprium &c. In posteriore significatione Accidens diverso respectu & συνωνύμως univocè, & παρωνύμως denominativè prædicatur: de substantia παρωνύμως, ut cum dico: Paries est albus: de accidente inferiori*

συνω-

συνωνύμως, Ex. gr scientia est habitus, albedo est color. In priore autem significatione Accidens tantùm παρωνύμως prædicatur, quia importat aliquid extra rationem subiecti. Atq; in hac significatione priori etiam substantia quandoq; accidens dici potest, non quidem absolutè & accidens prædicamentale: hoc namque ἁπλῶς ἀδύνατον: sed ratione attributionis, quatenus alicui ret in prædicatione τυχόντως tribuitur. Quid enim aliud est prædicari de aliquo tanquã accidens prædicabile, quàm τυχόντως prædicari? Quis autem substantiam de substantia propter quandã συνδύασιν τυχόντως prædicari posse inficiabitur? Nonné cum dico, corpus est animatum, anima (quæ est substantia) παρωνύμως καὶ τυχόντως, & tanquam accidens prædicabile propter συνδυασιν quandam prædicatur de corpore, cuius nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium? Importat enim aliquid extra rationem subiecti, nempe, corporis, & non significat ὅπερ τί ἐστιν respectu subiecti; sed τόδε ἐν τῳδε: nec prædicatur de corpore per se & necessariò: sic enim omne corpus esset animatum, quod absurdum: quicquid enim per se, id etiam est vniversale.

Aristoteles: Item in libro de unâ persona Christi: Item in responso ad Anonymũ &c.

Quid Aristoteles vocet συνδύασιν vide lib 2. de part. animal. cap 2.

6 Ex his immotis Logicorum principijs multæ aniles & puerilesnugæ, imò & multi crassi Calvinianorum errores iudicari & dilui possunt, quorum hoc loco paucos enumerabimus, cæteros differentes ad cap 3 Dicunt hanc propositionem (quæ tamen ἐκτῶς non est scripturæ, nullibi enim in ea his verbis legitur; verum hæc: Hoc est corpus meum: de hac disputare, & contra hanc Calviniani sua argumenta dirigere debebant: sed de hoc plura in c 3 Hîc eam examino propter absurditates Calvinianorum, quas in eâ explicandâ statuunt) Panis est corpus Christi esse Tropicam, & tamen neq; in subiecto, neq; prædicato tropum collocare audent, quod pugnat cum definitione propositionis Tropicæ, superiùs traditæ Quæcunq; enim enunciatio non habet nomen improprium vel in subiecto, vel in prædicato, illa non est impropria, vel figurata. Sed hæc enunciatio, testibus ipsis Calvinianis (loca in sect. 2. sunt allegata) panis est corpus Christi, neq; in subiecto, neq; in

prædicato habet nomen improprium. Ergò hæc enunciatio, panis est corpus Christi, non est impropria seu figurata. Vtrag; propositio est Calvinianorum (vide sect. 2. & 3.) cuius itag; erit conclusio? Neg; est vt dicant syllogismum constare ex puris negativis, id enim falsum, cum minor propositio sit affirmans infinita, quod patet inde, si conferatur cum subiecto Maioris propositionis, sub quo est subsumta, & si convertatur in terminos affirmativos sensu manente prorsus eodem, quod discere poterunt ex suo Crellio lib. 3. Log. cap 7. qui hoc rectè ex Aristotele declaravit: Infiniti namq; eiusmodi syllogismi occurrunt: Cum enim prior particula negandi in Maiore propositione non neget, sed tantum sit descriptio subiecti, nec in Minore negabit, cum necessariò sit idem terminus, qui in minore repetitur. Idem esto iudicium de hac propositione, Deus est homo, quam Beza impudenter vocat Tropicam contra omnium orthodoxorum patrum & scholasticorum opinionem, & tamen non audet dicere, Tropum esse vel in prædicato, vel in subiecto, imò non audet dicere, quis sit tropus in hac propositione. Alij tamen Synecdochen appellant, quod falsum & absurdum, facilè quivis intelligit, & postea ostendetur.

(a) Quod hoc loco Goclenius obijcit, totam propositionem hypoteticam, Si asinus volat, habet alas, veram esse, sed partes seorsim sumtas, non: minus elumbe est: nam alia ratio veritatis in propositione, quæ semper pendet ex respectu prædicati & subiecti: alia verò proprietatis & improprietatis.

Item docent, Tropum esse in tota enunciatione, & tamen neg; in subiecto, neg; prædicato, quod manifestam implicat contradictionem. Nam quod est in nullâ parte, id nec est in toto (a) cum totum nihil aliud sit, quàm suæ partes simul sumtæ. Atq; iuxta Calvinianos Tropus est in nulla enunciationis parte. (Fortunatus Crellius lib. 2. Log. cap 3.) Ergò nec in totâ enunciatione. Revera enim absurdū est & κονστατον, aliquid in toto esse, & tamen in nullâ prorsus parte. Ineptus est hoc loco Pezelius (lib. de cœna Domini pag 106.) elumbe quærens κονστατον dicendo, quosdam Calvinianos vel in copulâ vel in prædicato posuisse Tropum, non quatenus seorsim, sed quatenus in enunciatione, seu respectu prædicationis considerantur: quo suam prodit insciitiam: scire namq; debebat, prædicatum non posse extra prædicationem considerari, cum prædicatum sit, quod actu prædicatur, sicuti prædicabile id, quod habet aptitudinem prædicandi. Deinde Beza & Crellius de ipsâ prædicatione loquentes, dicunt neg; in prædicato, neg; in subiecto

Deinde quis iussit Goclenium partes propositionis hypotheticæ seorsim sumere: In ipsâ propositione totâ & respectu ipsius sumi debent, atq;

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0083
Mecklenburg Vorpommern

iecto esse Tropum: subiectum verò & prædicatum non possunt seorsim considerari, cum sint relata & partes enunciationis: seorsim enim non dicuntur subiectum & prædicatum: sed nomen & verbum, vt videre est apud Aristotelem libr περὶ ἑρμηνείας cap. 2 sed quod neq; eatenus in illis esse possit Tropus, neq; in copulâ est, posteà plenius docebitur in cap 3. Qui verò de σχέσει fabulantur, quæsit in eâ tropus collocari possit, meo iudicio, nec quid σχέσις, neq; quid tropus sit, intelligunt, cum omnis tropus sit sermonis primariò: non autem notionis, vt est σχέσις, vt taceam, quòd hac ratione principaliter redundet in symbolum σχέσεως, nempè prædicatum & subiectũ: nam in nuda σχέσει tropum velle collocare perridiculum & absurdum est. Sed hac de re plura in 3. capite.

7. Hinc etiam colligere possumus, quàm ineptæ sint sequentes Calvinianorum ratiocinationes: veluti, si corpus Christi propriè prædicatur de pane. Ergo essentialiter Inepta est collectio: quia non solùm univoca, sed etiam denominativa prædicatio est propriè, nec tamen essentialis Corpus est animatum propriè, nec tamen essentialiter, homo est doctus, albus &c propriè, nec tamen essentialiter Scio nostros Theologos negare, quòd corpus Christi propriè dicatur de pane benedicto, sed quatenus propriè idem valet quod univocè & essentialiter: Eo sensu & ego nego. Sed de hoc mox plura. (Non definio iam, an propositio illa sit Denominativa: nam me non offendit, quòd corpus Christi non sit accidens prædicamentale, sed tantùm ἀσυλλογισίαν & ruditatem Calvinianorum in Logicis evinco.)

Eiusdem farinæ est & hoc Sophisma: In omni propriâ & regulari attributione vel genus, vel differentia, vel proprium, vel accidens dicitur de specie, vel species de individuo Atq; corpus Christi neq; genus, neq; differentia, neq; proprium, neq; accidens, neq; species est panis respectu. De pane igitur dici nullo proprio modo potest. Dicitur tamen, & quidem verè, cum à Christo dicatur. Ergò figuratè Hactenus illi. Mehercule elumbe argumentum, quod laborat ὁμωνυμίᾳ vocis, Accidens. Nam vtut corpus Christi non sit accidens prædicamentale, quidni possit dici ipsius accidens

sic nõ sunt falsæ. 37.
Sic etiam prædicatum & subiectum in Tropicâ enunciatione nõ seorsim; sed in enũciatione cõsiderantur, vt taceã alias diversitates. Sumat etiam Goclenius non hypotheticã, sed Categoricã enunciationẽ, & videbit absurditatem.

Novit ille, quòd hypothetica absolutè et per se nec vera nec falsa sit, quia absolutè nihil enunciat. Nihil itaq; hoc ad rhombum.

Bez 12. part. resp. & quæst. pag. 134. 136. quæst. 215. Pezelio in tractatu de cœnâ, pag. 67. ad quem provocat Hungari in suâ Panharmoniâ pag. 182. in hac eadẽ quæstione.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0084
Mecklenburg Vorpommern

accidens prædicabile, cum de pane propter vnionem Sacramentalem, (non quòd subiectivè insit pani vel localiter, hoc enim non requiritur necessariò in accidente prædicabili) τυχόντως prædicetur? Nam, vt antea ostensum, non omne accidens prædicabile etiam est accidens prædicamentale, cum possit esse substantia. Applicate vos Calviniani has propositiones, corpus est animatum, Deus est homo &c. ad hunc syllogismũ, & videbitis, quid efficiatis.

Non dico, quòd eadem ratio sit ἁπλῶς & in specie huius propositionis, Panis est corpus Christi (scio esse diversitatem vnionis & vnitorum in hisce exemplis: ratio autem prædicandi denominativa non sumitur semper ex modo vnionis specifico, sed generaliter ex aliquali coniunctione seu vnione, quâ aliqualiter sunt vnum: quæ enim aliqualiter vnita sunt, ita ut sint vnum, illa etiam aliqualiter denominativè de se invicem prædicari possunt, vt postea plenius dicetur) sed vestram solùm insciitiam Logices detego. Quid sentiam autem de illa propositione, suo loco dicam. Hoc itaq. ad Minorem respondeo, & quidem Logicè: quod corpus Christi per accidens & vt accidens prædicabile prædicetur de pane. Non enim prædicatur per se. Et nihil absurdi hinc sequitur. Huc pertinent etiam exempla nostrorum Theologorum de infante iacente in cunis, de marsupio & pecunia, cantharo & vino, hoc est infans, hoc est pecunia &c. vbi prædicatio est denominativa. Inepti autem & hardi sunt Calviniani, qui cum illa exempla ratione prædicationis afferri audiunt, mox identitatem vnionis inde elicere conantur, quasi necessum sit propterea eandem esse vnionem inter panem & corpus Christi, quòd in prædicatione conferuntur, cum scire omninò debebant, vt iam antea dictum, quòd ratio prædicationis, quæ fluit sæpissimè ex vnione generica, non specificâ, possit esse eadẽ etiamsi modus vnionis specialis seu specificus, sit diversissimus. Ex. gr. cum dico, corpus est animatum, homo est docilis, homo est eruditus, paries est albus, prædicationis ratio est eadem in genere, nempè denominativa, non vnivoca: vnio verò in istis exemplis est diversissima: aliter namq. vnitur

Legatur Schegkius in responsione ad Anonymi libellum.

Sicuti etiam in vnivocis prædicatis omnibus generaliter vnivoca dicuntur, licet in specie aliquatenus differunt vt aliter genus

tur anima & corpus, aliter homo & docilitas, aliter etiam homo & eruditio, & aliter paries & albedo. In specie itaq; differre possunt: quia docilitas de homine prædicatur vt proprium, eruditio vt accidens prædicabile & prædicamentale simul, corpus verò de animâ vt accidens prædicabile tantum, idcircò non possum dicere, omne corpus est animatum; sed quoddam corpus est animatum: de corpore dico non de homine, ne quis temerè cavillandi occasionem arripiat. Vnde apparet, ineptòs esse Calvinianos, qui cum audiunt prædicationis rationem esse eandem, mox eundem vnionis modum specialem (qui sæpè singularis esse potest) esse perperam colligunt: quam ineptam collectionem vt retunderent nostri Theologi, & varias sophisticandi & cavillandi rationes præciderent, propositiones istas, panis est corpus Christi, & Deus est homo, respectu huius singularis & inusitatæ vnionis, quæ est in vtroq; exemplo, inusitatas esse dixerunt, quod vt meam sententiam, sicuti ostendi, non tollit, nec cum eâ pugnat, imò eam præsupponit, ita ego hoc, sensu dicto, libenter agnosco. Quod moneo, ne quis nasutulus imperitus me à nostrorum Theologorum sententiâ discedere falsò calumnietur. Logicos terminos ob dictum ab initio causam habere volui.

aliter differentia prædicatur, & tamen vtraq; prædicatio est vnivoca, teste Aristotele: Ita etiam in Denominativis.

„ NB.

8. Huc referimus & sequentia Calvinianorum sophismata, veluti, si de hoc pane propriè & regulariter dicitur corpus Christi, quæ conveniunt corpori, conveniunt etiam pani & contra. Atqui nasci ex virgine, esurire, mori &c. convenit corpori Christi, pani autem minimè &c.

Beza in part. 2 quæst. & resp. pag. 134. quæst. 216 Pezelius in tractatu de cœnâ edit. an. 90. pag. 67.

Ergò regulari & usitato modo panis dici non potest esse corpus Christi.

Maior est falsa in propositionibus Denominativis, quæ non minùs sunt propriæ & regulares, quàm univocæ, quod infinitis exemplis evinci potest. Valet maior propositio, quæ nititur hac regulâ, Quicquid est prædicatum prædicati, etiam est prædicatum subiecti, in univocis propositionibus, non semper in Denominativis: in illis enim prædicatum non importat aliquid extra rationem

Zacharias Vrsinus in explicat. Catechet pag. 475. edit Genev. an. 1603.

Beza libro allegato pagin 136 137.

tionem subiecti: In his verò importat. Applicent Calviniani & hanc propositionem, Deus est homo, de quâ mox plura. Pergunt obijcere hoc modo: Si panis ille est propriè corpus Christi, esset quoq; hypostaticè unitus filio Dei, quod absurdum. Item, si panis ille est propriè corpus Christi, & vinum illud propriè sanguis Christi, vt separata sunt signa, ita etiam separatũ fuerit corpus à sanguine, aut vtrumq; signum erit propriè totus Christus, quod rursùs absurdũ. (Hic obiter noto, nostros Theologos negare, quòd corpus Christi propriè prædicetur de pane, quo sensu autem dicetur infect 9 sufficienter.) Item, quod est cum alio, (a) seu in alio seu sub alio citra commixtionẽ etiam arctissimâ vnitione coniunctũ non potest propriè dici (id non esse vniversaliter verum, docent exempla in margine, quæ absq; calumniâ velim intelligi) idipsum esse, vt Ex gr. Etiamsi anima & corpus hypostaticè iuncta sunt, nemo tamen aut corpus esse animam, aut animam esse corpus dixerit. Multò minus igitur Sacramentalis coniunctio effecerit, vt panis ille propriè sit ipsũ Christi corpus. * Item si panis ille propriè est Christi corpus, ergò desierit esse panis, cum duæ hæres sint toto genere disparatæ (quidni & sic Beza, si Deus propriè est homo, Ergò desijt esse Deus, quia hæ duæ res, non dico duæ personæ, sunt toto genere disparatæ. Ridiculus es Beza.) Eiusdem farinæ sunt plura alia Calvinianorum circa hanc materiam Sophismata, in quibus videmus, illos perpetuò confundere prædicationem univocam cum paronymica, seu denominativâ, & ἀποδόσεως nihil propriè prædicari posse existimant, nisi idem prædicetur univocè seu συνωνύμως, quod est falsissimum

(a) Quidni & sic concludit vos Calviniani, Deus est in & cum Christo. Actor. 10. Ergò Christus propriè non est Deus: ἄσεβες, imò ἄλογον. Nonnè animal in homine, & tamẽ homo est animal? Non loquor de vnione, sed prædicatione. * Beza in loco allegato, similiter & Vrsinus. Pezelius in tractatu de cœnâ pag. 171. hæc ipsissima verba ex Beza descripsit, sicut & pleraq; alia

In omnibus igitur commemoratis Bezæ & Pezelij (quibus & alij Calviniani se ornant) paralogismis perpetua est ὁμωνυμία vocabulorum, Propriè & accidens, vt etiam superiùs monuimus. Proinde insunt etiam quatuor termini. In specie autem ad exemplum, de animâ & corpore obiectum, respondeo, hanc esse diversitatis rationem, quòd anima & corpus vniuntur tanquam partes essentiales vnius hominis ad constituendam vnam essentiam com-

compositam (sic autem nec panis & corpus, nec humana natura & divina uniuntur, licet verum sit & hoc, quòd sicuti non possim dicere corpus est anima, ita nec possim dicere, humana natura est Divina vel Deitas, sed Deus est homo) seu tanquam partes constitutivæ, ut Bonaventura de hac eadem materia libr. 3 sentent. distinct. 7 quæst 1 num. 7. quarum non est prædicari (συνωνύμως scilicet seu univocè) de toto, nec per consequens de se invicem. Non sic uniuntur panis & corpus Christi Deinde corpus & anima significant partes constitutivas in abstractione: panis autem & corpus Christi, item Deus & homo non significant in abstractione partes constitutivas: idcircò non dico, corpus est anima: propriè tamen dico: Corpus est animatum. Quapropter non est mirùm, si denominativa prædicatio, etiam quoad terminationem Grammaticam hîc non sit ἁπλῶς & in specie eadem, sicuti etiam hoc in univocis fieri suprà ostendimus. NB.

9 Hinc non obscuram, quid ad sequens Sophisma sit respondendum: aut propriè prædicatur corpus Christi de pane, aut non propriè: nullum enim datur tertium, cum propriè & non propriè prædicari sint termini contradicentes, inter quos si daretur tertium, fieret implicatio contradictionis, aut simul idem esset, & non esset, aut nihil esset, vt Aristoteles monstrat lib. 4. Metaphys. Atqui Lutherani ipsi negant corpus Christi propriè de pane prædicari Restat igitur, vt prædicetur non propriè, & per consequens Tropicè Respondeo & quidem (non vrgebo, quod nostri Theologi illud consequens negant, dum concedunt quidam, non propriè quidem prædicari, interim tamen non tropicè, sed inusitatè, quod in sano sensu, vt suprà dictum, libenter amplector, & clarius patebit ex hac solutione.) Logicè cum ex Logico principio malè accommodato argumententur Calviniani, primùm ad Maiorem, quæ nititur, illorum opinione, hoc infallibili principio: Inter contradicentes terminos non datur tertium Principium illud si negarem, negarem solem lucere in meridie. Sed perperam accommodatum esse ostendo. In vera con-

tradictione, vt Aristoteles aliquoties monet in Logicis, hæ quatuor conditiones requiruntur, ut, nempè contradictio fiat ὡσαύτως, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ: harum vna si abfuerit, vera contradictio non est. Iam in Maiore propositione huius paralogismi deest prima conditio, nempè ὡσαύτως: quia vocabulum, propriè, est ambiguum, prout Calviniani id usurpant. Nam si, propriè, idem significet, quod essentialiter prædicari, & non propriè idem quod tropicè, negamus Maiorem propositionem: sic enim non sunt termini contradicentes, propriè & non propriè prædicari: Si verò propriè prædicari significat idem, quod non tropicè prædicari, ut non solùm complectatur univocam & essentialem; sed etiam paronymicam seu denominativam & accidentalem prædicationem, concedo Maiorem. Vidimus autem ab initio Calvinianos ipsos concessisse, quod accidēs prædicabile propriè prædicetur. Atqui accidens prædicabile tantùm παρωνύμως prædicatur, non συνωνύμως. Sed tum respondeo ad Minorem: nostros Theologos negare quidem corpus Christi propriè de pane prædicari, quatenus propriè idem valet, quod essentialiter prædicari, & quatenus dicitur, panem proprietate naturæ esse corpus Christi: Essentialiter namq; & univocè panis non est corpus Christi: Si verò propriè prædicari latiùs accipiatur, prout opponitur propositionibus Tropicis, & comprehendit sub se etiam prædicationes denominativas & accidentales seu contingentes, quæ non minùs sunt propriæ, quàm univocæ, nunquam negârunt corpus Christi propriè dici de pane, sed potiùs urserunt, imò toties urgent, quoties negant corpus Christi de pane τροπικῶς seu figuratè prædicari, & quoties negant in verbis Christi, Hoc est corpus meum, esse tropū. Insunt ergo in hoc paralogismo Calviniano quatuor termini. Eodem morbo laborat & hic paralogismus, quo crebrò utuntur: Corpus Christi aut essentialiter (a) aut accidentaliter, aut tropicè prædicatur de pane Eucharistico. Sed non essentialiter, Lutheranis fatentibus, neq; accidentaliter, cum corpus Christi non sit accidens panis. Ergo tropicè. Respondeo ad secundum membrū Minoris:

Vide refutat. orthodoxi consens. fol. 184 170.

(a) Vide sect. 16. huius capitis in fine de hac divisione.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0089
Mecklenburg Vorpommern

Minoris: Corpus Christi prædicatur accidentaliter τυχόντως (nam non puto, quemquam dicturum, quòd prædicetur per se & necessariò, cum nullus necessitatis modus, nisi forsan consequentiæ, qui tamen contingentiam non tollit, sed præsupponit, adaptari possit) de pane Eucharistico. Quod verò probationem istius membri attinet, dico esse elenchum ὁμωνυμίας in voce, Accidens. Nam etiamsi corpus Christi non sit accidens prædicamentale, quam vnam significationem Calviniani duntaxat nosse videntur, nec subiectivè inhæreat pani Eucharistico, tamen est accidens prædicabile, quod τυχόντως de pane Eucharistico prædicatur: ideoq; accidens dicitur non ratione inhæsionis, sed attributionis, & vnionis Sacramentalis: quia non per se (sive in primo per se modo, sive in secundo, neq; tertio, neq; quarto, vt apparet ex illorum descriptionibus lib. 1 poster. Analytic. cap. 4 context. 30 31. 33. 34. apud Aristotelem) sed per accidens vnitur pani, & de eodem prædicatur (Dum per accidens vniri dico non excludo, sed includo vnionem Sacramentalem tanquam speciem: Est autem talis species, cuius exemplum in naturâ non invenitur, atq; hoc respectu rectè dicitur inusitata, quamvis negari non possit, in genere rectè accidentalem, eo sensu, quo diximus, coniunctionem appellari, non igitur discrepo à nostrorum Theologorum sententiâ, dum terminos Logicos in sano sensu, vt facilius Calvinianorum absurditatem monstrem, adhibeo) Nam non necessum est, vt accidens prædicabile subiectivè insit: nam sic etiam creatio subiectivè ineesset Deo, cum de Deo prædicetur non essentialiter & vnivocè (sic enim ab omni æternitate esse creator, & creatio esset de essentia Deitatis, cum accidens inhæsionis ipsius simplicitati repugnet, quod absurdum) sed παρωνύμως, quod alij suo sensu vocant effectivè prædicari. Sic corpus dicitur locatum, nec tamen corpus subiectivè ineſt corpori locato. Sic corpus dicitur animatum παρωνύμως, nec tamen anima inhæret subiectivè corpori. In hoc igitur paralogismo etiam quatuor termini insunt.

13. Hic corrigimus etiam depravationem Calvinianam re-

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0090
Mecklenburg Vorpommern

gulæ Logicæ: Disparata de se invicem propriè prædicari non possunt, quam illi απλως intelligunt, cum tamen duntaxat de prædicatione univocâ & essentiali sit intelligenda, non autem de Denominativâ, quod infinitis exemplis ostendi potest. Quotiescunq; enim duo quædam, sive sint disparata, sive diversa, ita uniuntur, ut πως quodammodo fiant unum, sive unum essentiale, sive personale, sive accidentale seu per accidens unum, toties etiam de se invicem propter illam conjunctionem propriè prædicari possunt, quatenus sunt unum, absq; ullo tropo, quamvis non ουσιωδως, sed παρωνύμως. Ex gr. Corpus & anima fiunt quodammodo unum, idcirco etiam anima de corpore παρωνύμως absq; ullo tropo prædicatur. Et quæcunq; uni & idem ad numerum conveniunt, & prædicantur de ipso, eadem de se etiam vicissim & καταδιλως prædicantur, ut si quoddam est album & est doctum, rectè etiam de quodam albo prædicabitur doctum.

Nb.

Hæc diligenter notari velim, & absq; calumniâ intelligi. De prædicatione est sermo, & non de speciali unionis modo, ut postea plenius.

Nam & duo diversa accidentia, ut Aristoteles eruditè in Metaphysicis monet, quando eidem individuo accidunt, ac in eo consociantur seu conjunguntur, quodammodo unum fiunt & de se invicem prædicantur, ut scientia & albedo. Nec est, ut Goclenius (1. part problem. pag. 162.) hîc suâ Ramisticâ Philosophiâ nobis obstrepat, dicendo esse diversa, non disparata ejusmodi accidentia. Negat enim hoc Philippus, quem alias Calvinistæ suum patronum faciunt, in 4 libr. Dialectices, & rectè negat: quia quanto intervallo à se invicem distant duæ diversæ species substantiarum: tanto etiam intervallo distant duæ diversæ species accidentium: Ut enim homo non est equus propriè: sic scientia non est albedo, nec nigredo est rubedo, nec liberalitas est fortitudo, vel temperantia. Philosophia non est Theologia, imò quamvis rectè dicam propter allatam causam, Philosophus est Theologus, fortis est liberalis, non tamen rectè dico, fortis quâ fortis est liberalis, vel Philosophus quâ Philosophus est Theologus, vel Medicus quâ Medicus est Theologus.

Deinde quem respectum habent duæ diversæ species substantiarum

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0091
Mecklenburg Vorpommern

tiarum ad suum genus: eundem etiam respectum habent duæ diverſæ ſpecies accidentium ad ſuum genus. Denique propter quam cauſam duæ diverſæ ſpecies ſubſtantiarum dicuntur diſparatæ: propter eandem cauſam etiam duæ diverſæ ſpecies accidentium diſparatæ appellari poſſunt. Hoc ſolùm offendit illos, quod vident, duas diverſas ſpecies accidentium ſæpius conjungi in uno eodemq; ſubiecto: duas autem ſubſtantiarum diverſas ſpecies non conjungi in eodem ſubiecto. Sed committunt in hoc ſophiſmate fallaciam cauſæ: quod enim tale diſcrimen eſt inter diverſas ſpecies ſubſtantiarum, & diverſas ſpecies accidentium, id non provenit indè, quaſi diverſæ ſpecies accidentium non ſint diſparatæ: ſed aliunde, nempe ex naturâ Entis: ſubſtantia enim eſt eiuſmodi Ens, quod per ſe ſubſiſtit, non autem in alio, tanquam in ſubiecto: in ſubiecto enim eſſe repugnat naturæ ſubſtantiæ. Accidens verò eſt eiuſmodi Ens, quod non per ſe, ſed in alio, tanquam in ſubiecto eſt. Perinde autem argumentantur, ac ſi quis concedens hominem eſſe animal, neget equum eſſe animal, propterea quòd homo eſt rationalis, equus autem non eſt rationalis: ineptè ſis quis concluderet, propterea quòd equus & homo poſſunt convenire in uno communi genere, etiamſi diſtinguantur ſpecificis differentijs: ſpecies enim diſparatæ conveniunt in genere: diſtinguuntur differentijs & proprietatibus. Sic etiam ſpecies diverſæ ſubſtantiarum & ſpecies diverſæ accidentium differunt quidem in hoc, quòd diverſæ ſpecies ſubſtantiarum non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto, non quaſi id repugnet naturæ diſparatorum: ſed quia id adverſatur naturæ ſubſtantiarum, quatenus ſunt ſubſtantiæ: Species autem diverſæ accidentium poſſunt eſſe ſimul in uno eodemq; ſubiecto: Interim tamen in illo conveniunt, quòd utræq; ſpecies rectè dicuntur diſparatæ. Notari autem velim, me hoc non intelligere, promiſcuè de omnibus accidentibus, quoquo modo collatis, nec confundere contraria, diſparata, privatè oppoſita, & contradicentia: novi illud diſcrimen, quod nihil ad præſentem controverſiam. Turpiter etiam hallucinantur, quòd exiſtimant

istimant diversa accidentia, quæ in vno subiecto concurrunt, non reipsa seu realiter: sed tantùm ratione differre.

Scire namq; debebant, quòd in duplici significatione quædam dicantur reipsa seu realiter differre: nimirùm vel quæ subiecto & numero differunt, vt scientia & color, equus & homo: vel quæ licet in vno eodemq; subiecto concurrant, seu subiecto non differant, tamen differunt tanquam res & res, vt hæc res non sit illa res, & vice versâ. Sic differunt realiter Theologia & Medicina, licet simul possint esse in eodem subiecto, nempè, animâ hominis: Sic differunt calor & color, etiamsi in eodem subiecto, nempè corpore, concurrant. Sic etiam substantia & accidens subiecto non differunt, cum accidens insit in substantiâ, tanquam subiecto: & nihilominus substantia & accidens differunt realissimè. Denique licet duæ disparatæ species substantiarum non concurrant in vno eodemq; subiecto, coniunguntur & vniuntur tamen in vno composito sive mixto, vt aqua, terra, ignis, aër (nega hæc, si audes, esse disparata) vel in vno supposito, vt anima & corpus, vel in vnâ hypostasi, vt Deitas & humanitas, quod sufficit ad prædicationem paronymicam seu Denominativam tuendam: παρωνύμως ea de se invicem idcircò prædicari dico, non συνωνύμως. Sed redeo ad propositum: substantia etiam & accidens, quod Calviniani ex Metaphysicis Aristotelis discere poterant, per quandam vnionem vnum per accidens fieri possunt, & sic de se invicem παρωνύμως prædicari. Ex. gr. homo & albedo, vnde dico, homo est albus, & quoddam album est homo. Dicunt hîc apertè Calviniani, quid sentiant, an prædicetur homo de albo συνωνύμως vel παρωνύμως: an proprie, vel tropicè, an essentialiter, vel accidentaliter? Et si essentialiter (quod non opinor illos dicturos, cum sit nimis absurdum: nam si essentialiter: Ergò per se. Si per se: Ergò κατὰ παντὸς seu universaliter, vt docet Aristoteles lib. 1 poster. Analyt. cap 4. context 30 31. 33. 34.

Item si essentialiter, Ergò homo erit de essentiâ albi, & quoddam

dam album de essentiâ hominis, quod rursùs est absurdum: observent nam, quòd sit propositio particularis) dicant, an vt genus, vel vt differentia, vel vt species &c. Cum autem nullum horum dicere possint (vt taceam, album esse vocabulum concretum accidentale vel Denominativum, de quo vniuocè, & sic essentialiter propriè nihil prædicatur) absq; absurditate, coguntur largiri, quòd etiam substantia τυχόντως per accidens, & vt accidens prædicabile (vt cum Logicis loquar prædicari possit. Hæc autem exempla allego ratione prædicationis, non vnionis, ut iam antè dictum.

Nam hæc ratio prædicandi denominativa ab ipsâ coniunctione duorum diversorum in genere, & non simpliciter à qualitate & specifica differentiâ vnionis seu coniunctionis desumitur. Quapropter inscitè Calviniani hæc confundunt, & iniquè Embdenses in suo mendaciss imo libello historico de cœnâ Domini Flacij & aliorũ exempla carpunt, quibus non modum vnionis, sed prædicationis (nam repeto adhuc, quòd ratio prædicationis non pendeat semper à singulari & specifico vnionis & coniunctionis modo, alias nimis multi essent modi prædicandi, numerandi: Sic alius est modus vnionis animæ & corporis, alius item hominis & eruditionis, & tamen cum dico, corpus est animatum, homo est eruditus, vtraq; prædicatio est Denominativa) ostendere voluerunt, sicuti apertè sunt protestati, qui illis exemplis vtuntur. Sed quid ab horum hominum iniquo morsu tutum?

Quibus ostensis, dico corpus Christi τυχόντως, & vt accidens prædicabile (quod etiam substantia esse potest, vt antea dictum) de pane prædicari, ac propriè quidem, prout illud vocabuli opponitur propositionibus Tropicis. Nam quia panis & corpus Christi, (idem esto iudicium de vino & sanguine) ita sunt vnita, vt sint quodammodo ἓν unum (non essentiale, neq; personale, sed Sacramentale) hinc etiam fit, vt de se invicem per accidens prædicari possint absq; vllo tropo. Quod si non intercederet hæc vnio

Sacramentalis, quâ quodammodo fiunt vnum, corpus Christi non nisi per tropum poßit prædicari de pane, sicuti Christus non nisi per tropum dicitur vitis, cum nulla sit realis vnio inter vitem & Christum. Quia enim quodammodo sunt vnum non per se, sed per accidens: idcircò etiam non per se, verùm per accidens τυχόντως *de se invicem prædicantur. Nam in vnione substantia substantiæ accidere potest, vt tamen ei subiectivè (quod notari velim à Calvinianis) non insit. Neq; propterea necessum, vt panis essentialiter sit corpus Christi. Et hoc vocant nostri Theologi prædicationem sacramentalem (quam quidam inusitatam propter vnionem inusitatam rectè appellant) quando corpus Christi de pane propter vnionem Sacramentalem (vnionem intelligentes non de* σχετικῇ *præsentiâ, nec illam, quæ consistit in significatione absentis corporis Christi: sed in præsentißimâ exhibitione, quâ omnibus, qui Sacramento vtuntur, corpus Christi cum pane exhibetur, & ab omnibus accedentibus accipitur) prædicatur: Logicè dicitur* τυχόντως *prædicari.*

Beza & Piscator. Item Goclenius 3. part. pbl. pag. 148. problem. 64.

11. Peius tractant Calviniani hanc propositionem, Deus est homo. Quidam asserunt esse Tropicam, quod falsum: Cuius enim propositionis nulla vox est tropica, illa ipsa etiam tropica non est, iuxta definitionem Tropicæ propositionis, suprà ex ipsis Calvinianis recitatam. Huius autem propositionis nulla vox est tropica, (monstrent tropum sine absurditate si possunt.) Ergò nec ipsa est tropica. Goclenius replicat figuratam esse, quatenus intelligitur, partē essentialem dici de toto in concreto per synecdochen, vbi & perperàm Caßianum pro suâ sententiâ allegat qui loquitur de Synecdoche Grammatica duntaxat. Contra. Estné igitur humana natura pars essentialis filij Dei? Estné filius Dei seu Christus totum essentiale Gocleni? quid agis? Hactenus piè docuerunt Theologi orthodoxi, esse totum personale, compositum quidem ex duabus naturis (vnde dicitur in sano sensu à Damasceno rectè persona σύνθετος*) sed non tanquam ex partibus essentialibus, constituentibus vnam essentiam compositam, vt homo constituitur*

Omnis Tropica locutio resolvitur in ꝓpriam. Si igitur hæc propositio, Homo est Deus, vel Deus est homo, est Tropica & quidem synecdochicà, necessariò hæc propria erit: Deitas est Deus.

ex ani

ex animâ & corpore. Deinde synecdochica propositio est, in quâ aliquid tribuitur toti, quod propriè duntaxat competit parti, vel vice versâ. Si igitur est synecdochica hæc propositio seu prædicatio, & hoc modo sit intelligenda, Deus est homo, id est, ratione humanitatis, id est, humana natura est homo, non significatur id quod significari debebat, & solvitur unio personalis, ut max pleniùs dicetur. * Hungari Calviniani sic eam explicant: Ideò maximè figurata est per communicationem idiomatum hæc locutio, Deus est homo, & homo est Deus, quia duæ naturæ personaliter & inseparabiliter licet inconfusè sunt unitæ. Risum teneatis amici. Duæ naturæ sunt unitæ personaliter & inseparabiliter. Ergò per communicationem Idiomatum figuratæ sunt hæ locutiones, Deus est homo, homo est Deus. Quæ συνέχεια, quæ συνάφεια? Elenchus causæ. Deinde hæc vocabula, Deus, homo, non sunt vocabula Idiomatum; sed naturarum. Quomodo igitur communicatio Idiomatum? an idioma est natura? Vide quò ruant hi homines.

Fortunatus Crellius Calvinianus in Isagoge Logicâ lib. 2. partis prioris cap. 3. sect. 2. Goclenius 3. part. problem. pag. 149. probl 64. quibus & alij Calviniani complures astipulantur, inprimis Piscator ad Hoffman. pag. 28. ubi scribit, in hac propositione usitato modo prædicari speciem de individuo, videlicet hominem de homine individuo.

12. Alij his simpliciter contradicunt scribentes nihil hîc esse inusitatum, nihil disparatum, sed usitatissimam & regularem esse enunciationem, in quâ ex sententia Thomæ Aquinatis, homo prædicetur de Deo Vnivocè, & tanquam species de suâ hypostasi. In quâ sententiâ tot errata, tot contradictiones, quot voces. Beza concedit, (imò & Philippus in lib. 4. Dialectices, quem alibi suum faciunt) prædicari disparatum de disparato in hac propositione. Hungari Calviniani loco allegato sic scribunt: Negare Deum & hominem disparata esse, & cum Deum de homine dicimus disparatum de disparato prædicari, tam est absurdum, quàm nolle concedere cœlum à terrâ distare, creaturam & creatorem, humanitas est homo (nolunt namq; poni totum pro parte) vel Deo est Deus, homo est Deus: Nonne sic pulchrè solvitur unio personalis? Sic etiam ineptit Goclenius in hac propositione: Christus est passus, quâ dicit synecdochicam esse: propria igitur hæc erit: caro Christi est passa. Absurdum, sic namq; per Nestorianissimũ passio propriè tribuetur naturæ, quæ tamen est suppositi, ut loquuntur Scholastici, seu personæ. Vides quo abripiaris tuâ Synecdoche? * In suâ falsosic dictâ Panharmoniâ Christi & Calvini pagina 128.

creatorem inter se differre. Fortissima haec est illorum contradictio. Nam vnam eandemq; propositionẽ, ἁπλῶς vnam eandemq; rem significantem esse simul Tropicam & non Tropicam, constare subiecto & praedicato disparatis & simul non disparatis, tum mihi persuadebunt, quando ostendent duo contradicentia simul esse in eodem subiecto simplici, vel duo contradicentia simul vera esse. Crellius expressè dicit: mihi esse disparatum. Conciliate vos Calviniani, qui affirmatis, si potestis. Dicam quando: ad Calendas Graecas vel Germanicas: vtras mavultis?

13 Deinde quod quidam dicunt, esse non solùm propriam, sed insuper esse vnivocam propositionem seu praedicationem, & hominem praedicari vnivocè & tanquam speciem in ista propositione, absurdum, blasphemum, impium, Nestorianum & Eutychianum est, quod sic demonstro: Quicquid praedicatur vnivocè, id praedicatur essentialiter iuxta definitionem vnivocorum & vnivocae praedicationis ab initio traditam. (Vnivocè enim hic accipitur, quatenus & aequivoco & Denominativo opponitur: haec enim est propria significatio, quam etiam ipsi adversarij intelligunt) Homo praedicatur de Deo, iuxta Calvinianes, vnivocè. Ergò iuxta eosdem Calvinianos praedicatur homo de Deo essentialiter Impium, Eutychianum. Deinde quicquid praedicatur vnivocè & tanquam species id praedicatur in Quid, per se primo modo, & est de essentia subiecti. Atqui homo praedicatur de Deo, iuxta Calvinianos, vnivocè & tanquam species. Ergò iuxta Calvinianos praedicatur de Deo in Quid, per se primo modo, & est de essentia Dei, tanquam subiecti propositionis. Impium, Eutychianum. Item si homo vnivocè praedicatur de filio Dei, sequitur, quòd filius Dei sit ὑπερ ἄνθρωπος, vt acutissimus Schegkius eruditè concludit: nam quae vnivocè praedicantur, & vt species, illa declarant essentiam subiecti. Rursus impium, Eutychianum.

Nota paradoxa Calvinianorum.

14 Sed adhibent hic quidam φάσμακον σόφον dicentes, hominem praedicari vnivocè de Deo, id est, de hypostasi τοῦ λόγου. Verùm eadem incommoda sequuntur: nam licet hypostasis τοῦ λόγου

λόγου post vnionem factam etiam sit ὑπόστασις carnis assumtæ, tamen homo neq; in Quid, neq; Essentialiter, neq; vt species, & per consequens nec vnivocè de hypostasi τοῦ λόγου prædicari potest. Vsurpant itaq; adhuc aliud φυγοκρύφειον dicentes: Deus, id est, hypostasis τοῦ λόγου ratione carnis assumtæ est homo: quod si resolvas, idem valet, ac si dicas: Caro assumta est homo, seu hæc persona filius Dei, quæ propter humanitatem homo est, Deus est, vt Hungari resolvunt Certè incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Nam primùm in quonam Lexico legerunt, aut in quibusnam Bibliis scriptum est, quòd vocabulum, Deus, idem valeat, quod ὑπόστασις τοῦ λόγου ratione carnis assumtæ? Deinde sic non erit propria & regularis, vt volebant, sed Tropica prædicatio, siquidem Tropus inerit, nempè Synecdoche totius pro parte, vti Piscator ad Hoffman pag. 23 24. & seqq. contendit, triplicem in hac propositione, Deus est homo, esse synecdochen, 1 generis, quâ vox Deus ponatur pro secundâ Divinitatis personâ. 2 synecdoche membri, quâ ponatur divina natura pro totâ persona, quæ est Deus & homo. 3 synecdoche integri, quâ tota persona ponatur pro assumtâ, vel humana naturâ. Rursùs itaq; sibi contradicunt. Tertiò non est quæstio hîc de naturis, in se consideratis, vnde Christus sit naturalis filius Dei, vel vnde sit naturalis filius hominis; sed de personâ, quomodo naturæ de se invicem in personâ & propter ταυτότητα τῆς ὑποστάσεως prædicentur, non quid sit persona respectu naturarum, sed quomodo natura r ctè in concreto de personâ, & deinde quomodo de se invicem naturæ in concreto propter ἑνωτικὴν ὑποστατικὴν prædicentur. Sub infert itaq; hæc responsio Nestorianismum, quod sic evinco Si vocabulum hominis de Christo seu filio Dei prædicatur vnivocè, quemadmodum de Petro prædicatur, vt Calviniani volunt, & quidem respectu carnis assumtæ, sequitur, humanam naturam partem personæ Christi existentem esse, quandam ὑπόστασιν & τὸ δέ τι, nempè ipsum hominem, de quo homo tanquam species, de individuo prædicetur in Quid, vt eruditè Schegkius contra Simonium

Beza 1. part. quæst. & resp. pag. 16: Et Hungari in suâ Panharmoniâ pag. 119.

NB. Iuxta Piscatorem vox, Deus, est genus. Ergò personæ Divinitatis erunt species, Absurdum. Deinde duas cõtrarias Tropi species ponit in unicâ vocula unius enunciationis respectu, quod rursùs absurdum. Deniq; tollit unionem personalem suâ resolutione, ut monstratur in contextu. sequitur enim

hæc negatoria propositio: Deus, id est, persona quæ est Deus, & homo, est Homo, id est, persona, quæ est Homo & Deus. Nam quam synecdochen Piscator ponit in subiecto, illam etiã in prædicato ponere cogitur, cum propositio convertitur. Homo est Deus.

*Lib 3 sentendistin. 7 quæst. 1. ubi & hanc tegulam cum reliquis Scholasticis ponit: Deus & homo unus est Christus. Christus ergò est Deus, & etiam est homo: Et est unus. Sed quæcunq; dicuntur de uno & eodem secundum numerum, dicuntur de se in-

disputans concludit, Petrus namq; ratione huius prædicati (hominis nempè) est ὑπόστασις & τὸ δέ τι absolutum quiddam, & homo prædicatur essentialiter, & in Quid de Petro, non tanquam de naturâ; sed tanquam de hypostasi: at filius Dei seu Christus ratione suæ humanitatis respectu huius prædicati (nempè homo) non est ὑπόστασις absoluta, sed propter vnionem cum ea hypostasis vna. Vnde apparet, Calvinianos esse revera Nestorianos. Vt igitur hanc propositionem, Deus est homo, propriam esse largior, propterea quòd nullum vocabulum in eâ tropicè accipitur, sed omnia propriã suam significationem retinent, vnivocam tamen esse nego, imò falsum esse contendo hominẽ, ibi prædicari tanquã speciem, quod nullo colore pingi potest: παραφυμως igitur (quam prædicationem nostri Theologi propter inusitatum vnionis modum, qui est ὑπὲρ νοῦν καὶ ὑπὲρ λόγον, vt Iustinus Martyr piè loquitur, rectè appellárunt inusitatam, & ex Bonaventurâ singularem, atq; sic alijs verbis idem dicunt, quod ego, vt clarissimè apparet ex magno illo Theologo Martino Chemnitio in recitatione verborum Bernhardi in lib. de duabus naturis in Christo, cap 6.) seu Denominativè, vt Logicè loquar prædicatur: ὁ λόγος enim propter humanam naturam realissimè & intimè sibi vnitam revera est, & dicitur homo, propterea quòd iam cum humanâ natura est quiddam vnum, nempè vnum personale. * Vnde eruditè scribit Bonaventura in hunc modum: secundum Catholicam veritatem absq; dubio necesse est concedere, hominem esse Deum, & Deum esse hominem, pro eo, quod dua natura ibi vnitæ sunt, in vnam personam. Qua autem in vno suppositio vniuntur, necessariò de se invicem prædicantur, si accipiantur concretè propter illam maximam, qua dicitur: Quæcunq; vni & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem (intellige, quatenus eidem sunt eadem, non absolutè.) Si ergò vnus est Christus, qui est Deus & homo, necessariò oportet concedere, Deum esse hominem, & hominem esse Deum. Hactenus Bonaventura. Ex quibus apparet, hominem de Deo non vnivocè, nec essentialiter, nec vt speciem,

quemad-

Regionalbibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0099
Mecklenburg Vorpommern

quemadmodum Calviniani impiè tradunt, sed παρωνύμως, imò & contingenter (negat quidem Bonaventura in loco allegato, per accidens prædicari, sed intelligit accidens prædicamentale & inhærens, de quo hic non est sermo, vt ab initio monui) prædicari. Cum enim dico, Deus est homo, tum homo mediatè prædicatur de Deo, vt si album prædicetur de homine: propter albedinem enim & quia accidens est hominis, album prædicatur de homine, non autem de ipso per se, ac primò. Vt igitur Petrus propter albedinem albus est (NB prædicationem respicio, non vnionem seu vnionis modum, quem scio toto genere esse diversum, vnio enim non est accidentalis in Christo, quasi Christus sit vnum per accidens ἁπλῶς seu vnum accidentale, sed est vnum personale: ratione igitur termini ad quem, nego humanam naturam filio Dei per accidens seu accidentaliter vnitam, quod notare velim Calvinianos, qui semper in hunc scopulum impingunt, vt tam aliquoties monui) & τυχόντως est albus & priùs fuit homo, postea factus est albus: ita & ὁ λόγος propter humanitatem personaliter ac realissimè & præsentissimè sibi vnitam homo & quidem τυχόντως homo est: ὁ λόγος enim seu filius Dei priùs, & ab æterno fuit λόγος, & postea in tempore factus est homo, cum priùs non esset homo. Atque sic accipio hoc loco vocabulum τυχόντως respectu præteriti, non præsentis nec futuri temporis: iam enim necessariò Deus est homo ex necessitate consequentiæ, vt loquuntur, quia quod semel assumsit, nunquam deponet. (non igitur hinc sequitur unio ἁπλῶς accidentalis, quia ex unione duarum naturarum in Christo exsurgit unum personale: unde rectè à Schegkio appellatur, quasi per accidens personalis.) In eandem sententiam scribit Gabriel Biel, inquiens: Si quæritur an illa propositio, Deus est homo, sit per se, vel per accidens, dicitur, quod non per se (intellige vel primo vel secundo modo per se, de quibus Aristoteles in lib. 1. poster. analyt. cap. 4. text. 30. 31.) quia non est necessaria, sed est per accidens (sensu superiùs declarato, per accidens personaliter) non quod prædicatum importet accidens inhærens subie-

vicem. Ergò Deus est homo: Et homo est Deus. NB. Vide Iacobum Schegkium in libro de una persona & duabus naturis Christi acutè & piè dissentem, quem librum etiam Theologi VViv tembergenses suo calculo, antequam evulgatus fuit, approbárunt, ut testatur in refutatione orthodoxi consensus pag. 317: Et ipse Schegkius in præfatione libri allegati ad principem suum.

Et hoc dixit Schegkius ratione hypostaseos τὰ λεγόμενα, quæ aliter Deitati, aliter humanitati assumtæ tribuitur. lib. 3. Sentent. distinct. 7. ad dub. 4. liter. E.

90 subiecto Hactenus Biel. Huc etiam meritò refero eruditam Iacobi Schegkij dissertationem in responso ad reprehensiones Simonis Simonij pag. 20 21. (quem librum similiter Theologi Tubingenses, antequam typis evulgatus fuit, suo calculo approbârunt, quod notari velim propter illos, cui hæc forsan nova videbuntur: eruditis minimè ubi sic scribit: Dicit Simonius: Hominem per se prædicari de Christo, vt prædicetur homo de Petro, quia scilicet sit immediata prædicatio, quâ homo prædicetur de suis Individuis. Liquet autem ex paulò antè dictis, Simonium definijsse immediatas duntaxat duobus prioribus modis, quibus per se (secundum Aristotelem) prædicatum dicitur de subiecto. Ergò vt homo per se & immediatè prædicatur de Petro: sic prædicabitur etiam de Christo, aut filio Dei. At nos hominem negamus propriè & vnivocè, sed denominativè prædicari de filio Dei, sed quodammodo impropriè (non autem Tropicè, vt subiuncta declaratio indicat) cum hominis vocula, hac prædicatione non significetur καθόλου quoddam εἶδος, sed res duntaxat ad numerum vna & singularis: rectiusq; dici putamus, si quis ita loquatur, eum qui sit filius Dei eundem quoq; esse hominem, id est, vtrumq; numero eundem, perinde vt eundem dicimus esse Socratem & Sophronisci filium. Nam impropriè dicitur de Socrate prædicari Sophronisci filius (NB. de prædicatione loquitur, non de vnionis modo, quot toties propter calumniam Calvinianorum inculco) cum vtrisq; significetur τὸ δέ τι quoddam, sed posterius tamen significat quodam accidente τὸ δέ τι exsistens. Et quamvis τὸ δέ τι vocabulis significetur quippiam per se exsistens, non tamen primo aut secundo modo, sed tertio dicuntur per se esse, τὸ δέ τι significantia quiddam vocabulis. De his modis omnibus loquitur Aristoteles in posterioribus Analyticis.

NB. NB.

NB.

Ergò non eodem modo per se Petrus homo dicitur, quo filius Dei. Duos tantùm agnoscit modos per se Simonius: Vnum, in quo prædicatum sit de essentiâ subiecti, alterum, in quo de essentiâ (intelligit definitionem) prædicati sit subiectum. Ambo nos fatemur

NB. Quomodo per se sit hæc propositio?

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0101
Mecklenburg Vorpommern

temur sanè, filium Dei etiam dici & appellari hominem. Tu autem, cum immediatam esse dicas, filius Dei est homo, & praterea omnem immediatam esse dicas, in quâ aut primo modo, aut secundo modo prædicetur aliquid per se de subiecto, sequitur, vt eodem modo immediata sit hæc, in quâ dicitur: Filius Dei est homo, quo est illa, quâ enunciatur, Petrus est homo. At ego dico: filium Dei, per se, appellari hominem: sed negq; per se primo modo, vt Petrus homo dicitur esse, sed quasi per se tertio modo, nempè, quemadmodum quasi τὸ δέ τι per se quiddam dicitur esse. Et paulò post ibidem: Quomodo igitur inter se differunt ambæ illæ per se prædicationes, quâ homo de Petro, & quâ homo quasi per se nempè παρωνύμως de filio Dei enunciatur? Hoc videlicet differunt: quia filius Dei, cum dicitur homo, licet homo significet τὸ δέ τι, ob id tamen immediatè non prædicatur vt species de Individuo, vt de hoc homine, quando prædicatur homo: sed mediatè quasi per accidens, scilicet παρωνύμως. Nam propter humanitatem assumtam, quæ accidit divinitati, eam assumenti, (divinitas enim cum humanitate assumtâ non constituit vnum essentiale, vt aliàs demonstravimus) homo, mediatè dicitur de filio Dei, cum humanitate suâ vnum personale constituente, sed non eodem modo, quo de Petro prædicatur, vnum personale existente. At homo de Petro immediatè (videlicet tanquam species de suo individuo, per se existente) & per se prædicatur, cum Petrus respectu huius prædicati sit ὑπόστασις & τὸ δέ τι absolutum quiddam. Hactenus Schegkius piè, nervosè & eruditè differens pro meâ sententiâ contra Calvinianos. Neq; est vt mihi Thomam obijciant Calviniani (cuius autoritate non teneor, qui tamen per vnivocè prædicari videtur idem intelligere, quod non æquivocè prædicari, quod meæ sententiæ non adversatur, sic enim denominativa prædicatio includitur, quamvis illa significatio vocabuli, vnivocè sit valdè impropria) nam rationes allatæ illam sententiam Thomæ, prout Calviniani eam interpretantur in libris suis, suprà allegatis,

91

NB Quasi per se tertio modo.

Notate vos Calviniani & discite Philosophiam accuratiùs ex Schegkio.

tis, non ferunt: & oppono illis Bonaventuram & Gabrielem Bielem in locis allegatis, imò & Scotum libr. 3. sentent. dist 7. quæstione 1. ad liter. D. & alios plerosq; Scholasticos. Ex quibus apparet, me non pugnare cum sententiâ nostrorum Theologorum de inusitata prædicatione; sed quoniam Calviniani multum de cognitione veræ Logices & Philosophiæ, quamvis falsò, gloriantur Logicis ac Philosophicis terminis nostrorum Theologorum sententiam exprimere, & Calvinianorum inscitiam ob oculos ponere volui.

15. Ex his etiam multa sophismata Anhaltinorum discutiuntur, quibus vtuntur in suæ considerationis super formulam concordiæ Apologia, dum toties vrgent divisionem Entis in substantiam & accidens, mox autem adhibent seu potiùs confundunt illam divisionem cum hac, quicquid est, aut est per se aut per accidens, & quicquid dicitur id dicitur per se aut per accidens, vbi quilibet videt, illos apertè ludere ambiguitate vocabuli, accidens, quod in primâ divisione accipitur pro accidente prædicamentali, quod simpliciter distinguitur contra substantiam, in posterioribus verò divisionibus simul includitur etiam accidens prædicabile, quod quandoq; potest esse substantia, quæ tamen per accidens quandoq; prædicatur (nostri autem Theologi studiosè vitârunt hos Logicos terminos propter adversariorum calumniam) Quâ distinctione Accidentis corruunt omnia illorum sophismata. Vnius regulæ Logicæ, quâ in primis abutuntur, mentionem faciam: Dici de aliquo requirit inesse: sed maiestas omnipotentiæ, omniscientiæ, omnipræsentiæ &c carni Christi non inest. Ergò nec de eâ dici, aut prædicari potest.

Anhaltini Calviniant in consideratione super præfat. libri Concordiæ pag. 23. & in 1. Apolog. pag. 376. Item 341. 342.

Hactenus illi. Ex quâ sophisticatione apparet, quem sensum regulæ illi Logicæ affingant. Nam minorem propositionem de inhæsione subiectivâ intelligunt, aliàs falsa esset. Nam si nullo modo dicatur carni assumtæ inesse, pugnat id apertè cum scripturâ. Et cum quærunt, si insit, an insit per accidens, an per se? respon-

deo

deo, quasi per accidens personaliter, vt eruditè Schegkius ex 93
scholasticis Theologis monet. Ergò dices, omnipotentia est accidens, & non substantia! Non sequitur propter ambiguitatem vocabuli Accidentis, vt supra aliquoties dictum. Turpiter autem hallucinantur quod putant necessum esse, vt id, quod de aliquo dicitur, subiectivè insit: hoc enim nullo modo sequitur, vt multis exemplis evincemus. Deus dicitur creator, nec tamen creatio ipsi subiectivè ineſt: Sic Sol dicitur calidus, quis autem calorem soli ineſſe subiectivè absq; absurditate asseret? Homo credens dicitur iustus iusticia Christi, Ergóne ipsi iusticia Christi subiectivè ineſt, & sic per inhærentem iusticiam est iustus? Gaudeant itaq; Pontificij Sic corpus dicitur animatum: Ergóne anima vel subiectivè, vel essentialiter ineſt corpori? Neutrum dicere poteris: licet enim sit pars essentialis hominis, non tamen est pars essen- NB. Vt corpo-
tialis corporis, nec anima ineſt corpori, vt corpori, formaliter, ris dico.
non enim est forma corporis, vt corporis, quam propriam habet absq; animâ, sed forma animalis, si intelligatur anima, sentiens, vel si rationalis intelligatur est forma hominis. Dic igitur, an per se vel per accidens insit anima corpori. Per se non poteris dicere, siquidem examinaveris omnes quatuor per se dicendi modos. Ergò per accidens. Estné igitur accidens anima? prædicamentale non est: prædicabile esse respectu corporis non negaverim. Quod exemplum non adduco, vt putem per omnia convenire ad modum vnionis personalis: minimè: sed solum hoc fine, vt ostendam falsitatem sensus Calvinistani, quem regulæ Logicæ affingunt. In sano autem sensu regula admittitur: nempè quod dicitur de aliquo, id etiam revera ipsi aliquo modo competit, licet ipsi non subiectivè inhæreat: per ineſſe igitur intellige hoc loco veram attributionem, cui res verè subest, quæ dicitur, aliàs regula vniversaliter vera non est, vt exemplis ostendi. Nam & omnipotentia de Deo dicitur, cui tamen subiectivè non ineſt, imò ipsa Deitas est omnipotentia. Legantur hac de re Logici accuratiores.

16. Et vt tandē hoc caput concludam, vnū ad huc movebo, ex quo illa, quæ hactenus de propositionibus, Panis est corpus Christi (quæ tamen non est scripturæ) & Deus est homo, quas Denominativas dixi, sunt disputata, plenius intelligentur, quo modo ea accipi velim. Quoniam Calviniani omnes omninò prædicationes etiam de mysterijs fidei formatas ἁπλῶς & perfectè, ac per omnia Logicè aut proprias aut Tropicas faciunt quæsivertim ex

1. Quæstio illis, vt Catagoricè & sine vlla circuitione respondeant, an hæ propositiones, ὁ λόγος est Deus, Spiritus sanctus est Deus, sint ἁπλῶς propriæ vel Tropicæ iuxta definitiones Tropicarum prædicationum ab initio traditas? Si Tropicæ: gaudebunt Antitrinitarij

pag. 70. Sed si hola Melanchtoniana, atra illa à Calvinianis fabricata, respondet esse regulares & proprias. Responsio sanè facilis: verùm probatio difficilis. Quæro enim, singularis & propria (vide sect. 3) prædicatúrne Deus de Patre, Filio, & Spiritu sancto, vel vt genus, vel vt species, vel vt differentia, vel vt proprium, vel vt accidens? Nullum horum sine impietate dicere possunt. Prædicatur essentialiter: Ergò neq; vt proprium, neq; vt accidens. Respondet rursùs schola Melanchthoniana in loco allegato, prædicari tanquam nomen commune tribus personis. Verum quidem: sed non sufficit: Esti nè genus, vel species, vel differentia? Non dices, opinor. Nam licet Deus sit commune vocabulum, tamen significat talem communem essentiam, quæ etiam simul est numero vna (NB. numero vnum & genere vnum opponuntur: vide Aristotelem libr 4. & 5. Metaphys.) & singularis ac ἀμέρισος, qualis communitas, imò & vnitas nullo modo competit vel generi, vel speciei, vel differentiæ. Movetur & quæstio

2. Quæstio. de his propositionibus, Deus est Spiritus, Deus est essentia, quales sint prædicationes? Goclen. lib 3. problem. Log. problem 51. & 63. contendit tam essentialem esse hanc, Deus est Spiritus, quàm istam, Callias est homo, & Logicum sub vnum genus seu formam enunciationes has reducere: Gabriel est Spiritus, & Deus

est

est Spiritus, & Deum cum spiritibus convenire in genere Logico. Item Deum se habere ad spiritum vel essentiam, vt inferius & angustius ad superius & communius, & spiritum vel essentiam esse communis, naturæ nomen respectu Dei & creaturarum. At quoniam hoc quiddam primarius ac insignis Theologus, cuius memoria sit in benedictione, noluit ipsi concedere, appellat illum religiosulum, qui vix leviter literis sit tinctus, cuius summa scientia sit nihil velle scire. Verùm Goclenius alios erroris accusans ipse in errore hæret. Nam primò iniquè confert has propositiones, Callias est homo, & Deus est spiritus: quia homo prædicatur vnivocè & tanquam species: Callias namq; est individuum hominis: Spiritus autem non prædicatur de Deo tanquam species Logica: Species enim Logica fundatur in notione primâ rei extra animum exsistentis: Vbi igitur non est communitas rei extra animum in individuis (dico in individuis, non extra, sunt enim vniversalia in multis, non extra multa) ibi nulla est species Logica, nisi fingatur: species item Logica ἀπίσως & æqualiter prædicatur de omnibus suis individuis, quod de Deo dicere impium est. Deus non est tale individuum, quod habeat speciem Logicam: adhibeatur definitio speciei Logicæ, & apparebit falsitas Goclenij. Deinde habet se Deus ad spiritum vel essentiam tanquam angustius ad superius & communius, sed ad communius æquivocum seu ἀφ' ἑνὸς: ideoq; nec spiritus, nec essentia est genus Dei Logicum: quia genus Logicum prædicatur æqualiter de suis speciebus: Spiritus autem & essentia de Deo & creaturis prædicantur æquivocè seu ἀφ' ἑνὸς. Præterea falsum est, essentiam respectu Dei esse communis naturæ nomen: Dei namq; essentia est singulariter vna, & toto genere differt ab essentiâ creaturarum: Neq; est vt mihi Goclenius reponat genus Logicum: nam genus Logicum, cui nihil extra animum respondet, est merum figmentum, Ex. gr. cum dico animal prædicari de homine & equo tanquam verum genus Logicum, non est nuda prædicatio, vel figmentũ animi duntaxat,

sed respondet ipsi aliqua res, extrà animum existens. Proinde turpiter errant, qui putant posse diversis rebus attribui vnum genus Logicum, vt tamen in essentiâ rei genericâ non conveniant. Contrarium enim est verum. Quæcunq; habent idem genus Logicum, illa habent eandem essentiam genericam. Ex. gr. Equus & homo habent idem genus Logicum, nempè animal: idcircò etiam habent eandem essentiam genericam, & essentia animalis æqualiter vtriq; competit: & propter quam causam homo est animal, propter eandem etiam equus est animal, vt inter equum & hominem, quatenus in genere Logico conferuntur, & idem genus Logicum habent, præsùs nulla sit differentia: nam quòd differunt equus & homo, illud non provenit ex genere, sed ex differentiâ specifica, & ijs, quæ differentiam specificam consequuntur. Et hoc vniversaliter verum est in omnibus generibus Logicis, quæ verè & propriè loquendo sunt genera Logica. Goclenius itaq; asserens Deo verum genus Logicum, quod propriè est genus, attribui posse, incidit in hoc absurdissimum absurdum, quòd Deus & creaturæ sint vnum genere Logico, habeant eandem essentiam genericam, & quòd inter Deum & creaturas, quatenus in genere Logico conferuntur, nullum sit discrimen, quod est verè absurdum, atq; sic eodem modo & æqualiter, quod natura generis Logici postulat. Deus erit Spiritus & essentia, quo creatura. Insuper si Deus habet genus Logicum, sequitur, quòd Deus sit species, & per consequens etiam habeat individua: species enim & genus sunt relata, quod prædicationem attinet. Absurdum autem est, Deum esse speciem, cum sit numero vnus, porrò si vel spiritus, vel essentia esset genus Logicum, necessum esset, vt differentia specifica etiam esset in Deo, per quam genus illud restringeretur ad certam speciem: solum enim genus absq; differentiâ specificâ speciem constituere nequit: ac proinde in vnâ eademq; simplicissimâ Dei essentiâ esset quiddam commune, nempè genus, & quiddam non commune, realiter differens ab illo communi

communi, nempè differentia, quod est revera absurdum: Differentia enim specifica & genus non sunt idem, imò vt Aristoteles notat in Topicis, differentia est accidens generis.

Sed hæc absurda pulerè se evitasse putat Goclenius, quando scribit in locis allegatis: Etsi Deus in se spectatus sit ὑπερθειος & ἀσύνθετος, tamen si spectetur Dialecticè, & conceptu mentis nostræ (qui tamen conceptus, mi Goclenì, non debet esse falsus, sed cum re, extra mentem existente, congruere: veritas enim, teste Scaligero, est adæquatio notionum cum rebus & orationis cum vtrisq;) citra tacturam simplicitatis suæ, & infinitæ naturæ ac virium potest ei aliquid vt genus & aliquid differentiæ loco tribui. Quo respectu Aristoteles in Categoriâ (a) substantiæ (quatenus in Logicis considerantur hoc Aristoteles non fecit: ne dicas igitur falsum testimonium, Goclenì Loca Aristotelis ex Ethicis & Metaphysicis nihil ad rem) Deum collocat. Sic quæ in Deo τῷ εἶναι, seu reipsa vnum sunt (sintné etiam genus Logicum & differentia τῷ εἶναι & reipsa vnum? non puto te dicturum, nisi ipsas species disparatas τῷ εἶναι & reipsa easdem esse volueris absurdè affirmare. Quomodo igitur hæc propriè in Deo) vt iustitia & misericordia distinguuntur λόγῳ, seu ratione nostræ apprehensionis. Analogia igitur quadam (minimùm) ad regularem attributionem eiusmodi prædicationes referuntur. Hactenus Goclenius: in problem: 51. libr. 3. appellat genus ἀφ' ἑνὸς. Sed hæc contra Goclenium. Si genus ἀφ' ἑνὸς & analogicum. Ergò non verum genus Logicum propriè sic dictum: genus enim ἀφ' ἑνὸς & analogicum (quod communiter vocant analogicum) vni competit per se & principaliter, alteri minus principaliter: Sic Ens prædicatur de substantia & accidente, quorum tamen verum & vnivocum genus Logicum non est. Cur itaq; vellicat iste supercilioſus disputator nostros Theologos, qui libenter largiuntur per quandam analogiam & similitudinem posse reduci ad prædicationes regulares: sed quod verè ἀκριβῶς & exactè genus Logicum & vni.

Obiectio Goclenij.

(a) Negat hoc Augustinus lib 3. de cognitione veræ vitæ, eum quo tu transigas Goclenì: Negat, inquam, in prædicamento substantiæ Logico reponi posse. Aliud est Logicè considerare substantiam, aliud Metaphysicè. Legantur Soncinas, Fonseca, Aquarius, Scaynus, Versor, Avenoës, Alexander & alij in Metaphysicis commentarijs, & quæstionibus.

" NB. "

& vnivocũ Deo attribui poßit, hoc negant cum omnibus sanioribus Theologis & Philosophis, de qua re legantur Scholastici Theologi in lib 1. sentent. De hoc genere Logico est quæstio, quod æqualiter seuæquali prorsùs ratione de suis speciebus prædicatur: Et cum etiam differentiam Logicam in Deo statuat Goelenius, quæro an realiter differat à genere Dei, & an à genere Dei poßit abesse? si negaverit, non est vera differentiâ Logica, nec verum genus Logicum, prout ea Logoci definiunt. Si affirmaverit, sequitur compositio realis in Deo, quod est absurdum. Deniq; quid
3. Quæstio. dicent Calviniani de his propositionibus, Deus est omnipotens, iustus, omniscius, sapiens &c. quales sunt prædicationes? propriæ vel Tropicæ? Tropicas negabis, & rectè. Dices itaq; proprias. Sed tum quæro: Estné prædicatum in eiusmodi propositionibus, vel genus, vel species, vel differentia, vel proprium, vel accidens? nullum sine impietate κυρίως & propriè poteris dicere. Vocanter sanè proprietates Dei, sed respectu nostri, non absolutè, quatenus intra Dei essentiam, considerantur; idcircò dicuntur simul proprietates Dei essentiales, quæ etiam sunt ipsa essentia Dei, quales proprietates tota Logica ignorat.

Scaliger oculatißimus ille Philosophus, si quisquam alius. Exercitat. 249 sect. 3 sic inquit eruditè: At ex summa bonitate, quæ est potentiæ regula, neq; à potentiâ diversa essentia (est enim Deus & Dei omnia vnum, atq; vnus Deus sui ipsius & principium & finis, sine tamẽ & principio & fine vllo: non enim extra se egredi potest) non vult minùs posse, quàm benè posse. Hactenus Scaliger, quæ an accuratè & exactè ad prædicationes Logicas ἁπλῶς poßint accommodari, pensitent Calviniani. Eodem sensu Scaliger acutè disserit exercitat. 365. sect. 6. vbi mavult dicere, Deum esse omnipotentiam ipsam, quâm Logicè & Logicâ prædicatione denominativâ omnipotentem. Videant igitur acuti illi Calviniani, si Dijs placet, quid agant, dum omnes propositiones etiam de mysterijs fidei formatas ἁπλῶς, absolutè & præ-

& præcisè, aut Logicè proprias aut tropicas esse contendunt. Vident enim quòd exempla superiora id non patiantur. Interim non nego, quòd iuxta analogiam quandam ad proprias propositiones revocari possint. Ne clament itaq; Calviniani, mox esse Tropicas propositiones, si non præcisè ad regulas Logicas de prædicationibus congruant. Atq; sic has propositiones, Panis est corpus Christi, & Deus est homo, superiùs Denominativas esse dixi, iuxta quandam analogiam & similitudinem, vt non necessum sit, eas facere Tropicas: impossibile enim est, eas esse Tropicas, vt copiosiùs postea docebitur de hac propositione, Panis est corpus Christi, in cap. 3. Inepta igitur hæc collectio Calvinianorum: Hæc propositio non præcisè & ἀκριβῶς convenit ad regulas Logicas de prædicatione propriâ. Ergò est Tropica, Datur tertium, vt vidimus in his propositionibus, Spiritus sanctus est Deus, ὁ λόγος est Deus, Deus est omnipotens &c. Denig; semper in ore habent Calviniani hanc divisionem: Quicquid prædicatur, id prædicatur vel essentialiter, vel accidentaliter. Ego subsumo: Gignere prædicatur de Deo Patre, pater genuit. Concludant illi, si simpliciter immediatam illam divisionem putent. Quid sentiam, suo loco dicam. Respondeant an gignere vel essentialiter vel accidentaliter de Deo prædicetur? Si essentialiter: Ergò etiam de Filio, & Spiritu sancto. Quia quicquid essentialiter prædicatur, prædicatur de omnibus tribus personis: quia essentia communis. Dispiciant, quid respondere velint illi, qui præcisè & per omnia omnes propositiones Theologicas ad Logicas prædicationes referre volunt, aut mox Tropicas locutiones fingunt. Nolentes volentes Analogiam agnoscere cogentur, quam dixi, vt non necessum sit, mox tropos fabricare.

NB.

Anhaltini Calviniani in suâ Apologiâ pag. 323. 376.

Videant de hac re Augustinum lib. 5. de Trin. cap. 4. & 5. Item lib. 3 de cognit. veræ vitæ, Calvinianis hæc in totâ disputatione contradicentem.

Et hæc sint quasi προλεγομένων loco dicta.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0110
Mecklenburg Vorpommern

CAPVT II.

De Vnione personali duarum naturarum in Christo & communicatione Idiomatum.

1.

HOrrenda paradoxa & crassas ἀντιλογίας Calvinianorum circa doctrinam de vnione personali duarum naturarum in Christo, & communicatione Idiomatum ostensurus, non abs re fecero, si primùm ambiguitatem, quò disputatio sit magis perspicua, vocabuli κοινωνίας explicem: plerae enim Calvinianorum sophisticationes exambiguitate huius vocis originem trahere videntur. Per κοινωνίαν itaq; hoc loco à nostris Theologis non intelli-
1. gitur κοινωνία τῆς οὐσίας οὐσιώδης, quæ aliàs dicitur κοινωνία κατὰ μέθεξιν, quando id quod dicitur μετέχειν recipit τοῦ μετεχομένου definitionem. Sic homini communicatur natura animalis, Petro natura hominis, & Bucephalo natura equi: neq; intelligitur
2. κοινωνία accidentis, quà accidens genere vel specie vnum pluribus subiectis commune est, quo sensu eruditio participatur à Platone & Aristotele, item vigilare ab equo & homine, nigredo à corvo & aquila: neq; intelligitur κοινωνία proprij κατὰ σύγχυσιν, quando
3. rebus duabus confusis illud quod alterius proprium erat pro subiecto accipit illam rem, quæ è duabus vel pluribus illis confusis composita est, quod accidit in melicrato, (iniquè igitur Calviniani eam nostris Theologis obijciunt) sed intelligitur κοινωνία proprij κατὰ συνδύασιν (quemadmodum accurate Havenreuterus Philosophus Argentoratensis ex Aristotele libr. 4 Topic. cap. 1. docet) id est, quatenus copulatur cum altero. Est intermedia
4. inter κοινωνίαν proprij κατὰ σύγχυσιν, & inter accidentis κοινωνίαν,

Legatur etiam Schegkius in lib. de una persona Christi, & in responsi. ad criminationes Simonij.

quia

quia neq; id, quod communicatur, multiplicatur ad diversa subiecta, vt sit in κοινωνίᾳ accidentis, neq; subiecta confunduntur, vt sit in κοινωνίᾳ proprij καὶ ἀ σύγχυσιν, neq; transit è subiecto suo in aliud, nec procreat sui simile ἐνέργημα in alio. Non verò intelligimus hac loco talem κοινωνίαν καὶ τὰ συνδύασιν, quâ per metonymiam subiecti pro adiuncto alterius subiecti proprium realiter non communicatur alteri, sed nomen illius tantùm tribuitur alteri (talem communicationem docent, & credunt Calviniani) quo pacto poculum dicitur humidum: id q; accidit in ijs, in quibus totum συνδεδυασμένον nec essentialiter, nec personaliter; sed τῷ πάθει aut τῇ συνεχείᾳ vnum, vt Schegkius eruditè monet, sed intelligimus talem communicationem Idiomatum καὶ τὰ συνδύασιν, quâ non τῷ ὀνόματι duntaxat nomine tenus; sed ὄντως seu reipsa proprium vnius communicatur alteri, quod fit in ijs, in quibus totum συνδεδυασμένον vel essentiale vnum & totum, vt fit in homine, vel ὑφεστάμενον vnum, & τό δέ τι vnum, è duabus diversis rebus constans. Talis communicatio κατὰ συνδύασιν est in persona Christi. Nam vt exemplo res fiat illustrior, ὑπόστασις τοῦ λόγου maximè est propria τοῦ λόγου, quod nemo inficias ibit. Atqui illa κατὰ συνδύασιν assumtæ carni ὄντως & reipsa communicata est, ita vt non solùm ab eâ sustentetur; (quæ Calvinianorum opinio) sed ea tanquam suâ (propter vnionem personalem) iam hypostasi καθ' ἕνωσιν subsistat, ac eâ personetur, vt Scholastici loquuntur, neq; tamen illa ὑπόστασις transit è λόγῳ in humanam naturam, tanquam aliud subiectum, alioqui λόγος non amplius suam ὑπόστασιν haberet, nec procreat alium hypostasin, tanquam simile sui ἐνέργημα in humanâ naturâ (vt Calviniani videntur somniare) hoc enim esset Nestorianum, nec esset vna duarum naturarum, ὑπόστασις, cum causa efficiens & effectum vnum esse nequeant: neq; per confusionem τοῦ λόγου cum humanâ naturâ, sic enim non manerent duæ diversæ naturæ in Christo; sed, vt dictum est, κατὰ συνδύασιν. Eadem ratione intelligimus vocabulũ κοινωνίας, quando Idi-

Faceſſat igitur calumnia Calvinianorum de phyſicâ, eſſentiali & ſubiectivâ communicatione, quã nemo docet.

Vide Schegkium in libris allegatis accurratè de his diſſerentem.

NB.

NB.

do Idiomata Deitatis carni assumtæ personaliter communicata esse asserimus. Ex quibus intelligimus, in omnibus ferè sophismatibus Calvinianorum de hac materiâ esse quatuor terminos, cum illi argumententur contra talem κοινωνίαν, quæ fit κατὰ σύγχυσιν, vel quâ proprium transit de subiecto in subiectum, & quâ proprietas communicata subiectivè inhæret ei, cui est communicata, qualem communicationem nostri Theologi (vt Schegkius illis rectè obiecit) ne per febrim quidem somniarunt. Fingunt igitur sibi hi homines thesin, quam postea tanquam nostram, quæ nostra non est, oppugnant, eáq; expugnatâ de victoria (asinina) gloriantur cum tamen duntaxat cum propriis suis larvis dimicaverint. Nónne igitur videntur tibi hi acuti disputatores, qui egregiè dicerant elenchum plurium interrogationum, quig; rudentes, semper Eutychianismum alijs objiciunt.

NB.

In præfatione libri sui de unâ personâ Christi & duabus naturis ad Illustrissimum Principẽ Christophorum VVirtemberg. lit. A. 2 fac b. Pag. 110.

2. Sed iam ad rem: Exemplis quod proposui confirmabimus. Liber Badensis ex Bilstenij Dialecticâ sic argumentatur: Si communicata proprietas est ipsa persona verbi, sequitur, humanam naturam in se personam, & per consequens substantiam filij Dei gestare. Nam quicquid alicui substantiam realiter communicat, id substantiam realiter in se habet & gestat. At humana natura non gestat personam filij Dei, sed tota filij Dei personæ gestat & sustentat humanam naturam. Ergò non audent asserere, communicatam proprietatem esse ipsam personam filij Dei. Hactenus liber Badensis. In quo argumento tot sunt errata, quot lineæ. Primùm sunt quatuor termini in hoc syllogismo, (vt taceam, quòd sit in nullâ legitimâ figurâ, nec modo. En quàm subtiles Logici) nam conclusio talis debebat inferri: Ergò humana natura non communicat suam substantiam realiter personæ filij Dei. Vel maior propositio ita formari debebat. Cui communicatur realiter substantia, id substantiam realiter in se habet & gestat. Hoc sit vnum. Deinde nego maiorem propositionem, & per consequens etiam conclusionem (absit autem calumnia de

Calvinia. mali Logici.

commu-

communicatione κατὰ σύγχυσιν, & ea, quâ proprium vnius ita communicetur alteri, vt ei subiectivè inhæreat) quod syllogismus δι' ἀδυνάτου ocularitèr ostendam: 104

Cuicunq; substantia realiter communicatur, id substantiam realiter in se habet & gestat. Atqui Filio Dei τῷ λόγῳ realiter communicatur substantia Dei patris. Ergò filius Dei substantiam Dei patris realiter in se habet & gestat. Conclusio quoad posterius membrum (nempe in se gestat: prius realiter habet, concedimus) est absurda omnium piorum consensu: Filius enim Dei non gestat in se substantiam Patris, sed est realiter ipsa essentia (non persona) patris. Ergò alterutra propositio. Non minor, quia est ex scripturâ exstructa, & ab omnibus orthodoxis, non Arrianis, approbatur. Ergò maior propositio quoad posterius membrum (imò etiam prius, si in se habere idem intelligatur, quod subiectivè habere: nam ne sic quidem Filius Dei habet essentiam Patris) nempè in se gestat, est absurda, quod erat ostendendũ Si enim vtraq; propositio esset vera cum sit legitima dispositio, etiam conclusio esset vera, cum positâ causâ in actu, necessariò ponatur effectus. Maior autem est Calvinianorum.

3. Deinde ex eo quòd hoc argumentum negat, hypostasin filij Dei realiter carni assumtæ esse communicatam (conclusio namq; negat communicatam proprietatem esse personam Filij Dei: vbi noto ἀκυρολογίαν, quòd ὑπόστασις propriè loquendo non sit proprietas: attamen quia negatur realis communicatio ὑποστάσεως, conclusionem illam impugno) tale absurdum colligo: Quæcunq; natura non habet propriam ὑπόστασιν, cuiq; etiam realiter non est communicata hypostasis, illa est ἀνυπόστατος, nullam habet hypostasin, & per consequens non subsistit. Atqui humana natura non habet propriam hypostasin, omnibus fatentibus, Nestorianis exceptis (imò & Beza excepto, qui in Christo duas vniones personales, vnam animæ & corporis, alteram naturæ humanæ & divinæ constituit, atq; sic etiam duas personas, cum tamen

NB. Nestorianismum Calvinianorũ apertum.

men ex vnione animæ & corporis Christi non resultaverit persona, sed natura tantum, vnde natura & non persona assumta) nec et realiter communicata est hypostasis filij Dei. vt vult hoc argumentum, nec etiam alia.

Ergò humana natura Christi est ἀνυπόστατος, nullam habet hypostasin, & per consequens non subsistit. Conclusio est absurda, impia & Iudaica. Ergò & altera propositio, cum ex veris præmissis non nisi verum sequatur. Atqui non mator: quia constat ex sufficiente enumeratione. Ergò minor: (quoad secundum membrum, nempè, hypostasis Filij Dei non est realiter carni assumtæ communicata) quod erat ostendendum. Scio quòd soleant hîc confugere ad vocabulum vnionis, per quam nudam combinationem, vel sustentationem, vel παράσασιν vel παράθεσιν additâ creatorum donorum communicatione, vel donatione intelligunt, quæ non facit, vt humana natura realiter hypostasi Filij Dei subsistat, & ea personetur, ita vt sit vnum ὑφισάμενον, sed requiritur realis communicatio: non autem physica, vel subiectiva, vt ante dictum, quia ita communicata & vnita est ὑπόστασις λόγου carni assumtæ, vt facta etiam sit ἀπρόσκτως carnis hypostasis, vt Damascenus loquitur lib. 3. de Orthodoxis fid. cap. 8. sed hac de re mox plura.

Iosephus Grabius pag. 49. in refut. libellor. Doct. Hunnij de persona Christi, cui et iam Pezelius subscripsit, appellat monstrosam verborum formam, cum dicitur, λόγον suam hypostasin realiter communicâsse carni assumtæ, & tamen alibi sibi ipsi contradicens, nempè in Isagoge Arimathæensi, fatetur, hypostasin τοῦ λόγου etiam carnis hypostasin esse. At unde, si negetur realiter communicata? Idè asserit pag. 57. in refut. *Nestorius redivivus.

4. Anthonius Sadeel in volum. oper. suor. Theolog. pag. 148. cum quo Grabius in allegato libro pag. 54. consentit, sic scribit: quod afferunt humanam naturam esse in loco localiter, & in λόγῳ personaliter nihil est præter petitionem principij, illustratam verborum paranomasia. Et paulò post: * Quia verò caro non esset in loco, nisi subsisteret in verbo, quia ne esset quidem, certè caro etiam quatenus subsistit in verbo est in loco localiter. Nam causa subsistentiæ etiam est causa exsistentiæ, & realis præsentiæ. Item pag. 275. Nulli vnquam vestri respectus efficient, vt hoc ipsum corpus sit actu simul in cœlo & in terris, in locis innumerabilibus Realiter exsistens: sit actu circumscriptum, simul & in-

& incircumscriptum (nota calumniam de corpore incircumscripto, quod Sadeeli idem est quod infinitum, quod nostri Theologi non docent) deniq; sit actu alicubi præsens, neq; ibi sit localiter. Hactenus Sadeel. In quibus verbis præter Nestorianismum apertum multa incommoda & absurda. Primùm quod Sadeel dicit, causam subsistentiæ esse causam exsistentiæ & præsentiæ eo ipso sibi in alijs locis contradicit, dum pag. 166. inquit: vnaquæq; res suum modum & sibi conuenientem habet. Et pag. 175 modus subsistentiæ non est modus præsentiæ: quæ concilient Calviniani si possunt. 105

Sed colligam absurda: Quicquid tantum est in loco localiter, id non subsistit ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ: ratio est, quia ὁ λόγος non est locus, nec ἐν τῷ λόγῳ vllus est locus, cum sit incorporeus.

Atqui iuxta sententiam Sadeelis, quam & reliqui approbant Calviniani, caro assumta tantùm est in loco localiter.

Ergò caro assumta non subsistit ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ, quod tamen Damascenus asserit lib. 3. de Orthodoxa fid. cap. 10. Viterius:

Quicquid non subsistit ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ, id subsistit extra λόγον ex naturâ oppositorum.

Caro non subsistit ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ.

Ergò caro assumta subsistit extra λόγον. (NB. Minor est infinita affirmans, non negans: ne quis mihi falso ἀσυλλογιστίαν obijciat) Viterius: Quicquid subsistit extra λόγον, non est τῷ λόγῳ personaliter vnitum: vnio enim realis & personalis requirit præsentiam & non absentiam vnitorum.

Atqui caro assumta subsistit extra λόγον.

Ergò caro assumta non est personaliter vnita τῷ λόγῳ.

Conclusio hæc est absurda, & Nestoriana. Ergò & minor propositio primi syllogismi, ex quâ hoc sequitur, quod erat demonstrandum.

Hic Calviniani cogũtur aut illocalem subsistendi modum largiri carni assumtæ, aut affirmare carnem assumtam nõ subsistere ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ: localiter enim in λόγῳ non potest subsistere, siquidem contradictionẽ implicat localiter subsistere in eo, quod neq; locus est, in quo etiam loca non sunt.

5. Deinde

5. *Deinde si localiter in loco, & personaliter in λόγῳ subsistere tantùm est paranomasia verborum, vt vult Sadeel, sequitur, quòd quicquid est in loco localiter, sit etiam personaliter in λόγῳ. Atqui omnia corpora naturalia sublunaria sunt in loco localiter. Ergò omnia corpora naturalia sublunaria personaliter sunt in λόγῳ.*

Conclusio est absurda. Ergò alterutra propositio: Non minor, fatentibus ipsis Calvinianis. Ergò antecedens majoris propositionis Sadeeleam, quod erat ostendendum.

NB. *Quòd corpus Christi est in loco, est veri corporis modus & habet ex conditione naturæ: propter quantitatem enim in loco esse potest, & hæc est proxima causa: de re motâ non est quæstio: quod est personaliter in λόγῳ, id habet ex unione personali. Ergò non est nuda vocabulorum παρανομασία. Quæstio, inquam, est de causâ propria, proxima, immediata & per se. Scimus enim vnionẽ esse causam remotam: quia si caro vnita non esset τῷ λόγῳ, ne quidem subsisteret, nedum ut in loco esset. Interim non tollitur causa proxima & immediata. Declaro hoc exemplo: quæ causâ propria & proxima, quòd Christus sitiyt, lacrymatus est, dormivit? Respondebimne vnionem personalem? Absurdè. Nam ego tum quæram: vnde aly homines sitiant, lacrymentur, dormiant? Et tamen hæc in carne Christi fieri non potuissent, nisi facta fuisset vnio. Non confundãtur itaq; causæ proximæ, & causa sine qua non.*

6. *Præterea quod Sadeel dicit, carnem ideò esse in loco, quòd subsistit in verbo, & causam subsistentiæ in verbo esse causam existentiæ in loco, (sermo autem est & quæstio de subsistentiâ in λόγῳ non generali, quâ omnes creaturæ conservantur Actor. 17. Ebr. 1 sed speciali, quæ dicitur personalis: nec est quæstio de causa existentiæ in loco remota, & sine quâ non: sed proxima) importat magnum absurdum: nam sublatâ causâ tollitur effectus: vnde sic concludo:*

Quodcunq; non subsistit personaliter in λόγῳ, non est in loco localiter.

Atqui nullum corpus naturale, excepto Christi, subsistit in λόγῳ personaliter.

Ergò

Ergò nullum corpus naturale, excepto Christi, est in loco localiter. 108

Conclusio est absurda, Ergò alterutra propositio. Non minor, quæ omnium consensu approbatur: Ergò maior, quæ fluit ex verbis Sadeelis, quod erat ostendendum

7 *Docent Calvinistæ, λόγον totum esse in carne, & totum extra carnem. item λόγον non minus extra carnem subsistentem, quàm intra eam existentem et vnitam esse inseparabiliter, inconfusè & hypostaticè.*

Item, λόγ⊙ propter essentiæ suæ immensitatem totus vbiq; est extra humanitatem suam, ita tamen, vt totus simul sit & maneat in humanitate suâ, illi hypostaticè vnitus. Hactenus illi. Ex quibus verbis sequentia colligo paradoxa: Si λόγ⊙ totus simul est extra carnem, & totus in carne, λόγ⊙ totus simul erit ἄσαρκ⊙, & totus ἔνσαρκ⊙, totus simul incarnatus, & totus non incarnatus, totus simul vnitus carni, & totus non vnitus carni. Atqui iuxta Calvinianos totus λόγ⊙ est simul in carne, & totus extra carnem: Vbicunq; enim est, ibi totus est. Ergò totus λόγ⊙ erit simul ἄσαρκ⊙, & totus ἔνσαρκ⊙, totus simul vnitus carni, & totus non vnitus carni Conclusio est absurda & Nestoriana. Ergò & alterutra propositio, cum ex veris præmissis, legitimè dispositis, non nisi verum sequatur Atqui maioris consequentia non est falsa, cum ratio sit manifesta: Nam extra carnem esse quid aliud est, quàm ἄσαρκον esse, quàm carni non vnitũ esse eo in loco, in quo caro non adest? Num forsan λόγ⊙ ibi incarnatus, & ibi vnitus carni, vbi caro non adest? Num forsan incarnatio vel vnio personalis definietur simul habitatione τοῦ λόγου in carne & per subsistentiam τοῦ λόγου extra carnem? Certè sicut intra significat vnionem: sic extra tollit vnionem: sicut intra significat mutuam præsentiam: sic extra significat mutuam absentiam: vnio realis autem requirit præsentiam vnitorum, & vnio realis definitur mutuâ præsentiâ vnitorum, non absen-

Iosephus Crabius in refutat. libellor. D. Hũnij de personâ Christi, pag. 169. 170. Huic libro etiam Pezelius subscripsit. Item in Arimathæensi Isagoge lit. S. Zacharias Vrsinus 1. parte explicat. Catecheticar. Hungari in suâ Panharmoniâ pag. 147 Similiter & reliqui Calviniani omnes.

NB.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0118
Mecklenburg Vorpommern

tiâ. Vbicunq; igitur λόγ☉ extra carnem, ibi non erit præsens carni, nisi quis absurdè & ἀντιφατικῶς dicere velit, ibi λόγον carni realiter (NB. realiter & σχετικῶς solùm) & præsenter vnitum, & præsentem, vbi caro prorsùs realiter non adest. Relinquitur ergò, minorem propositionem, quæ est Calvinianorum, esse falsam, quod erat ostendendum. Si falsa minor, vera erit quæ ei contradicit: nempè, ὁ λόγ☉ non est simul totus extra carnem, & simul totus in carne.

NB.

8. Si λόγ☉ extra carnem exsistens non minus vnitus est carni assumtæ realiter & non solùm σχετικῶς, quàm intra eam exsistens, sequitur vnionem personalem definiri non minùs exsistentiâ τοῦ λόγου extra carnem, quàm substantiâ seu habitatione & immanentiâ τοῦ λόγου in carne, non minus absentia, quàm mutuâ præsentiâ naturarum.

Nestorianismus Calvinianorum.

Ratio consequentiæ patet ex naturâ concreti & abstracti seu coniugatorum: vnitum enim esse dependet ab vnione, vbi enim nulla est vnio, ibi etiam nihil vnitum dici potest, & qualiter aliquid vnitum esse dicitur, talis est etiam vnio. Sed iuxta Calvinianos λόγ☉ non minùs extra carnem, quàm intra carnem exsistens realiter & non solùm σχετικῶς vnitus est carni. Ergò iuxta illos vnio personalis non minùs definitur subsistentia τοῦ λόγου extra carnem, quàm subsistentiâ in carne, non minùs absentiâ, quàm mutuâ naturarũ præsentiâ. Conclusio est absurda. Ergo alterutra propositio. Non maior: cuius consequentiæ firmam rationem attulimus. Ergo minor, quæ est Calvinianorum. Si minor falsa: Ergo quæ ipsi contradicit vera erit (quia impossibile est, duas contradicentes simul veras esse, vel simul falsas) nempè ὁ λόγ☉ extra carnem exsistens non tam vnitus est carni, quàm intra eam exsistens, quod erat demonstrandum. Vnde necessariò sequitur, Calvinianos solvere vnionem personalem.

9. Præterea si caro assumta tantùm in vno est loco, in quo est

est naturaliter, & λόγ☉ est extra eam, sequitur carnem assumtam vno in loco tantùm habere ὑπόσασιν τῦ λόγυ (vbi enim caro non est, ibi non potest habere ὑπόσασιν τῦ λόγυ, diceretur namq; hoc ἀντιφατικῶς) & λόγον vno in loco tantùm in carne esse personali præsentia, vbi enim caro non est, ibi nec λόγ☉ in ea est, siquidem aliquid in eo realiter ibi esse, vbi id non adest, in quo esse debet, contradictionem manifestam implicat. Atqui iuxta Calvinianos caro assumta in vno tantùm loco est, in quo est naturaliter, & ὁ λόγ☉ est extra eam. Ergo caro assumta in vno tantùm loco habet ὑπόσασιν τῦ λόγυ (quam si non habet, nullam habet, quod Nestorianũ: absit autem calumnia à verbo habere) & λόγ☉ in vno loco tantùm est in carne præsentiá personali. Conclusio est absurda. Ergò alterutra propositio. Maior non: quia iam probata est. Ergo minor. Si Minor, vera erit quæ ei contradicit, nempe, caro assumta non est tantùm in vno loco, in quo est naturaliter, nec ὁ λόγ☉ est extra eam, quod erat demonstrandum.

Quod autem conclusio sit falsa, absurda ac palam Nestoriana, sic evinco: Si caro assumta vni in loco tantum habet hypostasin τῦ λόγυ. Ergo vno in loco tantùm vnita est τῷ λόγῳ: vbi enim ὑπόσασιν τῦ λόγυ non habet, ibi ei non potest esse personaliter vnita, nisi quis dici posse credat, carnem personaliter alicubi τῷ λόγῳ esse vnitam, & ibi hypostasin τῦ λόγυ non habere. Sed posterius est absurdum & Nestorianum. Ergo & prius. Neq; iuvat illos quicquam, quod dicere solent, λόγον nihilominus manere vnitum carni cum sit infinitus: nam id non nisi σχετικῶς verum est, nimirùm λόγον infinitum, qui extra carnem est in infinitis locis, respectu vnius loci, in quo est caro assumta carni vnitum esse: In reliquis omnibus verò realiter non, cum ibi caro non adsit & absq; mutuâ vnitorum reali præsentia non sit realis vnio: quæstio enim est de reali, non σχετικῆ, vel præsentiâ vel vnione. Perpendant Calviniani, quòd sit vnio personalis ac totalis,

Emblema Calvinianorum: Christus vno in loco Deus & homo: in reliquis omnibus tantùm Deus. Quomodo enim homo erit in cæteris locis, cum ibi humanitas non sit? Nùm homo absq; humanitate? Absurdum.

Quod igitur in cæteris locis dicitur ab illis Deus & homo, id tãtùm σχετικῶς verum. erit nimirùm respectu istius loci, in quo est caro assumta.

NB.

lis, & non partialis, vt est Oceani & Antverpiæ, vel Solis & cæli, vel capitis & animæ, quibus vti solent, quæ omnes sunt vniones seu coniunctiones partiales non totales, quibus non constituitur vnum totum vel essentiale vel personale. Non congruunt igitur illorum exempla.

Hic placet & hoc adáere argumentũ, quod est invictum, Christq est nomen personæ συνθέτου: quia vocabulum, Christus, denotat vtramq, naturam, vnde sic concludo. Christus est persona συνθετοῦ, ὁ λόγος extra carnem non est persona συνθετοῦ (ibi nimirum, ubi est extra carnem: nam absq, carne, quæ ibi non adest iuxta illos, non est persona συνθέτου) Ergò ὁ λόγος extra carnem non est Christus. Atq, sic Christus non est præsens Ecclesiæ: sed nudus Deus. Absurdum.

Hoc argumentum, quod invictum, propo-

10. Si ὁ λόγος est extra carnem, & vno in loco duntaxat in carne, in quo naturaliter caro est, in cæteris verò omnibus extra eam, sequitur aut toties factam esse novam vnionem personalem duarum naturarum in Christo, quoties corpus Christi fuit motum de loco in locum, & solvi simul quadantenus vnionem personalem, aut prorsus tolli vnionem personalem. Atqui iuxta Calvinianos ὁ λόγος est extra carnem, & vno duntaxat in loco, in quo caro naturaliter est, in ea, in cæteris verò omnibus extra eam. Ergo statuitur aut toties factam esse novam vnionem personalem duarum naturarum in Christo, quoties corpus Christi motum est de loco in locum, & simul quadantenus solvi vnionem personalem, aut prorsus tolli vnionem personalem. Ratio consequentiæ in maiori propositione est firma: quando enim caro assumta de loco in locum movebatur (quod fieri potuit, quia manet finita, etiamsi in personã sibi communicata sit omnipræsens) ὁ λόγος infinitus, quia infinitus de loco in locum non fuit motus, nec moveri potuit. Nota. Vlterius: Cum igitur caro assumta fuit mota de loco in locum, aut ὁ λόγος adhuc erat in carne eo in loco, ex quo caro localis præsentiá discessit, aut non amplius erat in carne eo in loco, postquam caro ex eo localiter discessit. Si adhuc eo in loco in carne erat, sequitur carnem adhuc eo in loco perso-

nalẽ

uali præsentiâ fuisse, ex quo præsentiâ locali discessit, nam si ibi non fuit amplius, nec ὁ λόγος eo in loco in carne erat, atq; sic caro assumta simul fuit duobus in locis, quod aliàs negant. Si verò ὁ λόγος non amplius erat in carne assumtâ eo in loco, ex quo caro localiter discessit; sed in eo loco erat extra eam. Ergo hactenus facta fuit solutio vnionis personalis, & cum iuxta Calvinianos caro assumta eo in loco, in quem localiter est mota, antequam in eum fuit mota, prorsus non fuerit, sequitur etiam, quod antequam in eum locum mota fuit, ὁ λόγος eo in loco in carne non fuerit, & cum, postquam caro in eum locum fuit mota, ὁ λόγος eo in loco fuerit in carne, seu eo in loco in carne esse incœperit, sequitur quòd eo in loco nova facta fuerit vnio: nam hoc certum & immotum principium: vnio realis & personalis requirit mutuam vnitorum realem, non σχετικὴν solùm, præsentiam: vbi cunq; igitur non est mutua vnitorum præsentia, ibi non est vera, realis & personalis vnio Ex. gr. Cum caro assumta erat in monte oliveti, quando in cœlum ascendere volebat, iuxta Calvinianos, ὁ λόγος fuit simul totus in carne, nempe in monte oliveti, & simul totus extra carnem, quatenus ὁ λόγος in cœlo erat, vbi caro assumta non erat. Postquam igitur in cœlos caro ex monte oliveti fuit assumta, quæritur an adhuc ὁ λόγος in carne sit in monte oliveti, (non an ὁ λόγος, qui etiam in monte oliveti, sit alicubi in carne, sed an etiam in monte oliveti sit in carne realiter: nuda enim σχέσις respectu vnius loci non sufficit, vt iam dictum) post Ascensionem, an verò extra eam in monte oliveti? Si dicas prius, nempe λόγον adhuc in monte oliveti in carne esse post ascensionem: Ergò adhuc caro Christi (licet non localiter: locali & naturali namq; præsentiâ adesse in terris modo non dicitur) in

Ergò tantùm in uno loco erat θεάνθρωπος: In aliis verò omnibus tantùm nudus Deus. Quid Nestorianum, si hoc non est? Sic enim Christus Bethaniâ Ierosolymã veniens Bethaniæ desijt esse θεάνθρωπος, & Ierosolymis cœpit esse θεάνθρωπος. Et sic mutato loco mutata est unio. Absurdum.

fuerat D. Ægidius Hunnius p. m. præceptor meus, cuius memoria sit in benedictione, in libellis de personâ Christi Grabius verò illos libellos confutare volens (ah quam ieiuna et elumbis confutatio) ad id prorsus obmutuit, ut videre est pag. 169. 170. ubi Grabius hoc argumentum tractat. NB.

„ NB.

„ Est homo novus quidã facis Calvinianæ, qui apertè scribit, λόγον in uno loco tantùm semper habitare in carne assumtâ.

NB. Centum Calvinianorũ. Dimidiũ Christus tantùm est in terris. Nam ubicunq; nõ est præsens humanitas, ibi non est præsens totus Christus. (NB. de præsentiâ est quæstio, nõ de actione vel passione, cuius hac in re longè alia ratio) Atqui in terris, iuxta Calvinianos, non est præsens humanitas. Ergò in terris nõ est præsens totus Christus. Syllogismus est legitime constructus, cum Minor non sit negans; sed infinita affirmans, quod videre poterunt apud Crellium suum in libr. 3. Logices part. prior.

terris erit post Ascensionem, quod Calviniani aliàs negant: nam vbi ὁ λόγος in carne est, ibi etiam caro est, siquidem ἀντιφατικῶς dicitur λόγον ibi in carne esse, vbi caro non adest, vt ostensum est. Si dicatur posterius, nempe extra carnem esse λόγον in monte oliveti, hactenus certè facta est necessaria salutio vnionis personalis, non quidem ἁπλῶς; sed κατά τι, nempe respectu montis oliveti, & cum ante Ascensionem ὁ λόγος in cælo etiam fuerit extra carnem, iuxta Calvinianos, quæritur an adhuc in cælo λόγος sit extra carnem? Si affirmetur. Ergo vnio prorsus est soluta, quia nusquam erit in carne, & per consequens nulla erit vnio. Si negaveris, & dixeris tam post Ascensionem λόγον in cælo in carne esse, cæpit in cælo in carne esse, non ἁπλῶς; sed in cælo) & per consequens nova ibi facta est vnio. Firmum enim, vt dixi, manet hoc principium: vbi non est caro assumta, ibi nulla est vnio: quia vnio requirit præsentiam vtriusq; naturæ, & non absentiam, ac definitur non absentia; sed mutuâ præsentiâ & immanentiâ vt Damascenus lib. 3. de Orthodox. fid. cap. 5. loquitur) naturarum.

Vbi igitur caro non est, ibi λόγος in carne non est, neq; ibi carni vnitus est. Atq; sic ratio consequentiæ in Maiori propositione est firma. Verùm conclusio superioris syllogismi nihilominus est falsa, absurda & Nestoriana. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, falsa, absurda & Nestoriana erit. Si Minor falsa, vera erit, quæ ei contradicit, nempe, ὁ λόγος non est extra carnem assumtam, nec vno tantùm in loco, in quo caro assumta est naturaliter, in carne subsistit, quod erat demonstrandum. Calviniani itaq; verissimè sunt Nestoriani. Nec necessum est λόγου contineri ambitu carnis, si non sit λόγος extra carnem: quia vnio non est localis; sed mystica. Nulla igitur hic opus est vel contractione in λόγῳ vel extensione in carne: λόγος enim non est ποσόν τι, non est immensa aliqua moles Deitatis. Infinita λόγου natura non fit finita: nec natura carnis fit infinita. Nec obstat

his

hîc principium physicum de proportione finiti & infiniti, vt possea pluribus dicetur.

11. Anthonius Sadeel Princeps Calvinianorum negat hanc propositionem veram esse: Hic homo actu primo est Deus, addens hanc rationem: Si ὁ λόγος aeternus Dei filius esset homo actu primo, & actus ille primus dicatur respectu λόγου, certè humana natura esset aeterna. ἀδύνατον. Item: Quod nonnulli dicunt, duplicem esse actum primum corporis Christi, vnum naturalem, alterum personalem: nisi commoda interpretatio adhibeatur, stare non potest. Primùm, quia vnius eiusdemq; rei esse duos actus primos simul, & quòd grauius est, inter se oppositos, ne fando quidem auditum est. Deinde quia primus actus personalis non potest esse nisi persona, nec propriè dici nisi de personâ. Hactenus Sadeel. Si verâ sunt, quæ scribit hic Sadeel, gaudeat Nestorius: quia insignis hic ipsi paratus triumphus est à Sadeele, quod deductione ad absurdum oculariter evincam.

Antonius Sadeel volum. operum Theolog. pag. 177. 178. Item pag. 70. Hûgari in suâ harmoniâ pag. 127. reiciunt hãc distinctionem tanquam absq; verbo Dei procusam. Quasi omnia secundum literam in scripturâ contineri necessum sit.

Cum dico de Christo, Homo est Deus: aut actu primo est Deus, aut actu secundo, aut nullo. Atqui iuxta Sadeelem (à quo cæteri Calviniani hac in parte non dissentiunt) actu primo non est Deus. Sed neq; actu secundo, qui definitur per ἐνέργειαν, sic enim de quouis homine dicere possem, quòd esset Deus, cum quilibet homo sustentetur atq; conservetur à Deo, atq; sic sustentatione tantùm esset Deus, nec humana natura esset cum τῷ λόγῳ vnum ὑφισάμενον σύνθετον: nam actus secundus, qui est operatio non constituit vnum vel essentiale, vel personale, sed tantùm vnum per operationem: (legatur Zabarella libr. de mente humanâ cap. 6.) Imò si actu secundo tantùm esset Deus, tum natura humana nullam haberet hypostasin, siquidem hac ratione (nam quomodo personaliter sustentatur ἐν τῷ λόγῳ, vt aliàs Calviniani loquuntur, si ὑποστάσεως τοῦ λόγου non est particeps? si autem particeps, quomodo non actu primo personali erit Deus?) ipsi hypostasis τοῦ λόγου non esset communicata, propriam verò & peculiarem

115 culiarem hypostasin non habet. Ergo sequitur, quòd nullo actu sit Deus. Conclusio est absurda, summè blasphema & Nestoriana.

NB. Insigne est sequens dogmatis Calviniani: Homo nullo actu est Deus.

Ergo & alterutra præmissarum. Maior non, quia constat ex sufficiente enumeratione partiũ. Ergo Minor, quod prius membrũ attinet: nam posterius verum esse sufficienter demonstravimus. Si Minor falsa: Ergo quæ ei contradicit vera erit, nempe, Homo actu primo est Deus, quod erat demonstrandum. Fallit autem ratiocinatio Sadeelis propter ὁμωνυμίαν vocis, Actus. Nam in persona Christi ratione humanitatis duo actus primi concurrunt, naturalis & personalis (cui nihil est simile in rerum naturâ vt alicubi pereruditè Schegkius monet, vnde etiam hæ prædicationes à nostris Theologis inusitate dici solent) Quod actum primum humanitatis naturalem attinet, illo homo non est Deus, sic enim naturaliter esset Deus, sic omnis homo esset Deus, quia actum naturalem habet communem cum omnibus hominibus, quod absurdum. Actu verò primo, quem habet ex vnione personali, quatenus est pars personæ συνθέτου, verè homo Deus est, propterea quòd ium vna eademq; est hypostasis vtriusq; naturæ divinæ & humanæ: & non solùm divinæ; sed etiam humana subsistit in hypostasi τοῦ λόγου. Vnde apparet, cur non necessum sit humanam naturam esse ab æterno, si actu primo ὁ λόγος sit homo, & homo sit Deus, nec sequatur Eutychiana confusio, vt perperam sine ratione Hungari fingunt, sed si contrarium doceatur, sequitur Nestoriana distractio, vt vidimus, cuius Calviniani tam certò sunt rei, quàm certum est solem lucere in meridie

In respons. ad libellũ Anonymi interpretis libelli sui pag. 44.

12. Sed instat Sadeel: hos duos actus esse oppositos: non posse igitur eidem attribui corpori Christi: actum personalem non nisi personæ competere, Hungari dicunt, hanc distinctionem inter vtrumq; actum tam facilè reiici, quàm fuerit prolata, propterea quòd eam absq; scripturâ procuderim. Verùm produnt suam insciticiam Hungari Calviniani: si namq; legissent nostrorum

rum Theologorum scripta, vidissent vtiq; illam distinctionem ab ijs non semel vsurpatam esse, & vt de aliis non dicam, acutissimus ille Philosophus Iacobus Schegkius ea vsus est anno 1566. in responsione ad libellum Anonymi: & anno 1568. in responsione ad reprehensiones Simonis Simonij, ex quo tempore ego post sexennium demum in hanc lucem editus fui: Non itaq; ego eam procudi. Deinde quòd absq; scripturâ proferatur, tam falsum est, vt mirum sit, Calvinianos hoc potuisse proferre. Actum naturalem non negabunt: quoties enim in scripturâ dicitur, Christum verum esse hominem, habere verum corpus, veram carnem & proprietates carnis, toties ipsius actus naturalis astruitur: hanc enim cum omnibus hominibus (excepto eo, quod reliqui homines propriam habent hypostasin) communem. Actum personalem quod attinet, & ille in scripturâ fundatus est (non necessum enim est, vt quoad literam in ea omnia legantur: quædam enim sunt in scripturâ & dicuntur, quædam verò sunt, & non dicuntur, vt eruditè Nazianzenus inquit:) quoties dicitur, verbum esse carnem factum, filium Dei semen Abrahæ assumsisse participem esse factum carnis & sanguinis, vt & reliqui pueri, vnum esse Christum, vnum esse filium, toties etiam actus personalis comprobatur: quod vt plenius fiat, age deductione ad absurdum hoc immotis fundamentis contra Calvinianos evincam. Cum dico de Christo, Homo est Deus, aut actu naturali est Deus aut actu personali, aut nullo. Sed non actu personali, iuxta Calvinianos, quippe quem ei non largiuntur, nec actu naturali: Sic enim naturaliter homo esset Deus, quod absurdum: Sic omnis homo esset Deus, quia quicquid ad actum naturalem pertinet: id est commune omnibus hominibus, quatenus sunt homines, quod rursùs est absurdum. Ergo nullo actu Homo est Deus, quod similiter absurdum & Nestorianum. Item, aut actu naturali humana natura subsistit in personâ τοῦ λόγου, aut actu personali, aut nullo Sed iuxta Calvinianos (qui denegant ei actum personalem

NB. Margaritæ Calvinianorum. Homo aut actu naturali est Deus, aut nullo. Item: Homo naturaliter subsistit in personâ τοῦ λόγου

aut nullo modo Item duæ personæ sunt in Christo. Item humana natura naturaliter est vnita τῷ λόγῳ. Nestorianismus Calvinianorum apertus.

nalem, vt vidimus) non subsistit in personâ τοῦ λόγου actu personali: neq; etiam actu naturali, sic enim vnio esset naturalis, & quilibet homo, cum habeat actum naturalem, subsisteret in persona τοῦ λόγου. quorum vtrumq; est absurdum. Ergo humana natura nullo actu subsistit in persona τοῦ λόγου, quod apertè Nestorianum. Praterea: Si humana natura in Christo non habet actū personalem, sequitur, quòd proprio actu naturali subsistat, sicut Paulus, Iacobus & aly homines, atq; sic duæ sint personæ in Christo, vna infinita τοῦ λόγου, altera finita carnis, quod rursùs absurdum. Nam si non subsistit humana natura actu personali, quomodo vna & eadem erit persona? aut si vna hypostasis vtriusq; naturæ, quomodo non etiam humana natura subsistet actu personali? Porro si humana natura non habet actum personalem, quæritur quo actu τῷ λόγῳ personaliter sit vnita? num naturali? At hoc absurdum, vt iam dictum. Vnde colligitur, & hoc falsissimum esse, imò Nestorianum, quod Sadeel scribit, hos duos actus esse oppositos, cum constet esse ὑπαλλήλους subordinatos. Nam si verum est hoc ipsum, quòd sint oppositi; sequitur aut humanam naturam non esse veram humanam naturam, aut non simul subsistere in personâ τοῦ λόγου: (nam non nisi actu personali in persona τοῦ λόγου subsistere potest) oppositi enim actus primi eidem simul tribui non possunt, faciente ipso Sadeele. Nestorianum rursùs.

Exceptio Sadeelis. Resp̃onſ.

13. Neq; vllius pili est, quod Sadeel ait, actum personalem non nisi personæ attribui: verum id est, sed non exclusis naturis. Est igitur actus personalis personæ: sed ita, vt non excludantur naturæ: Nam si primus actus personalis, non potest de humanâ naturâ dici, quare igitur toties Calviniani nobiscum scribunt & loquuntur, Humanam naturam personaliter (NB personaliter) vnitam esse τῷ λόγῳ? An forsan personaliter vnitum esse idem est, quod actu naturali vnitum esse? Absurdum. Deinde si ei actus personalis non potest attribui, sequitur, quòd humana natura

tura nihil habeat ex vnione Ratio est: quia vnio non est naturalis; sed personalis: Quæcunq; igitur fluunt ex vnione illa non pertinent ad actum naturalem: sed personalem, quem quia humanæ naturæ denegant Calviniani, sequitur, quòd nihil habeat ex vnione personali, quod rursùs absurdum. Denique si actus personalis non potest attribui humanæ naturæ, vnde quæso homo est ὑφισάμενον? Nam vt Deus est ὑφισάμενον habens Deitatem: sic homo est ὑφισάμενον habens humanitatem At quæso vnde est ὑφισάμενον? ex hypostasi sine τῷ λόγῳ? At Calviniani negant ei actum primum personalem Vnde igitur? Agnoscetisne tandem vestrum crassissimum Nestorianismum?

14. Movent quidam, hinc sequi duas esse Christi formas subordinatas: sed movent, non promovent. Removeo primùm ambiguitatem vocis formæ, quæ non semper eodem modo vsurpatur, sed κατ' ἀναλογίαν duntaxat & certo modo ad hoc mysterium applicatur Non sunt duæ formæ generales nec propriæ corporis Christi: sed vna est eius forma naturalis, quâ est corpus humanum, & distinguitur ab alijs omnibus, quæ non sunt corpora humana: præter hanc habet etiam quasi formam (generatim vtor vocabulo formæ) personalem, qua hoc corpus est filij Dei corpus, & distinguitur ab alijs corporibus humanis: quod si prorsùs nullam habet, quæ neq; κατ' ἀναλογίαν dici forma possit, quæro vnde dicatur filij Dei corpus, & quo distinguatur à reliquis corporibus humanis? Certè hoc non habet ex forma naturali, alias hoc omnibus hominibus esset tribuendũ: quod enim ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ subsistit, id non potest habere ex forma naturali, nisi velimus dicere, omnes omninò homines subsistere ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ, quod absurdum. Cum igitur sit proprium soli huic corpori, quæro vnde proveniat, si simpliciter formam personalem negare velimus? Aut igitur ea concedenda, aut sequetur, quòd corpus Christi non subsistat personaliter ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ: formâ enim naturali, quæ omnium hominum corporibus est communis (scie-

cie) non subsistit in λόγῳ, vt dictum, quod Nestorianum. Addam hic erudita verba Schegkij ex respons. ad reprehens. Simonis Simonij pag. 102 quæ hæc sunt: Ad hæc quid Simonius? Non magis, inquit, verbum actus & forma humanæ naturæ dici potest, aut debet, quàm causa dicitur esse forma organi propry, quod sibi habet adiunctum. Quòd si das nobis, Simoni, connexum illud, mox à consequentis oppositos scilicet, nos inferemus contra te antecedentis oppositum. Sed causa (vtens organo scilicet) dicitur esse forma organi, vt anima corporis organici. Ergo verbum erit forma humanitatis. Sed hoc aliàs falsum esse ostendimus, si simpliciter verum esse dicatur. Ergo verbũ erit quasi forma quædã, id est, suo quodam modo perficiens humanitatẽ, non eo, quo simpliciter forma perficit materiam, iuxta illud: Qui cum in formâ Dei esset, Aut si nullo modo perficiat, sed humanitas sit organum divinitatis, vt calamus est scriptoris, vt calamus & scriptor vnam non constituunt hypostasin: Ita nec naturis Christi ambabus constituetur hypostasis. Hactenus Schegkius. Atq; hæc sufficiunt ad salvandum actum personalem corporis Christi, quem ipsi tribuimus non quòd sit persona, sed quia est pars quædam personæ συνθέτης. Vbi interim vidimus, Calvinianos revera esse Nestorianos

NB. Schegkij eruditissimus locus.

NB.

NB.

Quomodo dicatur Actus personalis?

Iosephus Grabius & Pezelius præfator ipsius in libro sæpiùs allegato pag. 57
Philip. Melancht. Tom. 1 pag. 441 in expositione Symboli Nicæni.
Et Tom. 2 pag. 220. in posteriore expositione Symboli Nicæni.

15. Sed hæc absurda evitare volentes ita describunt vnionem personalem, vt putent, se absq; vllo periculo posse ponere τὸν λόγον extra carnem assumtam, vt non solvatur vnio personalis. Docent namq; Calviniani, sustentari carnem in Deo verbo nihil aliud esse, quàm vnitum esse verbo personaliter: Idem esse naturam humanam vniri æterno Filio Dei, & ei communicari, & ab eo conservari ac sustentari. Nolunt tamen vocem sustentari degenerali actione accipi. Sed bone Deus, quàm multa sequuntur hinc incommoda? quàm apertè hic produnt suum Nestorianismum? Adigam igitur hanc Nestorianam sententiam ad incom-

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0129
Mecklenburg Vorpommern

incommodum: Si sustentari in Deo verbo nihil aliud est, quàm vnitum esse verbo personaliter, sequitur necessariò, omnes creaturas verbo, seu τῷ λόγῳ personaliter vnitas esse. Ratio consequentiæ est hæc: quia omnes creaturæ in Deo verbo sustentantur & conservantur. Actor. 17. Ebr. 1. Atqui iuxta Calvinianos, sustentari in Deo verbo nihil aliud est, quàm vnitum esse verbo personaliter. Ergo, iuxta Calvinianos, omnes creaturæ erunt personaliter vnitæ verbo, seu τῷ λόγῳ. Conclusio est absurda: Ergo & alterutra præmissarum: non Maior, cuius consequentiæ rationem ostendimus. Ergo Minor: & per consequens vera erit, quæ ei contradicit, non esse idem sustentari ac conservari carnem in Deo verbo, & Deo verbo personaliter vnitam esse, quod erat demonstrandum.

Dicunt quidem se non in generali significatione vocabulum, sustentari, accipere, sed quid quæso assignant loco specificæ differentiæ, quod non suo modo competat creaturis, vt videbimus?

Quid excipiant, mox examinabimus in 17 sect. priùs appono hoc argumentum: Si inhabitatio τοῦ λόγου in carne assumtâ non differt specie ab inhabitatione τοῦ λόγου in sanctis, sequitur, aut carnem assumtam personaliter τῷ λόγῳ non vnitam, aut etiam sanctos personaliter τῷ λόγῳ vnitos esse. Ratio consequentiæ est manifesta: quia vtrobiq; est par ratio. Atqui, iuxta Calvinianorum dogma, Inhabitatio τοῦ λόγου in assumtâ carne non differt specie ab inhabitatione τοῦ λόγου in sanctis, vt monstrabitur oculariter. Ergo sequitur, aut carnem personaliter τῷ λόγῳ vnitam non esse, aut sanctos etiam personaliter τῷ λόγῳ vnitos esse. Conclusio est absurda, blasphema & impia: Ergo & alterutra propositio. Non Maior, vt vidimus, ergo Minor, quod erat ostendendum.

16. Verùm audio quid sis dicturus: nempe Calvinianos negare Minorem propositionem. Negant verbo: re ipsa confitentur, quod ab oculo ad oculum demonstrabo. Iam ostendi, Calvinianos docere sustentari in Deo verbo nihil aliud esse, quàm personaliter Deo vniri. Atqui talis sustentatio, vt iam audivimus, competit non solum sanctis, sed etiam omnibus creaturis, quæ a

Nestorianissimus Calvinianorum.

Deo & in Deo sustentantur. Actor 17. Ebr. 1 Deinde & hoc ostendimus, Calvinianos negare, hominem actu primo personali esse Deum. Ergo solùm actu secundo, & per operationem homo erit Deus, quatenus filius Dei in carne assumtâ operatur: per operationem verò etiam est in sanctis. Ergo non erit specifica differentia, iuxta Calvinianos, inter inhabitationem Filij Dei in sanctis, & in carne assumtâ: aut illa vnio tantùm differet secundum magis & minùs, si dicatur plus operari in carne assumta, quàm in sanctis.

Volum. operū Theolog. pag. 187 in lib. de verit. humanæ naturæ in Christo cap. 4. obiect. 11.

Præterea Calviniani nihil assignant, neq; ex suo dogmate assignare poterunt, quo differat specificè inhabitatio Deitatis in sanctis ab inhabitatione Deitatis in carne assumtâ. Anthonius Sadeel, aliàs non indoctus, hoc discrimen affert dicens: Deitas habitat in sanctis per gratiam, & habitat in Christo per vnionem personalem. Sed cæcus est, qui non videt in hac distinctione committi petitionem principij, cum idem per seipsum, vel obscurum per æquè obscurum declaretur. Quæstio est, quod nam sit discrimen inter vtramq; inhabitationem τοῦ λόγου in carne assumtâ, & in sanctis? Respondent Calviniani: in sanctis habitare per gratiam: in carne assumtâ per vnionem personalem. At hoc ipsum quærebatur, cur nimirùm inhabitatio τοῦ λόγου in carne assumtâ dicatur, & dicenda sit vnio personalis, altera verò, nempe inhabitatio τοῦ λόγου in sanctis non sit dicenda vnio personalis? Si tu iam velis respondere, prior inhabitatio dicitur personalis: quia inhabitat per vnionem personalem, nonne obscurum per æquè obscurum describis? Hoc enim quæritur, cur illa inhabitatio sit personalis, hæc autem non? Aliud igitur afferendum, quod clariùs & manifestiùs hoc discrimen exprimat, & illos veram & realem vnionem personalem credere doceat.

Hic est status controversiæ. Hic Rhodus, hic saltate vos Calviniani.

Differt quidem verè per vnionem personalem: sed non quouis modo descriptam. Insufficienter autem Calviniani describunt: idcirco nihil dicunt.

17. Nihilo magis profixit Sadeel, cum in loco allegato addit, se non dicere, humanam naturam sustentari simpliciter à verbo; sed sustentari in vnione personæ: nam similiter ignotum per

per æquè ignotum exprimitur. Hoc ipsum enim quæritur, cur sustentari carnem assumtam in λόγῳ sit sustentari in vnione personæ, vel sustentatio personalis, τὸ sustentari verò sanctos in gloriam Dei non sit sustentari in vnione personæ vel sustentatio personalis, sicuti etiam revera non est? Vera itaq; causa nondum est allata. Perinde respondet Sadeel, ac si quis probet hominem esse docilem, propterea quòd multa agat, quæ natura non noverat, is non rectè hoc probat, cum id etiam competat psittaco, canibus, equis &c. qui multa agunt non ex naturâ, sed assuefactione. Sed aliud magis manifestum est afferendum, nempe, quia homo est rationalis: reliqua animantia non. Hinc fit, vt homo dicatur docilis verè & propriè: reliqua animantia non item. Sic siquis probare velit, corpus hominis esse animatum, eò quòd desiliit è scamno: quamvis enim hic motus proficiscitur ab animâ: tamen quia corpora inanimata, suo modo ex loco editiore desiliunt, rectè hinc & perspicuè non probatur, corpus hominis esse animatũ sicuti nec absolutè sequitur, si quis hominem dicat rationalem, eò quòd loquitur, cum & psittacus suo modo loquatur, imò & Asina Bileami locuta sit.

Nondum se in 122 berant à Nestorianismo.

18. Deniq; quidam loco specificæ differentiæ hoc afferunt: Philippus Melanchton in locis allegatis. ita humanam naturam sustentari à λόγῳ, vt, nisi ita sustentetur, redigatur in nihilum. Verùm hoc modo serram per lineam reciprocant. Nam illud sustentari aut generaliter aut specialiter accipiunt. Si specialiter falsum dicunt: cum specie sublatâ maneat genus, & sublatâ speciali præsentiâ Dei in creaturis maneat generalis. Necessariò igitur generalẽ eos sustentationem intelligere oportet: at per illam inhabitatio τοῦ λόγου in carne assumta non distinguitur ab inhabitatione τοῦ λόγου in Sanctis, & reliquis creaturis. Ex quibus apparet clarissimè, Calvinianos re ipsâ Minorem propositionem superioris syllogismi, licet verbis negent, docere. Quapropter & absurda illa conclusio superioris syllogismi ex illorum dogmate sequitur, quod erat demonstrandum.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0132
Mecklenburg Vorpommern

dum. Sciant hoc namq; Calviniani, quòd inter inhabitationem τοῦ λόγου in carne assumtâ, & inhabitationem τοῦ λόγου in Sanctis & reliquis creaturis, non possint aliud discrimẽ assignare, quàm quòd ὁ λόγος proprijssimum suum ὑπόστασιν carni assumtæ communicavit, ita vt caro assumta in hypostasi τοῦ λόγου & per eam realissimè subsistat, ac realissimè personetur, vt Scholastici loquuntur: ὑπόστασις namq; τοῦ λόγου realiter & verè facta est etiam hypostasis carnis assumtæ. Verùm hanc communicationem ὑποστάσεως realem negant Calviniani, propterea quòd realem communicationem Idiomatum negant: nam si realiter ἰδιώματα τοῦ λόγου non sunt communicata carni, nec hypostasis est communicata, quæ realiter ab ἰδιώμασι non differt: sed tantùm τῷ λόγῳ, non τῷ εἶναι. Quapropter Calviniani nudam combinationem & nudam assistentiam vel coniunctionem naturarũ in Christo docent, quod & Nestorius fecit. Quòd verò Anthonius Sadeel in loco, superiùs allegato, præstantiam donorum vult addi, suum Nestorianissimum apertè prodit: nam cum illa sint finita, vt Calviniani inculcant, nec ingrediantur rationem & essentiam vnionis personalis, nec sint proprium ipsius effectum, nondum faciunt vnionem personalem, nec faciunt specie differre inhabitationem τοῦ λόγου in sanctis, & inhabitationem τοῦ λόγου in carne assumta; sed duntaxat secundum plus & minus & secundum certos gradus (finiti enim ad finitum est proportio) cum etiam dona conferantur in sanctos, vt ipse Sadeel loco allegato fatetur, quod sancti suo modo (ergo differentia tantùm erit in modo) sint κοινωνοὶ divinæ naturæ teste Petro 2. Epist. 1. Quæcunq; autem secundum plus & minus differunt, ea non differunt specie neq; genere. Atqui inhabitatio τοῦ λόγου in sanctis & carne assumtâ non differt nisi secundum plus & minus, vt modò ex Sadeele demonstravimus, qui in eo discrimen constituit, quod plura sunt dona in carne assumtâ, finita tamen solùm dona, quàm in sanctis. Ergo etiam inhabitatio τοῦ λόγου in carne assumtâ & sanctis non differt specie, nec genere, quod absurdum. 19. Neq;

NB.

19. Neq; sublevat Calvinianos, quod ibidem Sadeel cauterio notatam habens conscientiam inculcat, vnionis personalis rationem solum Deum nosse. Nam etiamsi solus Deus noverit perfectè: tamen & nos aliquid de illâ re scimus, quantum nobis Deus in scripturâ revelavit. Deinde nihilominus ex effectis & consequentibus erat discrimen faciendum, & de ipsâ vnione iudicandum. Sed quia iuxta Calvinianos effectus inhabitationis τοῦ λόγου in carne assumtâ, & inhabitatione τοῦ λόγου in Sanctis duntaxat differunt secundum magis & minùs (nam finita dona inter se secundum magis & minùs conferuntur) seu secundũ plus & minus & secundum gradus, vt hactenus ostensum. Ergo, iuxta illos, ipsa inhabitatio τοῦ λόγου in Sanctis, & inhabitatio τοῦ λόγου in carne assumtâ tantùm different secundum gradus, ac secundum plus & minus, & per consequens sancti suo modo, nimirùm secundum minus, erunt vniti τῷ λόγῳ personaliter, aut neq; caro assumta vnita erit τῷ λόγῳ personaliter, quorum vtrumq; est absurdum. Verè igitur Calviniani sunt Nestoriani.

Elumbe κρησφύγετον Sadeelis.

,,

,,NB. Ratio invicta.

,,

,,

,,

20. Calvinianæ subtilitatis est & hoc, quod in libro Badensi hæc regula tanquam immota, & inexpugnabile fundamentum contra realem Idiomatum communicationem allegatur: quòd proprietates constituant & discernant naturas. Quam regulam in sensu à quibusdam allato (in verbis autem tum est magna ἀκυρολογία) non damno simpliciter: sed quoniam Calviniani subtilissimi esse volunt, & præ se cæteros contemnũt, ac ruditatis arguunt, sibiq; solis exactam & perfectam sanioris philosophiæ cognitionem arrogant, monstrabo quàm rudes sint hoc pacto: Quod proprietates discernant naturas non inficior: nam & accidentia separabilia & inseparabilia res discernere possunt, multo magis accidentia propria: quod verò proprietates naturas constituant (non quæro quis dixerit; sed quid dixerit & quàm benè) falsissimum & absurdissimum esse dico, idq; Syllogismo δι' ἀδυνάτου evincam: Si proprietates constituunt naturas: Ergo

Liber Badensis pag. 107.

NB. Proprietates consequuntur, non constituunt essentiã: unde proprium à Philosophis appellatur Essentiale consequens.

posteriùs constituit prius, Effectus causam. Ex gr. Docilitas constituit hominẽ Sed iuxta Calvinianos, proprietates constituunt naturas Ergo iuxta Calvinianos posterius, constituit prius effectus causã. Ex. gr. Docilitas constituit hominẽ Conclusio est absurda: quia implicat contradictionem: Si enim posterius, quomodo constituet prius, cum constituens, sit prius constituto? erit enim simul prius & posterius, quod absurdum & impossibile. Effectus enim non constituit causam; sed causa effectum, & non vice versâ: Alias enim simul esset effectus & non effectus. Ergo alterutra etiam propositio absurda erit. Atqui maior propositio absurda non est, cum ratio consequentiæ sit manifesta omnibus: proprietates namq; (sermo est de natura creatâ: alia est ratio naturæ increatæ, in quâ accuratè loquendo non sunt proprietates naturales à naturâ distinctæ) sunt posteriores naturâ constitutâ, & ipsam tanquam rem constitutam sequuntur, vt effectus causam sequi solet, quod vel ex Philippo, quem aliàs patronum suum faciunt, discire debebant. Ergo Minor propositio, quæ est Calvinianorum, est absurda, quod erat demonstrandum. Expressè hic protestor, quòd non doceam proprietates à naturâ suâ tolli posse, salvâ naturâ, sed apertè dico, quod salvâ manente naturâ proprietates non possint reipsa tolli ab eâ, non eam ob causam, quam Calviniani falsò allegant; sed propterea quòd proprietates necessariò tanquam effectus sequantur naturam constitutam tanquam causam: positâ namque causâ in actu necessariò ponitur effectus. Vbi tamen obiter moneo: proprietates non semper actu; sed vt plurimum δυνάμει definiri, & esse in secundâ specie qualitatis. Errant itaq; Calviniani, qui actu videri, actu palpari, actu in loco esse, falsò proprietates corporis naturalis faciunt, cum tamen tantùm de δυνάμει φυσικῇ sint intelligenda.

21. In eodem loco & hæc regula absolutè, simpliciter ac sine vllâ determinatione ponitur tanquam vera: Quæcunq; ha-

pag. 107. linea 11.

bent

bent easdem proprietates, habent eandem essentiam, cum tamen 426
limitatè, solum, & quidem in hoc sensu vera sit: Quæcunq; habent easdem proprietates vt proprietates, habent etiam eandem essentiam Iam nemo docuit, quòd humana Christi natura habeat proprietates τοῦ λόγου, vt proprietates: nam eo ipso, quòd communicatæ dicuntur personaliter, seu propter vnionem personalem, non sunt carnis proprietates siquidem proprium non dicitur ab alio diverso communicari ei, cuius est proprium. (hinc ne quidem in Divinitate propriorum est communicatio: nam Pater suam proprietatem personalem non communicat filio, sic enim filius esset pater: proprietates essentiales verò dicuntur proprietates non absolutè huius vel illius personæ; sed essentiæ, quæ communis tribus personis.) Regulam autem hanc Calvinianam non esse simpliciter & absolutè veram, hoc syllogismo ἀδυνάτῳ docebo

Quæcunq; habent easdem proprietates, habent eandem essentiam. Atqui natura humana & divina in Christo habent eandem proprietatem. Ergo habent etiam eandem essentiam. Conclusio est absurdissima & Eutychiana. Ergo alterutra propositio Minor non: quia duæ naturæ in Christo habent eandem hypostasin, quæ est τοῦ λόγου propriissima, aut si velint dicere Calviniani, quòd non habeant eandem hypostasin, vel habebunt duas, quod Nestorianum & blasphemum: vel humana natura nullam habebit hypostasin, quod iterum absurdum, impium & blasphemum: Sic enim esset ἀνυπόστατος, imò nulla esset vnio personalis. Ergo Maior propositio non erit ἁπλῶς & absolutè; sed duntaxat in prædicto sensu, qui nobis non obstat, vera, quod erat demonstrandum.

Anthonius Sadeel volum. oper. Theolog. in lib. de verit. hum. nat pag 153. 156. Liber Badensis pag. 108 Hungari in suâ Panharmoniâ pag 134 Anhaltini im Bedencken vber die formul. Concord. pag. 17. 18. in Apolog.

prima pag. 324. Apolog. secunda pag. 289. Beza 1. part. respons. ad acta colloq. Mompelgart. pag. 47. sic inquit: Quæ propria sunt Deitatis de humanitate non posse dici, ut nec vicissim de Deitate, quæ sunt humanitatis, nunquam est ab orthodoxis (Calvinianis videlicet aliis non) dubitatum. Item Grab. in lib. sæpiùs allegato pag. 94 sic inquit: At omnipotentiâ non solùm naturæ humanæ Idioma non fieri, verùm etiam eidē respectu unionis personalis non competere illam, perpetua vox scripturæ & Symboli Chalcedonensis (ubi?) piorum auribus occinit. Quare sic semper est Idioma Deitatis, ut plane nullâ ratione realiter ulli naturæ creatæ conveniat. Hactenus ille Nestorianus Grabius, cuius libro Pezelius suâ præfatione subscripsit, atq; sic librum illum approbavit. Consentiunt itaq; sic Christophorus Pezelius & Iosephus Grabius in hoc Nestorianismo.

22. Eiusdem farinæ est & hoc principium Calvinianorum, quo unico victoriam se reportare posse confidunt, nempe: Proprium alteri non communicatur, quia proprium servari & proprium communicari ἀνθιφατικῶς dicitur. Hactenus illi. Quàm futiliter autem id nobis opponatur, ab oculo ad oculum breviter demonstrabo: aut absolutè & ἁπλῶς intelligunt, aut κατὰ τι de essentiali communicatione. Si posteriori modo intelligant, quatuor erunt termini in illorum syllogismo, qui de tali communicatione nunquam locuti fuimus. Hoc sensu autem liber Badensis intelligit, dum sic in eo formatur. Proprium est, quod alteri subiecto non communicatur: quasi vnquam quisquam ex nostris Theologis docuisset, proprietates τοῦ λόγου communicari carni Christi tanquam subiecto, quod nemo somniavit. Si priori modo accipi velint, sicuti eos accipere necessum est, si aliàs syllogismus illorum legitimè construi debet, nec Maior particularis fieri in primâ figurâ, tum hoc absurdo illos premimus: Proprium alteri non communicatur. Hypostasis τοῦ λόγου est τῷ λόγῳ propria. Ergo hypostasis τοῦ λόγου alteri. & per consequens nec carni Christi est communicata (quamvis si propriè velimus loqui, caro non sit alter, sed alia quidem, in Christo enim non ἄλλος καὶ ἄλλος; sed ἄλλο καὶ ἄλλο.) Conclusio est absurda & Nestoriana: quia sic

aut

aut nullam haberet hypostasin, aut aliam, quorum neutrum est orthodoxum, & veritati consonum, (nam si Christus una persona, quomodo non utriusq; naturæ una erit ὑπόστασις? at unde caro assumta habebit hypostasin, si ipsi hypostasis τοῦ λόγου non est communicata? Vide plura ab initio huius capitis) Ergo alterutra propositio. Non Minor, fatentibus ipsis adversarijs. Ergo Maior propositio non erit ἁπλῶς vera, quod erat ostendendū. Neq; est ut mihi crambem suam de κοινωνίᾳ essentiali & transfusione proprij è subiecto in subiectum reponant: illa enim nihil ad Rhombum, ut in sect. 1. huius capitis est dictum. 128

23. Deinde si ἀντιφατικῶς dicitur proprium servari & proprium communicari, ἀντιφατικῶς etiam dicetur, ὑπόστασιν τοῦ λόγου propriam servari & tamen carni assumtæ communicari. Sed prius, iuxta Calvinianos, ἀντιφατικῶς dicitur, nempe, proprium servari & proprium communicari. Ergo & posterius ἀντιφατικῶς dicetur, nempe ὑποστασιν τοῦ λόγου propriam servari, & tamen carni assumtæ communicari. Ratio consequentiæ Maioris est manifesta, & iam antea reddita sect. 22. Conclusio autem est absurda: Sic enim sequetur, carnem assumtam prorsus nullam habere hypostasin, atq; nullam esse unionem personalem: (nam unio absq; communicatione reali eiusdem, quod unitur, est nuda παράθεσις vel παράθεσις) propriam namq; hypostasin non habet. Ergo altcrutra etiam propositio. Non Maior, cuius consequentiæ ratio est manifesta. Ergo Minor, quod erat ostendendum.

24. Cuicunq; nullâ ratione, ne quidem respectu unionis competit omnipotentia Dei, ei nullâ etiam ratione, ne quidem respectu unionis competit ὑπόστασις τοῦ λόγου: quia ὑπόστασις τοῦ λόγου & omnipotentia Dei, quæ cum essentiâ Dei simpliciter est eadem, realiter non differunt, ut omnes Orthodoxi fatentur (Hungari autem in suâ Panharmoniâ pag. 149. negant dicentes, me confundere propria essentiæ, cum proprijs personæ, quod non

NB. 129 facio: nam non solùm essentia ipsa non differt, sed neq; proprietas essentiæ realiter à persona vel Patris, vel Filij, vel Spiritus sancti differunt, sed tantùm τῷ λόγῳ, nisi quaternitatem in Deo statuere velimus, quod Hungari velex suo Szegedino vel Zanchio de Tribus Elohim discere poterant, sunt itaq; Arriani hac in parte.) Quæcunq; autem realiter seu τῷ εἶναι non differunt, sed tantùm τῷ λόγῳ, ita vt vnum οὐσίας ἕνεκα sit μέθεκτον, alterum μέθεχον: eorum si communicetur hoc, necessariò etiam alterum communicabitur: & cui vnum negatur, etiam alterum negatur. Ita autem se habent, nempè tanquam μέθεκτον & μέθεχον (λογικῶς nimirùm non Physicè, de qua re legant Calviniani suum Zanchium eruditè differentem in libris de tribus Elohim) ὑπόστασις τῷ λόγῳ & essentia Deitatis. Jam, confirmata Maiori propositione adversus πλανᾶσθαι Hungarorum, subsumo: Atqui carni Christi nulla ratione, & ne quidem respectu vnionis personalis competit omnipotentia Dei, vt Gratius & Pezelius in loco allegato docent.

Syllogismus invictus apertè Calvinianos convincens de Nestorianismo.

Ergo etiam ὑπόστασις τῷ λόγῳ nullâ ratione, & ne quidem respectu vnionis personalis competit carni Christi. Conclusio est absurda & Nestoriana: Sic enim caro assumta erit ἀνυπόστατος, ὑπόστασις τῷ λόγῳ non erit vnita carni assumtæ, nulla erit vnio personalis, aut caro habebit propriam hypostasin. Ergo & alterutra propositio. Non maior, vt ostensum est: Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum. Certè quamdiu Calviniani negant realem communicationem Idiomatum, (non qualem illi nobis effingunt, sed qualem ab initio descripsimus) à Nestorianismo se liberare non possunt: Nam vnio absq; reali communicatione tantùm est nuda combinatio vel assistentia.

25. Eodem modo laborat & hic Syllogismus, qui tamen est prora & puppis Calviniana classis: Quicquid non est subjectum essentialium Dei proprietatum, de eo realiter & verè essentiales

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0139
Mecklenburg Vorpommern

essentiales Dei preprietates prædicari nequeunt. Nam si attributum affirmativè de quapiam re prædicatur & antecedens nullo modo est subiectum attributi, (viaentur mihi confundere subiectum Logicum cum subiecto physico, subiectum prædicationis cum inhærentiæ subiecto) figmentum profertur. Humana natura non est subiectum essentialium Dei Idiomatum. Ergo de humana natura realiter & verè essentiales Dei proprietates prædicari nequeunt. Maior nititur illâ Dialecticorum regulâ malè vt in primo capite ostensum, quò lectorem remitto, intellecta: Dici de aliquo, requirit inesse, quæ tamen ἁπλῶς intellecta est falsa, vt commonstravimus. Vt autem vanitas huius syllogismi, quem inexpugnabilem aliàs Calviniani clamitant, acceptâ Maiore propositione, sic eos ad manifestum reduco absurdum: Quicquid non est subiectum Essentialium Dei proprietatum, de eo verè & realiter essentiales Dei proprietates prædicari nequeunt. Atqui Deus Pater, Filius & Spiritus sanctus non sunt subiectum essentialium Dei proprietatum. Ergo de Deo Patre, Filio & Spiritu sancto essentiales Dei proprietates prædicari nequeunt. Conclusio est absurda, impia & blasphema, (sequitur autem ex sententiâ Calvinianorum) Ergo & alterutra propositio. Minor non: absurdum enim est dicere, Deum Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse subiectum Dei proprietatum essentialium, & ab his tanquam subiectum differre, cum sic tollerctur simplicitas essentiæ Dei, & ab essentia Dei proprietates non differant. Sermo autem est de subiecto physico, seu inhærentiæ, vt Philosophi loquuntur, & non de subiecto Logico, seu prædicationis: nam si de hoc loqueretur syllogismus Calvinianus (de quo tamen ipsis testibus non loquitur) & petitio principij inesset, Minor esset falsa, simul etiam quatuor termini propter ambiguitatem vocabuli, subiectum, fierent in syllogismo. Vnde apparet, quod loquantur de subiecto inhæsionis, quod etiam indicat exemplum ferri & ignis, quod declarationis gratiâ affertur in libro Badensi,

Liber Badensis pag. 109. 110. Anhalt. in suâ Apologiâ jres bedencken super præfat. formul. Concord. pag. 175. Nür im bedencken pag. 23 argum. 32. 33.

denſi, & regula illorum. Dici de aliquo requirit ineſſe. Ergo Maior propoſitio, quæ Calvinianorum eſt, falſa erit, quod erat oſtendendum. Poſſe autem aliquid de aliquo verè & realiter prædicari, vt tamen non neceſſum ſit, prædicatum ſubiectivè ineſſe ſubiecto, in primo capite aliquot exemplis monſtravimus. Regula itaq; illorum vniverſaliter vera non eſt.

Sadeel im volumine operum Theologic. fol 207. & 153. libr. de verit. humanæ nat.

26. Anthonius Sadeel verba clariſſima Gregorij Nyſſeni perverteus, ac realem Idiomatum communicationem negans, his vtitur verbis: Humanæ Chriſti naturæ non poteſt conferri Deitas. Clamitat etiam ibidem multis (ſed fruſtra, nemine ,, pugnante) humanitatem non eſſe eſſentialiter Deum, cum tamen
NB. ,, nemo hoc aſſeraat, nec de communione vel collatione Deitatis eſ-
,, ſentiali ſit certamen. Quæ verba Sadeelis ſic ad abſurdum deduco: Cuicunq; non poteſt conferri Deitas, ei nec poteſt vniri Deitas: vnio enim abſq; aliquâ ſaltem collatione (niſi ſit infimus gradus) fieri non poteſt. Sed humanæ naturæ non poteſt conferrè Deitas, vt vult Sadeel. Ergo nec eidem poteſt vniri. Concluſio eſt Neſtoriana. Item, cuicunq; non poteſt conferri Deitas, eidem nec ὑπόσασις τῦ λόγυ conferri poteſt, quia ὑπόσασις τῦ λόγυ realiter à Deitatis eſſentia non differt, teſte ipſo Sadeele. Atqui humanæ naturæ Chriſti non potuit conferri Deitas. Ergo humanæ naturæ non potuit conferri ὑπόσασις τῦ λόγυ. Concluſio eſt abſurda, impia, blaſphema & Neſtoriana, vt aliquoties oſtenſum. Erit enim ſic ἀνυπόσατος, vel ſolvetur vnio perſonalis. Ergo

Hîs verbis Sadeelis apertè contradicit S. Baſilio in orat. in ſanctam nativitatẽ Chriſti fol. 231 edit. Baſil. an. 1551. ubi ſic inquit:

τίνα τρόπον ἐν σαρκὶ ἡ θεότης; ὡς τὸ πῦρ ἐνδιδύ ρω, ὃ μεταβατικῶς, ἀλλὰ μεταβολικῶς ὃ γὰρ ἐπιτρέ-

καὶ τὸ πῦρ πρὸς τὸν σίδηρον, μένον δὲ κατὰ χώραν, μεταδίδωσιν ἑαυτῷ τῆς ἰκείας δυνάμεως, ὅπερ ὃ τε ἐλατὸν ὂν τῇ μεταδόσει καὶ ὅλος πληροῖ, ἑαυτῦ τὸ μετέχον.

Et paulò poſt fol. 232.

ἡ ἀνθρωπίνη τῦ κυρίυ σάρξ, ἑαυτὴ μετέσχε τῆς θεότητος, ὃ τῇ θεότητι μετέδωκε τῆς οἰκείας ἀδυνείας.

alterutra

alterutra propositio est absurda: Non Maior: vt ostensum. 132
Ergo Minor, quæ est Sadeelis, quod erat ostendendum. Neq; est, vt quis dicat Sadeelem loqui de collatione Essentiali, quòd essentialiter Deitas non conferatur humanæ naturæ: De ea enim non est quæstio vel controversia inter nos & Calvinianos, no. ipsi vltrò fatemur, Deitatem non posse Essentialiter conferri. Inde verò non sequitur, Nulla ratione alia, neq; per vnionem personalem potuisse conferri.

27. Idem absurdum sequitur ex alio quodam Sadeelis principio, quo vtitur volum. operum Theolog. fol. 153. Nihil quod est essentia divina rei creatæ communicari potest. Nam si hoc verum: Ergo nec hypostasis τῷ λόγῳ humanæ naturæ, quæ est res creata, communicari potuit, quia realiter seu τῷ εἶναι ab essentiâ divina non differt, & per consequens humana Christi natura nullam habebit hypostasin, quod iterum absurdum est & Nestorianum. Syllogismus: Cuicunq; non potest communicari essentia divina eidem nec hypostasis τῷ λόγῳ communicari potest ob causam tam allatã. Atqui. Sadeele sic valente, divina essentia communicari non potest rei creatæ, & sic nec humanæ naturæ assumtæ. (absit calumnia de communicatione essentiali & transfusione è subiecto in subiectum) Ergo nec ὑποστασις τῷ λόγῳ rei creatæ, & nec sic carni assumtæ communicari potest. Gaude Nestori: paratus tibi est hic triumphus à Sadeele.

Sadeel fol. 183 Iosephus Grabius in libro sæpiùs allegato pag. 100. 101. Item in Isagoge Armathæens. pag. 71. fac. b. Hungari in Panharmon pag. 148.

Augustinus Tomo 10. libr. de cognitione veræ vitæ cap. 46. inquit: Alij hos in tantum diversæ claritatis gloriâ ita præcellunt, sicut Lucifer Pleiades, Luna Luciferum, Sol Lunam in clariate excellit. Nos autem omnes Corpus Christi in claritate excedit, quantum creator creaturas (NB) transcendit: unde & in Dextra Dei patris sedere scribitur: quia in Gloria divinæ Maiestatis fulgere creditur. Hactenus Augustinus. Applicate hoc ad vestram sententiam vos Calviniani. Augustinus expresse infinitam gloriam corpori Christi tribuit (non autè subiectivè) vos negatis.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0142
Mecklenburg Vorpommern

28. Omnes promiscuè Calviniani hoc vtuntur principio philosophico, sed malè intellecto, peius accommodato, pessimè idiomatum reali communicationi opposito: Finitum non est infiniti capax. Ex quo sic ratiocinantur: Finitum non est capax infiniti. Humana natura Christi est finita: Omnipotentia autem τοῦ λόγου infinita. Ergo humana natura non est capax omnipotentiæ τοῦ λόγου & per consequens ipsi non est communicata. Ego sic illos ad absurdum reduco: Finitum non est capax infiniti. Humana natura Christi est finita, ὁ λόγος, est infinitus, seu ὑπόστασις τοῦ λόγου est infinita. Ergo humana natura non est capax τοῦ λόγου, nec ὑποστάσεως τοῦ λόγου, & per consequens nulla est vnio personalis. Conclusio est absurda, impia & Nestoriana: Ergo altera propositio. Non minor, testibus ipsis Calvinianis. Ergo Maior, quod erat ostendendum. Notari autem velim, me illam propositionem, finitum non est infiniti capax, non simpliciter falsitatis arguere, sed secundum quid, quatenus ea malè intelligitur, & depravatè ad eas res accommodatur, de quibus non est accipienda, vt Calviniani faciunt & propterea in absurdum antea dictum delabuntur. Vtitur eo Aristoteles in libr. 3. περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, dum ostendit, nullum corpus simplex actu esse infinitum, propterea quòd omne corpus compositum ex simplicibus constans sit finitum: Si igitur corpus compositum est finitum: Ergo & simplicia sive Elementa, ex quibus corpus compositum constat, quia finitum non est infiniti capax. Apparet hinc Aristotelem loqui de capacitate physicâ, & Mathematicâ, de quâ si intelligatur, verum est hoc principium in Theologiâ pariter & Philosophiâ: Sed quia Calviniani confundentes genera disciplinarum contra præceptum Aristotelis, in posterioribus Analiticis, qui prohibet μεταβαίνειν εἰς ἄλλο γένος. id depravant, falsum sensum ei affingunt, & ad alienum obiectum accommodant, nempe res mysticas, & capacitatem mysticam (de Physicâ enim & Mathematicâ capacitate, de quâ vnicè Philosophia loquitur,

Notent Calviniani de hac quæstione insignem & maximè illustrem locum Iustini Martyris in expos. fidei fol. 181 edit. Parrhisianæ anno 1551: ἄλλα πίστευε, ὅτι μείζων γέγονε; πίστευε καὶ παρεῖναι παντα χοῦ καὶ ὅλον τὸν λόγον, καὶ καὶ ἐξαίρετον ὑπάρχειν ἐν τῷ οἰκείῳ ναῷ. Et fol 182: οὕτω μοι δόκει

quitur, hic non est sermo) ex accidente sit falsum, vt vidimus. Non igitur ipsum principium: sed falsam interpretationem & depravationem eius Calvinianam reijcio, quod propter quosdam Philosophiæ osores moneo, qui Philosophiam cum Theologiâ pugnare, & omne quod in Philosophiâ verum, in Theologiâ falsum esse clamitant: de quibus recte vsurpatur tritum illud: Ars non habet osorem, nisi eam ignorantem. Caro autem assumta capax est infiniti λόγου & ὑποστάσεως τοῦ λόγου, non quod carnis essentia facta sit infinita (vt Hungari Calviniani in loco allegato impudenter & sine fronte nobis obijciunt) sic enim non ampliùs esset creatura; sed quia infinitam accipit hypostasin τοῦ λόγου per vnionem personalem, per quam subsistit, & quâ infinitâ hypostasi personatur ipsa finita exsistens & manens, quod est magnum pietatis mysterium, vt Pauli verbis vtar 1. Tim 3 Revera enim ratio non intelligit, nec intelligere potest, quomodo finita natura habeat infinitam ὑπόστασιν, & finitâ natura personetur (vtor Scholasticorum termino) infinitâ hypostasi, hoc est ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ κατάληψιν κτιστῆς φύσεως, vt Iustinus Martyr inquit, in exposit. fidei fol. 181. edit. Lutetianæ, Anno 1551. Atq; sic finitum est infiniti capax, vt cum eo sit vnum ὑφιστάμενον & τὸ δέτι, quod quomodo fiat, ratio non capit. Appono & hoc: Si ὁ λόγος extra carnem, vt docere Calvinianos supra ostendimus, propterea quòd infinitus est, & caro finita, etiam extra carnem erit, quatenus in carne est, quia etiam quatenus in carne exsistit, infinitus est. Absurdum (posita causa, ponitur effectus) Hoc igitur mysterium ratio non capit: λόγος igitur non est extra carnem, non quòd λόγος sit factus finitus, aut caro infinita, quorum vtrumq; est absurdum: sed quia caro ita est vnita τῷ λόγῳ, vt sit vnum ὑφιστάμενον: infinita enim ὑπόστασις τοῦ λόγου etiam est hypostasis carnis assumtæ, ita vt caro assumta eâ hypostasi subsistat: hypostasis autem non est extra id, cuius est hypostasis, aliàs non vbiq; esset vnum ὑφιστάμενον, quod absurdum.

 Hinc

τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον, πᾶσι μὲν ἐπίσης κατ' οὐσίαν, ἅτε δὴ θεὸν ὄντα, παρεῖναι, ἡμᾶς δὲ πάντας οἷον ἀσθενεῖς καὶ λημῶντας τῷ ῥύπῳ τῶν ἁμαρτιῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς τὴν εἰς δοχὴν τοῦ φωτὸς ἀτονοῦντας, τὸν δὲ οἰκεῖον ναὸν, ὀφθαλμὸν κατρώτατον καὶ χωροῦντα τοῦ φωτὸς ὅλου (NB) τὴν αἴγλην, ἅτε πλασθέντα μὲν ἐκ πνεύματος ἁγίου ἁμαρτίας δὲ κατάπαξ κεχωρισμένον.

Nota quod dicit, humanam naturam capacem esse splendoris universæ lucis.

135 Hinc sancti Patres dicunt, totam animam Christi recepisse totum (is autem est infinitus) λογον, plenè capacem fuisse filij Dei totum λόγον toti carni ineffabili unionis modo unitum, omnem & perfectam naturam Deitatis in una ὑποστάσεως (vt Damascenus libr. 3 cap. 6.) unitam esse toti humanæ naturæ, & non partem parti, item hominem totum in se habere Deitatis substantiam, & quæ similes sunt locutiones, apud Patres, inprimis illud pulcrum, quod Damascenus libr. 3 Orthodox. fid. cap 5 & 17. scribit de mutuâ naturarũ immanentiâ, quod in se invicem commeent, immanentq. & quod Athanasius orat. 2 contra Arrianos inquit expresse, λόγον non esse extra suum corpus, quem locum diligenter Calvinitani notent.

Volum. oper. Theolog. fol. 194 lib. de veritate huma. natu.

Quid respondebis Sadeel Augustino, qui Tom. 6. libr. contra Felician. Arrian. cap. 11. sic scribit: Iniuriâ sui corporis afflictum non fateor Deitatem, sicut maiestate Deitatis (NB Deitatis, non igitur finita maiestas) glorificatam novimus carnem, Sic etiam Damascenus clarè inquit lib. 3. de orthod. fid. cap. 18. Humana verò eius voluntas à tempore cœperat & ipsa naturales & innoxias passiones sustinuit Et naturaliter non omnipotens erat: vt autem Dei verbi secundum veritatem & naturam facta omnipotens.

29 Sadeel scribit: perabsurda dicitur, Christum glorificari gloriâ æternâ secundum humanam naturam, quæ æterna non est. Quæ verba Sadeelus gloriam carnis Christi, quã ipse Salvator petijt à Patre, apud Patrem se glorificari, Ioh. 17. impugnantia, si vera sunt, propterea quòd Sadeel existimat, humanam naturam, quæ æterna non est, gloriæ æternæ capacem non esse, sic illum ad absurdum redigo: Si perabsurdè dicitur, humanam Christi naturam, quæ æterna non est, glorificari gloriâ æternâ, per absurdè etiam dicetur, humanam Christi naturam, quæ æterna non est, personari hypostasi æternâ: sicuti enim se habet gloria æterna ad carnem Christi non æternam: ita etiam se habet

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0145
Mecklenburg Vorpommern

bet hypostasis æterna ad carnem Christi non æternam. Sed, iuxta Sadeelem, per absurdè dicitur, humanam Christi naturam, quæ æterna non est glorificari gloriâ æternâ. Ergo & perabsurdè dicetur, humanam Christi naturam, quæ æterna non est, personari hypostasi æternâ. Conclusio est absurda, impia & Nestoriana: Si enim non personatur æternâ hypostasi τοῦ λόγου, aut propriâ hypostasi personabitur (liceat mihi uti vocabulo Scholasticorum, quia commodiùs, si uno vocabulo sit res exprimenda, non datur) & sic duæ erunt personæ in Christo, quod Nestorianum & impium, aut nullâ personabitur hypostasi, & sic erit ἀνυπόστατος, quod est tollere unionem personalem, imò ipsam Christi carnem. Conclusio igitur cum absurda sit, absurda etiam erit & alterutra propositio. Non maior, cuius consequentiæ firmam rationem dedimus. Ergo Minor, quæ est Sadeelis & reliquorum Calvinianorum, ex qua hoc absurdum necessariò sequitur, falsa erit. Vera itaq; erit, quæ ipsi contradicit, nempe non dici perabsurdè humanam Christi naturam, etiamsi æterna non sit, glorificari æternâ gloria, quæ est sententia nostra ex verbis Christi, Ioh. 17. desumta. Petit enim Christus in tempore se glorificari gloriâ æternâ, & quidem apud Patrem ipsum, quod nec de Deitate ipsâ potest intelligi, quæ ab omni æternitate eam gloriam habuit, nec de manifestatione solùm gloriæ naturæ Deitatis, cum (παρὰ σεαυτῷ inquit) apud ipsum Patrem, cui omnia sunt manifesta, nec necessum est, vt quicquam apud ipsum manifestetur, se glorificari petat. 136

Elegans est Theophilacti, qui pleraq; sua ex Chrysostomo desumsit, sententia super hunc locum, vbi sic inquit: Glorifica me: hoc est, humanam meam naturã, quæ nunc in ignominiâ, quæq; crucifigẽda & subvehe eam in gloriã,

30. Sadeel volum. operum Theolog. fol. 143. libr. de veritat. hum. nat. cap. 3 sic inquit: Si corpus Christi est omnipræsens vna eademq; omnipræsentia, qua ὁ λόγος est omnipræsens, sequitur hoc absurdissimum, Corpus Christi esse Deum. Consequentiam autem falsam esse inde patet, quia inde hoc absurdum sequitur: Si corpus Christi subsistit vnâ eademq; hypostasi, quâ ὁ λόγος subsistit, sequitur hoc absurdissimum absurdum, nempe

quam habebam apud te ego verbum & filius tuus, priusquam mundus esset. Collocavit enim humanam naturam in throno regio & adoratur nunc ab omni creatura. Hæc Theophilacti verba non possunt de ipsâ unione ἁπλῶς intelligi, quod indicant verba, quæ nunc in ignominiâ, quæq; crucifigenda &c. Igitur de effectu unionis loquitur.

corpus esse Deum, vel λόγον ipsum. Vti enim se habet omnipotentia ad corpus Christi, sic se etiam habet ὑπόστασις τοῦ λόγου ad corpus Christi. Quid tibi videtur Sadeel; elige vtrum velis. Maior itaq; in syllogismo Sadeelis sic corrigenda est: Quicquid naturaliter & essentialiter ac per se omnipræsens est, omnipræsentia τοῦ λόγου, id Deus est. Sed tum negamus, carnem Christi hoc sensu esse omnipræsentem.

31. Instat Sadeel eodem loco his verbis: Dices, corpus esse omnipræsens non Essentialiter, sed communicativè. At ego sic vrgeo: Corpus igitur est Deus communicativè. Sed heus Sadeel, ego rursus sic vrgeo: Si corpus per vnionem & communicativè subsistit hypostasi τοῦ λόγου: Ergo per vnionem & communicativè est λόγος sive persona: Aut si non est λόγος, non subsistet hypostasi τοῦ λόγου? Elige rursus Sadeel, vtrum velis. Nonne pulcrè tuum Nestorianismum prodis? Fluit autem tua argumentatio ex communicatione idiomatum essentiali, quam nos non docemus, vt ab initio huius capitis sect. 1 fuit dictum: non valent enim eiusmodi argumenta in communicatione, quæ fit κατὰ συνδυασιν, nisi ipsam vnionem personalem simul impugnare velimus. Omnia enim argumenta, quæ Calviniani contra realem Idiomatum communicationem, prout nos illam describimus, opponunt, simul pugnant cum vnione personali: si illam evertunt, hanc evertunt: si non hanc: neq; illam.

32. Idem respondetur ad argumentum Sadeelis, quod eodem loco profert: Quicquid est omnipræsens, est infinitum. Caro Christi non est infinita. Ergo nec omnipræsens. Nam Maior propositio sic est restringenda: Quicquid naturaliter per essentiam est vbiq; seu omnipræsens, id est infinitum: Non autem quod personaliter, & per subsistentiam ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ est omnipræsens est infinitum: in suâ enim essentia manet Caro Christi finita, sed quatenus infinitam habet hypostasin, & eâ subsistit, eatenus omnipræsens dicitur. Vrgeo Sadeelem incommode: Quicquid sub-

subsistit infinitâ hypostasi τὸ λόγος est infinitum. Caro Christi 158
non est infinita. Ergo Caro Christi non subsistit infinita hypostasi τὸ λόγος. Quâ igitur subsistit, si eâ non subsistit Sadeel? aut propria, aut nulla? Absurdum vtrumq; Si igitur Nestorianismum effugere volueris, oportet te Maiorem propositionem ita restringere, vt ego restrinxi. Faciesſat igitur calumnia de corpore infinito, per expansionem deducto, de infinita omnipræsentia, quæ subiectivè inhæreat corpori Christi, quæ nunquam somniavimus, de quibus nunquam cogitavimus: quoties igitur ea nobis Calvinistæ obijciunt, toties mentiuntur, toties impotentiam animi sui ostendunt, toties statum controversiæ mutant, & se victos esse sentiunt, idcirco enim alium controversiæ statum fingunt. Finitum manere & esse docemus corpus Christi: nec immensitatem essentiæ ei attribuimus, nec essentialiter & per essentiam omnipræsens esse credimus, sed in vnione & per vnionem personalem & indissolubilem & ἀδιάσπαστον, & propterea quod infinita persona τὸ λόγος subsistit, omnipræsentem esse docemus. Huc igitur tela dirigenda erant: quod quoties faciunt, toties suum Nestorianismum produnt, & vnionem personalem apertè soluunt, vt hactenus vidimus. Plura absurda in hoc articulo enumerare possem. Sed hæc sufficiant.

NB. Arrigite aures Calvinistæ.

CAPVT III.
DE COENA DOMINI Sacrâ.

I.

THic primùm controversiæ status formandus est, ne cum larvis dimicemus, & vt calumniæ adversariorum facilius detegantur. Sicuti enim in articulo de persona Christi contra eiusmodi omnipræsentiam Calvinistæ disputant, qua caro Christi extendatur in

NB. Calumnia Calvinianorum Diabolica.

Imitantur Ihm patrem suum, Iob. 8.

in omnia loca fiat infinita & immensa, quæq; carni Christi subiectivè insit, quam nostri Doctores nunquam proposuerunt, imò semper detestati sunt: ita etiam in hoc articulo oppugnant eiusmodi præsentiam corporis Christi in cœnâ, quâ corpus Christi localiter & naturaliter adsit, ac pani Eucharistico inclusivè insit, seu includatur localiter, atq; sic naturaliter & localiter manducetur, quæ tamen somnia a nostris Ecclesijs prorsùs exsulant, neq; vnum Iota Calviniani ex scriptis nostrorum Theologorum proferre possunt, quo ostendatur, illos eiusmodi dogmata vnquam proposuisse. Quapropter Calviniani in suis scriptis vt plurimum non nostrarum Ecclesiarum sententiam oppugnant, sed cum proprijs suis larvis dimicant: nostram verò sententiam rarò attingunt, nedum vt eius confutationem directè aggredi audeant.

Manducatio triplex.

2. Sciendum itaq; vocabulum, manducationis, in hoc articulo non semper eodem; sed triplici modo accipi, de physicâ, nempè, Sacramentali & Spirituali manducatione. Physica manducatio est actio, quâ cibus ore corporeo acceptus, dentibus commolitur, in ventrem per gulam traijcitur, vbi mutatur in chylum: Deinde partim vertitur in nutrimentum, carnem & sanguinem: partim verò in secessum eijcitur. Sacramentalis manducatio, quæ ratione huius Sacramenti peragitur, ore quidem fit, vnde & oralis à quibusdam dicitur, (propter instrumentum, quo peragitur, non propter modum, vt Calviniani calumniantur) sed sine sensu tamen, & sine consequentibus physicis actionibus, sine commolitione, sine concoctione ac sine reliquis physicis nutationibus, quales contingere solent in manducatione illâ naturali quotidianorum ciborum, vt ita hæc manducatio cum priore nihil commune habeat, excepto hoc vnico, quòd vtraq; instrumento corporeo, ore videlicet, peragitur, modo tamen dissimili: quia prima immediatè peragitur ore: hæc autem non nisi mediante pane, & quidem in actione huius Sacramenti, vnde & sa-

Physica

Sacramentalis

& ſacramentalis appellatur. Hoc obſervato corruunt multæ ſo- 140
phiſticationes Calvinianorum, quæ non aliunde oriuntur, quàm
quòd inter vtramq; hanc manducationem non diſtinguunt, &
promiſcuè idem de vtrâq; concludunt, nec diſtinguunt inter id,
quod immediatè ore manducatur, & id, quod mediante alio, &
quidem myſticè ac ſacramentaliter ore manducatur: Vnde qua-
tuor termini in illorum ſyllogiſmis oriuntur. Spiritualis manducatio ſide duntaxat peragitur, & metaphoricè manducatio dicitur, propriéq; eſt participatio meriti Chriſti, & reliquorum bonorum ſpiritualium. Atque hæc etiam extra ſacramentum fieri poteſt quovis tempore. Spiritualis.

3. Hiſce præmiſſis ſtatus controverſiæ rectè formari poteſt
hoc modo: An in actione ſacræ cœnæ corpus Chriſti manducetur Status controverſiæ.
phyſicâ manducatione, vel ſacramentali, prout nos eam deſcripſimus, vel duntaxat ſpirituali? Quod ad primam attinet, videlicet phyſicam, prout illa à nobis deſcripta eſt, ſimpliciter & categoricè affirmamus, tali manducatione corpus Chriſti non manducari. Quod ad tertiam, in credentibus ſeu fidelibus ſemper eam agnoſcimus & in ſacra cœna cum ſacramentali coniungi credimus: Hanc ſolùm etiam Calviniani agnoſcunt in cœna & poſtea phyſicam panis manducationem, quam præpoſterè ſacramentalem appellant. De ſecunda autem quæritur: de qua nos pronunciamus, quòd in actione cœnæ Dominicæ ſecundum inſtitutionem Chriſti corporeo inſtrumento, videlicet, ore vnà cum pane ſeu mediante pane Euchariſtico manducemus corpus Chriſti, quamvis non phyſico & naturali modo: ſed ſine conſequentibus phyſicis actionibus. Faceſſant itaq; calumniæ & cavillationes Calvinianorum de Capernaitica corporis Chriſti laniená, de phyſica ipſius ſanguinis ingurgitatione, ac ſi carnem Chriſti tali modo manducari crederemus, quo carnem bubulam comedimus: talia namq; nobis per impudentem calumniam, abſq; fronte obÿcientes contra propriam conſcientiam ſtatum controverſiæ in- Hungari in præfatione ſuæ Panharmoniæ falsò ſic dictæ.

vertunt, & non nobiscum; sed cum suis larvis pugnant. Quam primum autem nostram sententiam directè impugnant, quod rarissimè faciunt, in multa incidunt absurda, vt in progressu videbimus. Hæc de manducatione.

Zacharias Vrsinus vol. 1 oper. Theolog. edit. an. 1587. fol 402. Sadeel volum. operum Theolog. pag. 254. 280. Beza in respons. 1. ad act. colloq. Mompelg pag. 38. 41. 51. &c. edit. Genevens. an. 88 Zwingl vere in confessione suâ Carolo V. exhibendâ Augustæ Anno 1530. pag 245. edit. Basilien. aperte negat, ipsum corpus Christi naturale realiter in cœnâ adesse.

DE PRÆSENTIA CORPORIS CHRISTI.

4. Quod præsentiam corporis Christi in cœna attinet, verbis quidem protestantur Calviniani, se mente & voce coram Deo & omnibus Angelis & hominibus confiteri, Christi corpus & sanguinem in cœna non solùm esse, sed etiã verè edi & bibi: Interim tamen certissimã est, revera illos negare veram & realem præsentiam corporis Christi in cœna, & controversiam esse de vera & reali (non autẽ physica & locali, quam non docemo in cœna, contra quam etiam Calviniani vnicè, sed frustra sua tela dirigunt, verum mystica & sacramentali) præsentia corporis Christi in cœna, quam illi revera negant, licet verbis affirment; nos autem verè affirmamus. Quod autẽ revera negent veram & realẽ corporis Christi præsentiam in cœna, & controversia non sit de modo præsentiæ; sed ipsa præsentia, his invictis syllogismis evincemus. 1. Quicunq; negant corpus Christi adesse in terris, seu simul adesse verè & realiter in cœlo & in terris, illi negant verè & realiter corpus Christi adesse in terrâ. Ratio est, quia cœna Domini tantùm est in his terris & non alibi, nec in cœlo; sed tantùm in terris cœna celebratur; quòd enim ullâ ratione & in vllâ parte sacra cœna celebretur, vel celebrari debeat in cœlo, vel alibi, quàm in terris, nullo scripturæ dicto Calviniani in æternum probare poterunt: Ex verbo Dei, inquã, nunquam. Atqui Calviniani omnes & singuli negant in vniversum corpus Christi verè

Calviniani negant realem corporis & sanguinis Christi præsentiam.

1.

Zach. Vrsin. 2 volum. operum Theolog. fol. 178 super Isaiam. Sadeel fol.

verè & realiter simul adesse in cælo & in terris, vel iam esse in terris, imò duntaxat in cœlis esse contendunt. Ergo Calviniani omnes & singuli in universum negant corpus Christi verè & realiter adesse in cœnâ. Maior est probata. Minor est Calvinianorum. Ergo & eorundem conclusio. Quod de fidei præsentiâ afferre solent, nihil ad rem, vt postea videbimus. 2. Deinde, quicunq; negant Corpus Christi simul esse in pluribus locis, illi negant corpus Christi verè & realiter adesse in cœna: Ratio est, quia sacra cœna simul in compluribus terræ locis celebratur. Atqui Calviniani omnes & singuli negant corpus Christi simul esse in pluribus locis, vt testantur loca in margine ad primum syllogismum assignata. Ergo Calviniani omnes & singuli negant corpus Christi verè & realiter esse in cœnâ. Maior est probata. Minor est Calvinianorum. Ergo & eorundem conclusio. 3. Præterea, Quicunq; negant corpus Christi verè & realiter adesse in pane, vel ibi, vbi panis est Eucharisticus illi negant corpus Christi verè & realiter esse in cœna. Ratio est: quia panis Eucharisticus est in cœna. Atqui Calviniani omnes & singuli negant corpus Christi verè & realiter adesse in pane, vel ibi, adesse, vbi panis Eucharisticus adest. (Sadeel volum. oper. Theolog. fol. 270. sic concludit: Si corpus in pane. Ergo localiter. Quidni & sic Sadeel: Si corpus in λόγῳ seu filio Dei subsistit. Ergo localiter? Agnoscisne infirmitatem consequentiæ tuæ: actu esse in loco non est de essentiâ loci, vt tu falsò blateras confundens dimensiones internas cum ipso loco. Concilia, si potes, tuam sententiam cum Patrum dictis in margine allegatis.) Ergo Calviniani omnes & singuli negant corpus Christi verè & realiter esse in cœnâ. 4. Denig, quicquid nec localiter, nec illocaliter præsens est in cœnâ, illud nullo modo realiter & verè præsens est in cœnâ: quia non datur tertius modus realis inter localem & illocalem, vt tamen sit vera & non solùm σχετικὴ vel imaginaria præsentia. Atqui tux a Calvinianos. (Beza 1. part. respons. ad acta colloq. Mompelg. pag.

281. 316. 317. 142

Beza 1. part. respons. ad acta colloq. Mompelgart. pag. 48

Augustinus in serm. ad Neophytos: Hoc accipite In pane, quod pependit in cruce, & hoc accipite In calice, quod effusum est è latere Christi. 111

Item in sententiis Prosperi: Sanguinem eig sub vini specie & sapore potamus. Chrysostomus Tom. 5. homilia. 24. super 1 Corint. Epist cap. 10. & Theophyl. super eundem locum: Hoc quod in poculo exsistit, illud est, quod è latere Christi effluxit, & illius sumus participes. Cyril- IV.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0152
Mecklenburg Vorpommern

lus in epist. ad Cæloſyrium. Sacram eius carnem & pretioſum ſanguinem benedictione vivificâ accipimus. In pane & vino. Cur igitur has phraſes in nobis damnant, quæ tamẽ ſunt ſanctorum Patrum? concilient etiam ſuam ſententiam cum his Patrũ dictis, ſi poſſunt.

Dicunt quidam corpus Chriſti ita eſſe in pane, ut eſt in verbo. Sed nego: diverſa ſunt media. Igitur diverſa ratio: Eſt etiam ita in pane, & in calice, ut etiam in

pag. 37.) *corpus Chriſti nec localiter, nec illocaliter eſt præſens in cœnâ. Ergo iuxta calvinianos corpus Chriſti nullo modo verè & realiter præſens eſt in cœnâ.*

§ *Ex his apparet, controverſiam non eſſe, vt volunt Calviniani, duntaxat de modo præſentiæ; ſed de ipsâ corporis verâ & reali (ac non ſolùm σχετικῆ vel imaginariâ) præſentia in cœnâ, & illorum præſentiam, quam ſtatuunt, revera eſſe abſentiam, vel imaginariam duntaxat præſentiam, vt in progreſſu copioſiùs demonſtrabitur, vbi agetur de ſictitio illo principio, quo ſemper vtuntur: Fidei omnia ſunt præſentia, quod de reali & vera exſiſtentia & præſentia intellectum eſt falſiſſimum: fidei enim præſentia dicuntur omnia ſolùm ratione contemplationis, & non ratione realis exſiſtentiæ. Quapropter Calvinianorum præſentia, qui tantùm fidei præſentiam agnoſcunt, & fidei tantùm præſens eſſe dicunt corpus Chriſti in cœna, tantùm conſiſtit in contemplatione, nec eſt vera & realis præſentia: ſed tantùm imaginaria, quod erat oſtendendum. Interim tamen hoc probè notandum, quòd Calviniani cauterio notatam habeant conſcientiam, dum fateri nolentes volentes coguntur, verba Chriſti neceſſariò requirere præſentiam ipſius corporis in cœnâ, dum toties proteſtantur, ſe non negare præſentiam corporis Chriſti in cœnâ, licet poſtea ſtatuant præſentiam eiusmodi, quæ verè eſt abſentia, ut partim dictum, partim copioſiùs monſtrabitur. Quotieſcunq; igitur in poſterum demonſtrabimus ex Calvinisano dogmate ſequi, corpus Chriſti verè & realiter non adeſſe in cœnâ, ſed nudum panem & nudum vinum in cœnâ relinqui, toties id abſurdum eſſe cenſebimus, ſiquidem ipſi fateri coguntur quòd corporis Chriſti præſentia in cœnâ ſit docenda. Quicunq; ergo negat, corpus Chriſti adeſſe in cœnâ, is iuxta Calvinianos falſum*

pane accipiatur, & ex calice ſanguis bibatur, quod de verbo non poſſumus dicere. Illud itaq; effugium nihil ad rem. Verba Patrum illam depravationem non ferunt. Chryſoſtomus in loco allegato dicit: Illud corpus eſſe in altari, quod Magi adorârunt in præſepio.

& ab-

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0153
Mecklenburg Vorpommern

& absurdum docet. At ipsi Calviniani negant corpus Christi adesse in cœnâ, vt suprà ex Zwinglio & alijs evicimus. Ergo ipsi Calviniani iuxta ipsos Calvinianos falsum & absurdum docent. Hæc necessariò fuere præmittenda, vt sequentia facilius intelligerentur, & appareret, quanta paradoxa dogma Calvinianum in hoc articulo contineat.

6. Cum iam constet de vero & genuino controversiæ statu, quod in omni disputatione est primarium, nostræ sententiæ fundamentum firmissimum ponam, quod ex verbis Filij Dei desumitur dicentis: Accipite, comedite: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur &c. Ex quibus verbis Christi hunc invictum syllogismum pro nostrâ sententiâ exstruimus: Matth. 26. Marc. 14 Luc. 22. &c.

Quodcunq; in cœnâ sacrâ ore accipimus & manducamus, id etiam in his terris verè & reipsa adest in cœnâ. Sed ipsum verum & substantiale corpus Christi in sacra cœna ore accipimus & manducamus. Ergo ipsum verum & substantiale corpus Christi verè & reipsa in his terris adest in cœna. Maior per se est manifesta. Minor probatur ex verbis Christi: Iubet enim Christus accipere & edere corpus suum, dum dicit. Accipite, comedite (quid?) Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Hic autem manducare proprie accipi de manducatione, quæ fit ore, (non autem physico & naturali modo: aliud res ipsa, aliud modus rei: nec semper hæc duo se invicem in mysterijs fidei consequuntur, vbi res sæpè naturalis modus autem rei mysticus & spiritualis, sicuti ipsi Calviniani docent, Corpus Christi spirituali modo manducari cum tamen corpus Christi sit res corporea: Si igitur valeret hæc illorum obiectio: ore editur: Ergo modo naturali & corporeo: sic etiam deberent concludere: Corpus Christi editur modo corporeo. Sed negabunt consequentiam. Ergo & nos illorum negamus consequentiam) colligitur inde, quia etiam de pane vsurpatur, qui non nisi ore manducatur, (in instrumento fit collatio, non in modo manducationis: quia panis immediatè NB.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0154
Mecklenburg Vorpommern

accipitur ore: corpus Christi mediante pane) & etiam ex alterâ parte cœnæ, vbi bibere propriè accipitur, cum dicit Christus: Bibite ex hoc, scilicet calice, ex quo non nisi ore bibitur. Quod verò in hac vnâ eademq; propositione vocabulum (manducare) debeat simul propriè & Tropicè accipi nunquam demonstrarunt, neq; demonstrare poterunt. Conati sunt Embdenses in suo mendaciſsimo libro quadam exempla proferre: sed sunt talia, in quibus est manifesta Synecdoche. Non igitur simul propriè & Tropicè vna eademq; vox (inprimis propriè & Metaphoricè) in vnâ eademq; propositione accipi potest, alias tolleretur certitudo propositionis.

7. Nihil itaq; cum habeant Calviniani, quod solidè respondeant, confugiunt ad adamatam suam Metonymiam, hanc enim post diuturnam concertationem, modò omnes ponunt, ab initio non item: quæ tamen illorum Metonymia tot secum importat absurditates, vt quis meritò miretur Calvinianos eiusmodi monstrum potuisse parere, sicuti videbimus. Verba itaq; Christi sic resolvunt: Hoc est corpus meum, id est, hoc est signum corporis mei, seu hoc significat corpus meum. Aretius panem vocat symbolicum corpus sect. 5. de cœnâ Domini pag. 96. Vt autem hunc suum fictitium tropum plausibiliùs proponere possent, sepositis Christi verbis, hanc substituerunt propositionem, Panis est corpus Christi, quæ non est scripturæ: cum tamen de scripturæ propositione disputare debebant, quod diligenter notari velim. Nam quòd illi per particulam, Hoc, tantùm intelligunt panem, depravant contextum, committentes elenchum compositionis & divisionis, quod breviter sic ostendo: Non solum id intelligitur per particulam, Hoc, quod Christus accepit & fregit; sed id etiam, quod iussit Accipere & edere: Nam sic verba cœnæ cohærent: accepit Iesus panem, & cum egisset gratias fregit, deditq; discipulis, & ait: Accipite, comedite, (quid?) Hoc est corpus meum. Atqui Christus accepit quidem panem & fregit, sed iussit etiam

Calvinus libr. 4. institut. cap. 17. sect. 21. Harmonia 3. Evangelist. pag. 333. edit. an. 72.

etiam accipere & edere corpus suum, vt testatur etiam ipse Beza in Epist. 5. ad Alemannum infra in sect. 17. Si negare volueris, sequitur, quòd Christus non instituerit, neq; iusserit manducationē corporis sui, quod absurdum: quibus enim verbis iussit edere corpus suum, si non his, accipite, comedite? Nam possunt negare absq; absurditate. Ergo per illam particulam, Hoc, non solum panis; sed etiam corpus Christi intelligitur: vnde haec propositio: Hoc (scilicet iubeo vos accipere & comedere) est corpus meum, est maximè perspicua: non interim excluditur panis, sed denominatio fit à principaliori, vt solet fieri in eiusmodi denominativis praedicationibus. Ex. gr. si quis de spiritu sancto, in specie columbae descendente, dixisset: Hoc est spiritus sanctus, ille non excluisset columbam, sed potiùs includeret: Denominatio autem (collatio fit in praedicatione, non in modo vnionis, quod propter calumniam Calvinianorum noto, qui mox eiusmodi exempla ad modum vnionis torquere solent, cum tamen scire debebant, simile non esse idem, nisi in ijs duntaxat partibus, in quibus fit collatio) facta esset à principaliori: quod pluribus exemplis à nostris Theologis est ostensum. 146 NB.

8. Replicare solent, per particulam, Hoc, tantùm intelligi panem, idcircò cum etiam in alterâ parte, tantùm intelligatur poculum, vt Luc. 22. imò cum Paulus ipse ita resolvat. Verùm decipiuntur, boni hi socij: quando Lucas mutat subiectum, & pro Hoc, dicit, hoc poculum, tum mutat etiam praedicatum. Similiter & Paulus non dicit, Panis est corpus Christi: sed panis quem frangimus (quod idem valet, ac si diceres, fractio panis) est communicatio corporis Christi. Haec itaq; ratio nihil ad Rhombum. Quapropter in alterâ etiam coenae parte apud Matthaeum & Marcum particula, Hoc, non de solo vino; sed etiam de sanguine interpretamur: nam illum etiam iussit bibere: Ille itaq; etiam per particulam, Hoc, ibi intelligitur.

9. Sed dato & non concesso, quòd particula, Hoc, ita sit necessariò

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0156
Mecklenburg Vorpommern

De prædicatione Metonymicâ Calvinianorum fictitiâ.

cessariò resolvenda, & hæc debeat inde effici propositio, Panis est corpus Christi, nihilominus & in hac propositione Metonymicam illorum prædicationem, quam illi fingunt, absq; innumeris absurdis non posse poni firmiter probabo. Et primò quidem hic repeto syllogismum in primo capite propositum. Figurata prædicatio est, qu vel in subiecto vel prædicato habet nomen improprium, testibus Calvinianis ipsis, vt vidimus in sect 3. cap 1. (Schola Melancht. pag. 95.) Atqui hæc propositio, Panis est corpus Christi, neq; in subiecto, neq; prædicato habet nomen improprium testibus rursùm ipsis Calvinianis (Pezelius in tractatu de cœnâ edit. an 90. pag. 109. 112. Beza consticill. pag. 23. Crellius in libr 2. Log. cap 3. sect 7. Polanus in sylloge disputat. in disputat. de cœnâ pag. 468. Thes. 16. 18. & 24.) teste etiam re ipsâ, quia panis accipitur pro vero ac naturali pane, & corpus pro vero ac naturali corpore Christi, quod indicat adiuncta determinatio, quod pro vobis traditur: Signum autem pro nobis non est traditum Ergo hæc propositio, Panis est corpus Christi, non est figurata Conclusio hæc contradicit omnibus Calvinianis, & tamen vtraq; propositio est etiam Calvinianorum, vt loca allegata clarè testantur: Ergo & eorundem erit conclusio: vnde sequitur, in Calvinisticâ Theologiâ duo contradicentia posse simul vera esse, nimirùm hanc propositionem, Panis est corpus Christi, esse figuratam & non esse figuratam.

NB.

10. Sed objiciunt: si subiectum & prædicatum seorsim considerentur extra propositionem, non inesse tropum. Verùm nova contradictio, vt supra vidimus in cap. 1 Quia quæcunq; sunt respectiva tantùm, illa non possunt absolutè considerari. Atqui subiectum & prædicatum tantùm sunt respectiva, & non nisi respectu enunciationis considerari possunt: extra enunciationem enim dicuntur Nomen & Verbum, & non subiectum & prædicatum, vt docet Aristoteles in libr. περὶ ἑρμηνείας. Ergo subiectum & prædicatũ absolutè & seorsim considerari non possunt.

Pezel. in libro allegato pag. 112. 140.

Deinde

Deinde non est quæstio de illis, quatenus extra & seorsim; sed 146
quatenus in ipsâ propositione, & respectu enunciationis consideranter. Nihil itaq; hæc ad Rhombum. Non enim quærimus seorsim, quid significet panis, quid corpus; sed quomodo corpus prædicetur de pane? Respondent Calviniani, Tropicè. Instamus: Estné igitur Tropus vel in prædicato, vel subiecto? Hic quilibet sanæ mentis homo intelligit, non quæri seorsim de prædicato vel subiecto, sed respectu huius prædicationis. Quia autẽ respondent neq; in subiecto, neq; prædicato, adhuc sequitur contradictio, quã notavimus in præcedente sect. 9. Quod etiam quidam ad respectũ prædicati & subiecti confugiunt, partim dissimulimus in primo capite, partim in sequentibus diluetur: Hac vice id inculco: quòd ille respectus pendeat ex natura partium propositionis: Primò igitur in ipsis partibus quærendus & collocandus est tropus, & postea accommodandus ad respectum prædicati & subiecti: Calviniani autem inverso ordine procedunt. Manet itaq; ad huc prior quæstio. Mali sunt Logici Calviniani. NB.

11. Præterea, Crellius negat Tropum revera in copulâ, Crellius lib 2.
Est, consistere. Beza, affirmat, sicuti & alij Calviniani, vt su- Log cap. 3.
pra ostendimus in cap. 1. sect. 2. Contradictio aperta. Imò ipse ..
Crellius sibijpsi contrarius in loco allegato negat, in copulâ consi- ..
stere Tropum, & tamen paucis interiectis in copulâ poni posse ..
tropum salvo manente attributo (quam vocat interpretationem .. Contradi-
secundariam) contendit, (qui tamen antea cap. 2 & cap. 3 .. ctiones
divis. 3. copulam fecerat partem attributi, & quidem verè: .. Calvinia-
quomodo igitur salvum attributum?) vt hic sit sensus, panis si- .. norum-
gnificat corpus Christi, & Est, idem valeat, quod significat: .. NB.
cum tamen antea negaverit, Est posse accipi pro significat, & ..
dixerit verbum, Est, semper significare ὕπαρξιν (negat Calvi- ..
nus libr. 4 institut. cap. 17 sect 22 contradictio.) quod negant ..
reliqui Calviniani. Triplex igitur hic rursùs contradictio. Legatur locus ille Crellij & reliquorum Calvinianorum loca, à me

,, allegata, & apparebit, me illis nullam facere iniuriam. Deum
,, testor, me candidè illorum verba allegare, & mentem eorundem
exponere. Verùm à contradictionibus se liberare nequeunt, vt
ocularitèr ostensum. Hinc iudicetur de illorum sententia, qui
tantopere à se invicem dissident in ipsâ verborum Christi expo-
,, sitione. Nam non liberat eos, quod obijcere solent, se convenire in
,, sensu: Sensus enim eruitur ex propriâ vel impropriâ verborum
significatione: In hac itaq; convenire debebant: Imò ita vnus
ponit tropum in copulâ, vt alter neget: sic vnus dicit, posse tro-
pum in prædicato poni (Zachar. Vrsinus in 1. & 2. volum. oper.
,, Theolog. aliquot locis, & Crellius loco allegato) alter negat. Hæc
,, certè conciliari nequeunt, vt dictum. Certè cum hic de ipsâ si-
,, gnificatione & interpretatione verborum Christi disceptetur;
certitudo omninò esse debebat. Videmus autem Calvinianos in
interpretatione ipsorum verborũ maximè discrepare, & quidem
contradictoriè. An ignorant, quod Aristoteles in sophisticis e-
lenchis inculcat, ambiguitatem & incertitudinem significatio-
nis verborum redundare in res ipsas? sunt enim verba rerum
symbola seu signa.

NB Flumbe & ieiunum Calvinianorum effugium.

12. Sed propius ad rem. Nego copulam, Est, accipi posse pro
significat, idq; hoc fundamento. Si, Est, exponi potest pro signi-
ficat, sequitur idem esse rem & signum rei: Sicuti enim se ha-
bent res & signa rerum: Ita se habent etiam esse & significare.
Atqui iuxta Calvinianos (loca iam aliquoties sunt allegata)
Est, exponitur pro significat. Ergo sequitur idem esse rem, & si-
gnum rei. Conclusio est absurda. Ergo & alterutra propositio.
Non Maior, vt ostensum, ergo Minor, quæ est Calvinianorũ falsa
erit, quod erat ostendendum. Contradicens itaq; vera erit, ni-
mirum, Est, non posse exponi pro significat.

13. Si Tropus non est in prædicato (vt Beza, Pezelius,
Crellius, Polanus & alij volunt locis allegatis) falsa erit hæc re-
solutio Zachariæ Vrsini volum. 2. operum Theolog. fol. 639.

num.

num. 22. Item fol. 640. num. 26. Et in explicatione Catechet. vltima edition. Genev. an. 1603. pag. 473. quam & Pezelius in tractatu de cœnâ pag. 163. 362. amplectitur, nempe, Hic panis est signum corporis mei: quia hac resolutione Tropus collocatur in prædicato. Atqui iuxta Bezam, Pezelium, Crellium, Polanum &c. non est Tropus in prædicato. Ergo falsa erit hæc resolutio Vrsini, Pezelij & aliorum, nempe, Hic panis est signum corporis Christi. Si falsa conclusio, certè Minor propositio (consequentia enim Maioris propositionis est certa & evidens, vt ostensum) Bezæ, Crellij, Pezelij, Polani &c. falsa erit. Sin autem vera Minor propositio, conclusio etiam erit vera, & sic rursùs periclitatur Calviniana interpretatio. Atq; hæc illorum contradictio tam evidens est, vt nullo colore pingi possit. 150

Contradictiones Calvinianorum.

14. Si verba Christi, Hoc est corpus meum, ita sunt resolvenda, id est, hic panis est signum corporis mei, sequitur Christum falsò adiecisse, quod pro vobis traditur: quia signum corporis Christi pro nobis non est traditum. Atqui iuxta Calvinianos verba Christi ita sunt resolvenda, hoc est corpus meum, id est, hic panis est signum corporis mei. Ergo sequitur, Christum falsò adiecisse illa verba, quod pro vobis traditur. Conclusio est absurda. Ergo & alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum: Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat probandum.

NB. Zacharias Vrsinus volum. 2. oper. Theol. fol. 639. primùm ponit copulam in prædicato: postea deiectus ab hoc fundamento confugit ad copulam (cum tamen copula sit pars prædicati) Quæ certitudo? Si primũ verè dixit esse in prædicato, cur non defendit, cur confugit ad copulam? Sensum clamat eundẽ:

15. Si verba Christi, Hoc est corpus meum, ita sunt resolvenda, id est, hic panis est signum corporis mei, sequitur, Christum, in verbis cœnæ nullam prorsùs instituisse manducationem corporis sui, nec fidei, nec oris. Atqui iuxta Calvinianos, verba Christi ita sunt resolvenda, vt dictum. Ergo sequitur, Christum in verbis cœnæ nullam prorsùs manducationem corporis sui in cœnâ instituisse nec fidei, nec oris. Conclusio est absurda, testibus ipsis Calvinianis. Ergo & alterutra propositio. Non maior, vt evincemus: Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod

at ubi interpretatio verborum eadem, ex quâ sensus desumitur? Si tropus certò in prædicato, cur non hoc defenditur, cur ab aliis negatur?

quod erat ostendendum. Consequentiam Maioris propositionis sic ostendo: Si verba Christi sic sunt resolvenda, accipite, comedite, hoc est corpus meum, id est, hoc est signum corporis mei: Ergo iussit duntaxat signum corporis sui manducare. Signum autem corporis Christi non est ipsum corpus Christi. Nam ecquibus, quæso, verbis manducationem corporis sui instituisset Christus (hæc est ipsius Sadeelis Calviniani ratiocinatio & interrogatio volum. Theolog. oper. fol 287. non igitur illam reijcere poterunt Calviniani) nónne his, accipite, comedite, hoc est corpus meum? Certè his & non alijs (hactenus ex Sadeele.) Verùm Calviniani hic per corpus intelligunt signum corporis: sic enim resolvunt: hoc est signum seu symbolum corporis mei. Non igitur iussit istis verbis edere corpus suum, sed signum duntaxat corporis sui, si glossa Calviniana valere debet.

Calvinus libr. 4 instit. cap. 17. sect. 20.

16 Nec sublevat eos hoc elumbe effugium, cum dicunt, signa non esse vacua, sed semper annexa habere signata: Nam posito hoc & non simpliciter concesso (signa Veteris Testamenti significabant passionem Christi, non autem habebant immediatè annexam, quia post multos demum annos sequebatur) inde tamen nondum potest colligi, Christum instituisse manducationem corporis sui. Non valet enim hæc consequentia: Christus in cœnâ iussit manducare signum corporis sui, quod signum annexum habet corpus (nempe per σχέσιν, non per realem præsentiam) Ergo etiam iussit ipsum signatum, videlicet corpus suum manducare. Elenchus causæ & simul homonymias in voce, annexum, quod illi de exhibitione solùm annexione, quæ est mera absentia, & non de veræ præsentiæ intelligunt, imò corpus tam procul à pane Eucharistico abesse, quàm cœlum est à terra, inquit Vrsinus 2. part. volum oper Theolog. fol. 650. in annotat. 5. ad Thes 9. Vbi enim nullum est mandatum (iuxta Calvinianorum autem interpretationem, vt vidimus, nullum est in verbis cœnæ) & nulla promissio de manducatione signati, ibi nos

Si enim ex manducatione panis rite colligitur et sequitur manducatio ipsius corporis naturalis Christi, sequitur etiam ipsos incredulos & indignos

absq;

absq; verbo Dei non audemus manducationem quandam instituere, aliud enim est præsens adesse, aliud autem manducari id quod præsens est: nec necessum est, vt absq; verbo Dei expresso idem tribuamus signato, quod tribuitur signo: vt pluribus non exaggerem, quod Calviniani dicunt, rem signatam ita esse annexam signo, vt tanta sit distantia (iuxta illos) inter panem & corpus Christi, quanta est inter supremum cœlum, & infimam terram, vt Bezæ & Vrsini verba habent. Nónne igitur nuda signa! Non enim idcò nuda signa dicuntur, quod planè nihil significent (sic enim ne signa quidem essent) sed quòd tota illorum ratio à Calvinianis tantùm in significando collocatur, neq; rei cœlestis, nempè corporis & sanguinis Christi, vera & realis (non σχετικῶ̃ solùm) cum illis coniunctio creditur & agnoscitur, imò panis in terra ponitur: corpus Christi in supremo cœlo: & panis tantùm nomen habet rei signatæ, nempe corporis Christi. Neq; hoc acriter vrgebo, quòd aliam manducationem tribuunt corporis, aliam verò panis. Ex manducatione igitur panis, tanquam signi, non poterunt (absq; peculiari mandato divino) mox colligere manducationem corporis Christi, tanquam signati, nisi concedant hæc duo: corpus Christi realiter esse in pane: & non solùm panem; sed etiam corpus Christi ore manducari, quæ tamen non concedunt. Nam ineptè sic colligerem: Christus iussit ore manducare panem, in his terris exsistentem, qui est signum duntaxat corporis sui, in cœlo exsistentis. Ergo etiam per eadem verba iussit manducare fide corpus suum. In quâ ratiocinatione nulla συνέχεια, nulla συνάφεια. Aliter tamen concludere non possunt. Vnde sequitur necessariò, aut interpretationem verborum Christi Calvinianam esse falsam & absurdam, aut Christum nullam instituisse manducationem corporis sui, in verbis cœnæ, quod est absurdum.

17. Si absurdum est pro corpore & vino ponere fructum & efficaciam corporis & ineptè dicitur, Hoc est efficacia corporis

mãducare corpus naturale Christi, cum panem tanquã signum manducent, quod Calviniani tamen negant. Requiritur idcircò peculiare mandatum de manducatione corporis Christi, quod Calviniani non possunt monstrare ex verbis Christi, quamdiu suam interpretationẽ verborũ Christi retinent.

NB.

poris mei, etiam absurdum erit pro vino & corpore ponere signum corporis & sanguinis, & ineptè dicetur, Hoc est signum corporis mei: ratio patebit ex verbis Bezæ, quæ mox subiungentur: Vt enim hæc Christi verba, Quod pro vobis traditur, non patiuntur illam glossam, hoc est efficacia vel fructus corporis mei, sic neq; hanc ferunt, hoc est signum corporis mei, sed æquè pugnant. Atqui iuxta Bezam absurdum est pro corpore & vino ponere fructum & efficaciam corporis & absurdè dicitur, Hoc est efficacia seu fructus corporis mei. Ergo iuxta eundem Bezam absurdum est pro corpore & vino ponere signum corporis & sanguinis, & absurdè dicetur Hoc est signum corporis mei.

Verba Bezæ sunt hæc in Epist. 5 ad Alemannum pag. 57. edit. Genev. an. 1573. Certè corporis & sanguinis nomina nimis absurdum foret de fructu & efficaciâ mortis Domini interpretari (Sic etiam Beza de signo) vel ad solum ipsius spirituale institutum restringere: quod vt quàm planissimè intelligatur, age pro his vocib9, corpus & sanguis, substituamus illam interpretationem & dicamus, Hoc est efficacia mortis meæ (nónne & sic, Hoc est signum corporis mei, quæ tua & tuorum sociorum est interpretatio?) quæ pro vobis traditur (nónne & sic, quod signum pro vobis traditur?) & hoc est spiritus meus, qui pro vobis effunditur. Quid ineptius est hac oratione? (quod etiam ineptius tuâ & tuorum, Beza, hoc est signum corporis mei? intelligis?) Nam certè verba illa, Quod pro vobis traditur, & qui pro vobis effunditur, necessariò huc te adigunt, vt de ipsamet corporis & sanguinis substantia hoc intelligere cogaris (vbi manebit igitur fraterculus tuus Vrsinus, qui volum. 2. fol. 639.

" dicit, tropum posse poni in prædicato, & corpus explicari pro si-
" gno corporis? Estné signum corporis idem, quod substantia cor-
NB. " poris? Sicné vos invicem pulchrè refutatis? imò vbi tu ipse ma-
" nebis, qui in quæstion. & respons. tuis acceptas hanc redditio-
" nem, hoc est symbolum vel sacramentum corporis mei? Estné

symbolum

symbolum vel sacramentum corporis ipsa substantia corporis?
Conciliate hæc vos Calviniani, & eritis mihi magnus Apollo.
Quod si ipsum sumi iubet Dominus, quod tradidit & effudit pro nobis, necesse est quoq; fatearis credentes fieri ipsiusmet participes. Hactenus Beza contra se suósq; fraterculos.

18. Si in hisce verbis Christi, Hoc est corpus meum, est Metonymia & tamen neq; in prædicato neq; subiecto (copula est pars prædicati, ideoq; seorsim non numero, vt supra) sequitur, quòd Metonymia non sit tropus τῆς λέξεως dictionis. Atqui iuxta Calvinianos in verbis Christi est Metonymia, vt tamen neq; in prædicato, neq; subiecto, vt antea ex illorum libris ostendimus. Ergo Metonymia non est tropus τῆς λέξεως dictionis. Conclusio est falsa iuxta omnium probatorum Rhetorum sententiam, qui omnes vnanimiter docent, Metonymiam esse tropum τῆς λέξεως. Ergo & alterutra propositio. Non Maior, cuius consequentia est manifesta. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum.

Hungari in suâ Panharmoniâ pag. 172. Pezelius in tractatu de cœnâ Domini pag. 141. & 143.

19. Sed excipiunt dicentes: duplicem esse Metonymiam tam apud Grammaticos, quàm Rhetores. Vna, quæ in singulis vocibus occurrat, cum signum ponitur pro signato, vel signatum pro signo, vt cum Cicero inquit: Cedant arma togæ: altera, quæ in modo prædicationis locum habeat, vt cum dicitur, Dextra est fides, Sceptrum est Regnum, Fasces sunt imperium Romanum &c. Alij distinguunt inter Metonymiam & Metonymicam prædicationem, sicuti inter Metaphoram & Metaphoricam prædicationem. Sed, bone Deus, quanta portenta, quanta absurda? duplicem esse Metonymiam, & quidem ita duplicem, vt vna sit in singulis vocibus, cum signum ponitur pro signato, & vice versa: (hanc accepto) & altera, quæ in modo prædicationis tali locum habeat, vbi signum prædicetur de signato, vel signatum

Non urgebo hîc quod Beza epistol. 2. ad Thomam Tilium scribit his verbis: Vbi igitur panis vel vini vsus nullus est vsus (introducatur potius ille vsus Beza) vel nulla certo tempore copia, num cœnæ Do-

mini nulla celebrabitur? Imò ritè celebrabitur, si quod panis vel vini vicem vel ex usu communi, vel pro temporis ratione supplet, panis aut vini loco adhibeatur. Hactenus ille. Ego subsumo: ut referunt. Ergo sumantur radices, & dicatur iuxta Bezam, radix est corpus Christi. Absurdum.

signatum de signo, tam apud Grammaticos, qui nullam agnoscunt Metonymiam (vt hic admodum rudes sint Calviniani quàm Rhetores probatos simpliciter omnes, nemine excepto, est falsum & absurdum. Exempla, quæ afferunt, Toga est pax, sceptrum est regnum, fasces sunt imperium Romanum, Dextra est fides &c. Sunt conficta, nec apud vllum probatum Autorem, Calviniana religioni non addictum, leguntur, (hoc quidem legitur, quòd dextra ponitur pro fide, dextra nominatur, fides intelligitur, sed nullibi dicitur: Dextra est fides) monstrent Calvinistæ, si possint, vnicum ex totâ Latinitate, imò ex omnibus classicis autoribus (Philippus quidem vtitur hac enunciatione: Fasces sunt Imperium Romanum, in commentar: super 1. Corinth. sed ipsius

In novis Indiis occidentalibq in quibusdam locis non comedunt panem; sed radices,

In tractatu de cœnâ Bremæ edito an. 1590. pag. 145. 146.

autoritate hac in parte non tenemur: Est exemplum ab ipso confictum) Christophorus Pezelius sanè pro suo candore, qui in ipso fuit nimis exiguus, ait: se observâsse (vbi Pezeli? fumos vendis) quòd toties in alijs (profanis) autoribus seu scriptoribus non occurrant, quasi verò vel vnicum dari possit. Deinde contendit locutiones sacramentales in scripturâ esse Metonymicas: sed negamus nos hoc simpliciter, & est mera petitio principij (inprimis vrgere solent exemplum de Circumcisione, siquidem vtrumq; dicitur, Circumcisio est fœdus, & Circumcisio est signum fœderis. Verùm Tropus non est in prædicato, sed subiecto, nempe synecdoche: cum dico Circumcisio est fœdus, intelligo totam actionem sacramentalem, & illa non significat; sed est fœdus: Cum autem dicitur Circumcisio est signum fœderis, intelligitur solùm pars istius actionis Sacramentalis, nempè, extrema amputatio pellicula, & illa non est fœdus; sed signum fœderis. Nihil itaq; hoc exemplum ad rem: nulla hic Calvinianorum Metonymica prædicatio signati de signo. Exemplum, Agnus est Pascha,

NB.

Pascha, est fictum: in scripturâ non legitur, quod vel ex vnico Votabio Calviniani discant, quò illos remitto simul ad contextum istius loci) Mirum est Calvinianos hic adeò absurdos esse, vt audeant fingere talem prædicationem Metonymicam seu talem Metonymiam, quæ omnibus Dialecticis & Rhetoribus reclamat, vt paulo post docebitur.

Nota, me non ἁπλῶς negare prædicationem Metonymicam, sed eam tantùm, quam fingunt Calviniani, in quâ prædicetur signum de signato in casu recto, vel vice versâ. Aliàs prædicationem Metonymicam illam vocare possumus, in quâ signum ponitur pro signato, vel in subiecto, vel in prædicato vel vtroq; vt cum dicitur, arma cedant togæ, est Metonymica prædicatio, non quod signum de signato, vel signatum de signo prædicetur, quod ἀδύνατον: sed quia Metonymia est in prædicato, Toga ponitur pro pace: sic etiã in subiecto: quia arma ponuntur pro bello, vt prædicatio propria sit hæc, Bellum cedat paci. Talem Metonymicã prædicationem ostendãt etiam in verbis cœnæ, aliam non admittimq, ob rationes, quæ mox afferentur Si autem hæc ad hanc propositionem applices, Panis est corpus Christi, & Metonymia ponitur in prædicato, signatum nominetur, & signum intelligeretur, sequeretur hæc propria prædicatio, Panis est panis. Nónne pulchrè? Sicut hæc, Bellum cedat paci. Hac autem ratione collationem inter Metaphoricas & Metonymicas prædicationes admitto. Sed illa nihil ad rem, siquidem Calviniani de aliâ loquuntur. Quoquò igitur se vertant, hic victi sunt Calviniani, quod diligenter notari velim. Non intelligunt naturam troporum fingunt tropum, qualis à nullo Rhetore vel Grammatico traditur, qualis etiam non est in rerum naturâ. Addo: omnem Tropicam prædicationem resolvi in propriam. Si igitur hæc, panis est corpus Christi, ita est tropica, vt Calviniani volunt, resolvant eam in propriam, & videbunt sequi hanc nugatoriam propositionem, panis est panis, vt dictum est.

20. *Præterea quod distinguunt inter Metonymiam & Metonymicam prædicationem, sicuti inter Metaphoram & Metaphoricam prædicationem: primùm sunt absurdi, quod putant eandem esse rationem Metonymiæ & Metaphoræ, cum tamen sint diversissimi Tropi, & quidem ita, vt prædicationes Metaphori-*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0166
Mecklenburg Vorpommern

cas concedamus: Metonymicas verò, quales Calviniani fingunt, simpliciter impossibiles esse pronunciemus, vt mox ostendemus. Malè igitur argumentantur à Metaphorâ ad suam ficticiam Metonymiam: Dantur metaphoricæ prædicationes: Ergo & Metonymicæ prædicationes tales, quales fingunt Calviniani. Perinde ac si quis ita concludat. Asinus est quadrupes, Ergo & Pezelius (ipsius namq; est hæc exceptio) Calvinianus est quadrupes. Disparata enim solùm in genere conveniunt, non verò in proprietatibus & differentijs specificis. Iam verò hæc non est generalis conditio omnium Troporum, vt tales prædicationes gignant, qualem Calviniani fingunt in Metonymia, vt taceam quòd tales nullæ sint in vllo tropo neq; in Metaphora, vt sequente sect. ostendetur. Synecdoche quidem est, cum ponitur continens pro contento, pars pro toto, & vice versâ vel in prædicatione, vel extra prædicationem: sed quis dixit vnquam continens de contento, vel contentum de continente prædicari posse & sic fieri prædicationem synecdochicam, vt, poculum est vinum, quamvis poculum pro vino possit poni. Negat ipse Pezelius (in tractatu de cœnâ pag. 171. 172) eiusmodi prædicationes dicens & quidem verè, quod in synecdoche continentis continens & contentum nunquam de se invicem prædicentur. Eadem est ratio in synecdochè partis, vbi nunquam pars prædicatur de toto integrali: non rectè vnquam quis dixerit, domus est tectum, corpus humanum est caput. Sic per omnia se res habet in Metonymia signi pro signato, vbi nunquam signatum de signo prædicari potest. Bardus ideoq; & blennus est, qui non videt, Calvinianos perabsurdè argumentari à prædicationibus Metaphoricis ad prædicationes Metonymicas tales, quales nunquam dantur, nec dari possunt.

21. Porrò quoniam illis placuit collationem instituere inter Metaphoricas & Metonymicas prædicationes, sic retorqueo illorum argumentum: Si nulla est prædicatio Metaphorica, quæ

quæ non præsupponat Metaphoram in aliquâ simplici dictione: nulla etiam esse potest Metonymica prædicatio, quæ non præsupponat Metonymiam in aliqua simplici dictione. Sed nulla est prædicatio Metaphorica, quæ non præsupponat Metaphoram in aliquâ simplici dictione. Ergo nulla etiam esse potest Metonymica prædicatio, quæ non præsupponat Metonymiam in aliqua simplici dictione. Ratio consequentiæ Maioris patet ex hypotesi Calvinianorum, qui inter se conferunt prædicationes Metaphoricas & Metonymicas. Minorem probo: Metaphorica prædicatio propter Metaphoram Metaphorica denominatur. Ex gr. Herodes est vulpes, est prædicatio Metaphorica, quia in voce, vulpes, est Metaphora, quod hic minimè accipitur propriè: Sic enim nulla esset habitudo inter subiectum & prædicatum: sed metaphoricè: in qua significatione est habitudo inter subiectum & prædicatum. Eadem est ratio in cæteris exemplis Metaphoricarum prædicationum. Nam si in nulla voce esset Metaphora, nec Metaphorica dici posset prædicatio: cum compositum non sit causa simplicis; sed simplex causa compositi: sic simplex Metaphora est causa Metaphoricæ prædicationis Largior itaq; Pezelio, qui pag. 143 sui tractatus de cœnâ Domini hoc urget, non tantùm esse Metaphoram, cum dicitur Ioh :o videt mercenarius lupum venientem: ubi lupi vox pro falso Doctore ponitur: sed Metaphoricam etiam locutionem esse, cum de falso Doctore nomen lupi prædicatur, hoc est, si dicas; Falsus Doctor est lupus (vel si mavis, Pezelius est lupus) Hoc enim pro me contra Pezelium: Largior, hanc prædicationem esse Metaphoricam, sed unde? quia Metaphora est in prædicato: quia, vox, lupus, non propriè; sed Metaphoricè accipitur, pro homine seducente & deripiente animas hominum: Et resolvitur in hanc propriam, falsus Doctor est persona seducens & corrumpens animas hominum: ut enim lupus naturalis diripit oves: sic falsus Doctor, lupus spiritualis, diripit animas hominum. Accommoda hæc ad Metonymiam,

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0168
Mecklenburg Vorpommern

Pezeli, & videbis te victum. Nam quod tu putas signatum ita posse prædicari de signo, vt lupus prædicatur de falso Doctore, falleris & stolidam excantant deliria mentem: Nam cum signatum prædicatur de signo, vtrumq; accipitur propriè, nec vnum ponitur pro alio, non signum pro signato, sicuti lupus ponitur pro seductore & spirituali latrone: cum autem dico, falsus Doctor est lupus, prædicatum est Metaphoricum, & propter Metaphoram, in prædicato residentem prædicatio Metaphorica dicitur: lupus enim non accipitur propriè; sed Metaphoricè, & ponitur pro seductore, spirituali latrone. Hæc nihil ad Metonymiam, cuius non per omnia est eadem ratio cum Metaphorâ, vt in sect. 20. docui.

Inane Pezelij effugium.

Eiusdem farinæ est, quod ibidem attexis dicens: consequuntur se hæc mutuò, cum Toga pro pace ponitur, & cum de Togâ pax dicitur: Nego hoc simpliciter ob causam in sect. 20 allatam, imò tu ipse negas pag. 171. 172. eiusdem tractatus, vbi concedis, continens poni pro contento, sed tamen de contento non prædicari, quod fit etiam in synecdoche partis integralis pro toto: Ergo nec hîc, cum eadem sit ratio, vt ostensum, se invicem consequentur hæc, signum pro signato ponitur, & signatum de signo prædicatur. Nam etiamsi quodammodo in Metaphorâ hoc fieri concederemus, quod tamẽ simpliciter non concedimus (NB cum de vnâ eademq; propositione est sermo, & non, quando duæ locutiones Metaphoricæ conferuntur: hic concedimus, ibi negamus.) tamen non necessum est, vt hoc quoq; in cæteris tropis fiat, vt oculariter in sect. 20. ostendimus. Et si putat ad hoc Pezelius esse eandem rationem, age resolvat hanc, Panis est corpus Christi, si figurata est, in propriam, & videbit, an non exsurgat hæc nugatoria prædicatio, panis est panis: Nam si congruet cum illâ, falsus Doctor est lupus (vel Pezelius est lupus) prædicatum erit Tropicum: pro quo igitur ponitur corpus Christi? nónne pro pane iuxtatè? Dic aliud, si potes. Nónne igitur exsurgit hæc propria

iuxta

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0169
Mecklenburg Vorpommern

iuxta te; Panis est Panis? Lepidum mehercule es caput Pezeli. Et tamen Hungari in suâ Panharmonia tibi hanc laudem tribuunt, quòd nemo rectius te hanc doctrinam de Tropis declaraverit, scilicet, mutuò se muli scabunt.

22. Applicabo quæ dixi: Omnis Metonymica prædicatio præsupponit Metonymiam in simplici aliquâ dictione: ratio iam est reddita firmissima, & quidem ex hypotesi Calvinianorum, qui collationem instituunt inter prædicationem Metonymicam & Metaphoricam. Atqui hæc propositio, Hoc est corpus meum, est Metonymica prædicatio, iuxta Calvinianos in locis allegatis. Ergo hæc propositio, Hoc est corpus meum, præsupponit Metonymiam in aliquâ simplici dictione. Conclusio est falsa, iuxta ipsos Calvinianos, qui negant, vt patet ex locis, supra allegatis, vel in subiecto vel prædicato, cuius pars est copula, vel iuxta quosdam copulâ Metonymiam esse collocandum. Ergo, cum Maior sit firmissima, vt ostensum præcedente sect: Minor falsa erit, (cum non detur tertium) nimirùm, hanc locutionem, Hoc est corpus meum, esse prædicationem Metonymicam. Nam revera absurdum est, ibi esse Metonymicam prædicationem, vbi nulla est Metonymia, perinde ac si quis hominem absq; vitâ viventem pronunciet.

23. Sed propius ad rem: Dico prædicationem Metonymicam, in quâ signatum prædicatur de signo, vel signum de signato, esse absurdum & impossibilem, quia signatum nunquam potest prædicari de signo in casu recto, atq; sic corpus de pane nullo modo prædicari poterit, si aliâ ratione non prædicatur, quàm quatenus signatũ prædicatur de signo, quod sic evinco: Si corpus Christi non aliâ ratione prædicatur de pane benedicto, quàm sub ratione signati, ita vt (corpus) tanquam signatum prædicetur de pane, tanquam de signo, sequitur quòd corpus Christi nullâ ratione prædicetur de pane: Ratio est, quia signatum nunquam & nullatenus potest prædicari in casu recto de suo signo, vt mox probabimus. NB. Sub ratione signati.

habimus. Atqui iuxta Calvinianos omnes & singulos corpus Christi non alia ratione prædicatur de pane, quam tanquam signatum de signo, vt tam toties ex illorum scriptis ostensum est Ergo corpus Christi, iuxta Calvinianos, nulla ratione prædicatur de pane benedicto Conclusionem esse absurdam, dicunt ipsi Calvinistæ: Ergo etiam alterutra propositio Non Maior, vt mox videbimus, Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, falsa & absurda erit, quod ostendendū. Contradicens ita vera erit, nimirum, corpus Christi non prædicari sub ratione signati de pane, tanquam de signo.

24 Maiorem quod attinet, eius consequentia est firma, si obtinuerimus, signatum, nulla ratione prædicari posse de suo signo in casu recto, quatenus signatum (hoc notari velim: nam hoc vrgent Calviniani, quòd corpus Christi, tanquam signatū, seu quatenus est signatum prædicetur de pane tanquam signo, seu quatenus est signum) obtinebimus autem nullo negotio: Si continens & contentum nunquam de se invicem in casu recto prædicantur, nec signum & signatum de se invicem in casu recto vnquam prædicabuntur. Ratio est: quia vt se habet continens ad contentum (ratione prædicationis) ita se habet signum ad signatum: & quantum est discrimen inter continens & contentum, tantum etiam (si non maius) est inter signum & signatum. Atqui continens & contentum de se invicem in casu recto nunquam prædicantur, vt non solùm omnes periti Logici fatentur; sed etiam ipse Pezelius in tractatu suo de cœnâ, tam sæpius allegato pag. 171. 1 2 expressissimis his verbis testatur: In tynecdoche continentia continens & contentum nunquam de se invicem prædicantur. Hæc sunt verba Pezelij Ergo etiam signum & signatum nunquam de se invicem in casu recto prædicabuntur.

NB. Metonymica Calvinianorum prædicatio impossibilis: quia talis prædicatio Tropica dari non potest.

25. Deinde si signatum prædicatur in casu recto de suo signo, quatenus signatum, sequitur quòd duo relata de se invicem prædicentur in casu recto: quia signum & signatū, quatenus signum & signatum sunt relata Atqui iuxta Calvinianos signatum prædicatur

NB.

dicatur in casu recto de signo (dicunt enim, quod corpus Christi quatenus & in quantum est signatum nec alia ratione prædicetur de pane, quatenus & in quantum est signum, & tradunt insuper Metonymicam esse prædicationem, in qua signatum, quà signatum, prædicetur de signo, quà signum) Ergo sequitur, quòd duo relata de se invicem prædicentur in casu recto Conclusio est absurda, & implicat contradictionem: relatum enim non est alterum relatum; sed alterius relati relatum: Pater namq; quà pater, non est filius, sed filij pater, Dominus non est servus, sed servi Dominus Sic signum non est signatum; sed signum signati, & signatum est signi signatū: (volunt autem Calviniani, corpus Christi, quà signatum, quod notari velim, prædicari de pane, quà signo) quia relata hoc ipsum quod sunt, alterius (NB. alterius, est casus obliquus) sunt Vnde si corpus Christi & panis benedictus prædicantur de se invicem, quatenus & in quantum se habent tanquam signum & signatum, vt Calviniani volunt, dicendum erit, panis est corporis Christi panis, & corpus est panis corpus Absurdum. Cum itaq; conclusio manifestè & palam sit absurda, sequitur, alterutram propositionem esse absurdam & falsam. Atqui non Maior, vt ostensum est, & ipse Fortunatus Crellius Calvinianus in 1. libr. Logices cap. 2. in prædicam: relationis eam veram esse fatetur. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, absurda & falsa erit: Vera itaq; quæ ipsi contradicit, nempe signatum non posse prædicari in casu recto de signo Atq; sic funditus corruit conficta prædicatio Metonymica Calvinianorum, quâ explosâ simul intercidit totum dogma Calvinisticum de cœnâ Domini, cuius vnicum fundamentum (quod ad verborum Christi interpretationem attinet est hæc ficticia illorum Metonymica prædicatio: aliter enim ex alia expositione vim verborum Christi declinare non possunt.

NB. Observes quatenus & in quantum est signatum.

26. Obycere potcrunt: hac ratione nec disparata de se invicem Tropica prædicatione prædicari posse. Respondeo: primùm non

Exceptio.

Respons. non est eadem ratio: quia signum & signatum sunt relata: Disparata non sunt relata. Deinde nec disparata vel propriâ vel tropicâ prædicatione de se invicem prædicantur, quatenus & in quantum sunt disparata: hoc enim respectu nulla prorsùs esset habitudo inter prædicatum & subiectum in prædicatione affirmativâ, quod tamen necessariò requiritur vel in propria vel

NB. " Tropica prædicatione: quæ enim aliàs esset ratio coniunctionis
" prædicati & subiecti? Verùm si disparata propriè de se invicem prædicantur, tum denominativè de se invicem prædicantur, non quatenus & in quantum disparata, vt in primo capite ostendimus in hac propositione, Deus est homo: sed quatenus vnita, & quatenus quodammodo vnum sunt, vel essentiale vel personale Cum autem Tropicè de se invicem prædicantur, nec ibi quatenus disparata de se invicem prædicantur; (sic namq; vt dictum, nulla habitudo inter prædicatum & subiectum) sed quatenus vnum disparatorum non propriè; sed tropicè accipitur, atq; sic fit cognatio quædam inter subiectum & prædicatum, Ex. gr. cum dico falsus Doctor est lupus, disparata de se invicem prædicantur, sed non quatenus disparata, nec lupus quatenus lupus dicitur de falso Doctore, sed quatenus cognationẽ quandam cum ipso habet, & quatenus vox, lupus, Tropicè accipitur (nam propriè prædicari est impossibile) & sic suam significationem mutat. Nihil itaq; ad rem. Volunt enim Calviniani, signatum, quâ signatum, prædicari de signo, quod per nullum tropum fieri potest, sed ἁπλῶς est ἀδύνατον.

Sadeel volum. oper. Theolog. fol. 280. in lib de Sacram. mandicat. cap. 4. obiect 2. edit. anni 1593.

27. Anthonius Sadeel aliàs acutus Calvinianus sic ineptit: Si Christi verba facilia sunt. Ergo sunt intelligenda modo Sacramentali, quo nomen rei significatæ signo tribuitur. Consequentiã addit (à baculo ad angulum) quia illud genus Sacramentale est facile. (ride si potes: nulla συνέχεια, nulla συνάφεια: à particulari ad vniversale, vt taceã quòd genus illud loquendi Sacramentale Calvinisticum nec facile, nec apertum, sed falsum & impossibile

bile sit) Ego Sadeelem (cuius propria verba fideliter recensui) sic redigo ad absurdum: Si hæc Christi verba, Baptizate eos in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti, sunt facilia. Ergo sunt intelligenda modo Sacramentali, quo nomen rei significatæ signo tribuitur. Absurdum. Sic etiam hæc verba, docete omnes gentes, Item, Hoc facite in mei commemorationem, ita intelligenda erunt. Absurdum. Imò si consequentia syllogismi Sadeelei (cuius Maiorem necessariò oportet esse hanc: quæcunq; verba Christi sunt facilia, etiamsi addatur in Sacramentis, ea modo Sacramentali sunt intelligenda, quo nomen rei significatæ signo tribuitur, nisi velit Maiorem particularē in primâ figurâ constituere) valere deberet, sequeretur omnia Christi verba facilia in Sacramentis sacramentali modo esse intelligenda, quo nomen rei significatæ signo tribuitur. Absurdum. Ergo & absurda Sadeelis consequentia, quod ostendendum. Idem absurdum sequitur & ex altero argumento, quo ibi vtitur: Si Christus aperte locutus est: Ergo locutus est figuratè. Absurdum. Quasi etiam omnis figurata locutio sit aperta: imò locutio Calvinianorum figurata nec facilis, nec aperta; sed prorsus impossibilis & incepta, vt vidimus.

Amandus Polanus Calvinianus in lib. 2 Log. pag. 157. edit. anno 1590. sic inquit: Vbiquetarij hoc sophismate decipiunt, cum docent: Christum his verbis in institutione sacræ cœnæ, Accipite, comedite, præcepisse oralem manducationem carnis suæ: cum verba illa non dicantur de corpore Christi: quia illud non sumsit in manus non fregit, nec discipulis dedit (NB. non dedit discipulis: Ergo nec spiritualiter, nec oraliter corpus Christi ederunt. Absurdum.) Sed de pane, quem sumserat in manum, super quo gratias egerat, quem fregerat & discipulis dederat: Hactenus ille. Committit autem elenchum causæ, & compositionis ac divisionis simul in suâ ratiocinatione, & contradicit insuper Anthonio Sadeeli suo socio & alijs Calvinianis, vt suprà sect. 15. ostendimus: Verba enim illa, Accipite, edite, non solùm ad antecedentia; sed etiam sequentia pertinent. Crassum absurdum Polani, qui nudam panis manducationem nobis in cœnâ relinquit suâ interpretatione.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0174
Mecklenburg Vorpommern

28. Si hæc Christi verba Accipite, Comedite, non dicantur de corpore Christi, sequitur quod Christus nullam sui corporis manducationem in sacrâ cœnâ instituerit: ecquibus nam enim verbis aliàs iussisset edere corpus suum, vel instituissset manducationem corporis sui, nisi his! Certè idem ex Sadeele Calviniano supra sect. 25. ostendimus. Atqui iuxta Polanum Calvinistam hæc verba, Accipite, Comedite, non dicuntur de corpore Christi. Ergo sequitur, quòd Christus nullam sui corporis manducationem instituerit. Conclusio iuxta ipsos Calvinianos est absurda. Ergo & alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum: Ergo Minor, quæ est Calviniana, quod erat ostendendum. Hucusque de prædicatione sacramentali, à Calvinianis conflctâ.

29. Nunc de præsentiâ corporis Christi in cœnâ, quam Calvinianos prorsùs negare ab initio ostendimus. Protestantur quidem, se credere veram præsentiam corporis Christi in cœnâ; sed illorum protestationem facto esse contrariam ex sequentibus liquidò patebit. Interim tamen notetur, quòd illi ipsi agnoscant absurdum esse, si negetur præsentia corporis Christi in cœnâ. Sed ad rem. Si memoria rei cum eiusdem præsentiâ stare non potest, ne præsens tempus cum præterito confundatur, sequitur, corpus Christi in cœnâ præsens non adesse. Ratio consequentiæ est firma: quia in cœnâ fit memoria corporis Christi, iuxta hæc verba Christi: Hoc facite in mei memoriam. Atqui iuxta Calvinianos memoria rei cum eiusdem præsentiâ stare non potest, ne tempus præsens cum præterito confundatur (sunt verba Sadeelis volum. oper. Theolog. fol. 281.) Ergo sequitur corpus Christi in cœnâ præsens non adesse. (Notandum quòd Sadeel generaliter hoc suum argumentum proponat) Conclusio est falsa etiam iuxta ipsos Calvinianos, qui volunt videri, quòd agnoscant præsentiam corporis Christi in cœnâ. Ergo alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Sadeelis. Obiter moneo, rationem Sadeelis nullius esse ponderis: memoria sit corporis Christi, quatenus

quatenus fuit traditum & crucifixum pro nobis: & sic nobis non adest: non enim modò patitur vel crucifigitur: Interim aliâ ratione adest: Atq; sic etiam secundum aliud & aliud potest rei .. NB.
præsentis, præcipuè quæ invisibiliter præsens est, memoria fieri: Memoria fit Dei, & tamen semper nobis adest: fit autem, vt dixi, secundum aliud & aliud. Non igitur metuenda confusio temporis præsentis & præteriti.

30. Si absurdum est rei præsentis adventum exspectari, sequitur, corpus Christi in cœnâ revera præsens non adesse. Ratio est: quia corporis Christi adventum exspectamus, iuxta verba Pauli: Mortem Domini annunciate donec venerit. Atqui iuxta Calvinianos absurdum est rei præsentis adventum exspectari. (Sadeel in loco præcedente sect. allegato) Ergo absurdum etiam erit, iuxta Calvinianos, corpus Christi verè præsens adesse in cœnâ Domini. Si vera hæc conclusio, non credunt Calviniani veram præsentiam corporis Christi in cœnâ, sed præsentiam, non præsentiam. Si falsa: Ergo alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Sadeelis. Vnde cognoscis, quantis contradictionibus laboret dogma Calvinianum, quæ ex propriis illorum principiis sequuntur. Argumentum autem Sadeelis facilè solvitur ex Actor. cap. 1. quomodo abivit, eodem modo redibit: visibiliter abivit. Ergo visibiliter redibit. Interim invisibiliter & mysticè, verè tamen & realiter (non σχιαμῶς solùm, quæ est imaginaria præsentia) nobiscum adesse potest in hisce terris in sacrâ cœnâ.

"NB Præsen-
" tiam non
" præsentiam
Calviniani do-
cent.

31. Si nos non sumus eo in loco, vbi est caro Christi, sequitur carnem Christi in cœnâ nobis præsentem non adesse. Ratio consequentiæ est: quia nos sumus præsentes eo in loco, vbi cœna peragitur. Atqui nos non sumus in eo loco, vbi nunc est caro Christi, vt Calviniani volunt. Ergo sequitur carnem Christi in cœnâ præsentem nobis non adesse. Hæc conclusio sequitur ex principio Calviniano (falso tamen: nam Minorem negamus, si ἁπλῶς

Beza 1. part. responſ. ad acta colloq. Mompel. edit. poſter. pag. 61.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0176
Mecklenburg Vorpommern

ἁπλῶς intelligatur, & vniversaliter: Si verò de cœlo tantùm, concedimus quidem: sed nihil ad Rhombum: ita enim credimus in cœlo, vt confiteamur etiam in terris adesse) Quomodo igitur hi homines crederent veram & realem præsentiam corporis Christi in cœna? Fumi sunt verborum, quibus simpliciores decipiunt.

Vbi igitur vestræ voces, Beza, (in libro eodem pag. 41.) non pani, sed nobis: non ori, sed menti præsens esse corpus Christi? Estné tibi idem: nobis verè præsens, & nobis verè absens? Loqueris autem de negotio cœnæ. Quicquid autem in cœna à nobis verè absens, id nec nobis nec menti nostræ præsens in cœna. Perpende etiam quòd mens nostra realiter tantùm sit in terris: perpende etiam quòd tu illocalem & invisibilem realem præsentiam corporis Christi in cœnâ negas, & tui fraterculi. Fortis itaq; hæc contradictio vestra.

32. Si essentia carnis Christi à nobis verè absens, sequitur quòd in cœnâ sacra nobis non sit verè præsens. Ratio est hæc: quia verè absentem esse à nobis, & simul verè præsentem esse nobis vnam eandemq; essentiam carnis Christi sunt contradicentia. Atqui iuxta Calvinianos essentia carnis Christi à nobis est verè absens. (Sunt verba Bezæ 1. part. respons. ad acta colloq. Momp. pag. 61. 62.) Ergo sequitur, quòd in cœnâ sacrâ essentia carnis Christi nobis non sit verè præsens. Si conclusio vera est, sequitur Calvinianos non veram; sed fictam & imaginariam duntaxat statuere præsentiam corporis Christi in cœna, quod aliàs plenis buccis negant. Si falsa: Ergo alterutra propositio: Non Maior, vt ostensum; Ergo Minor, quæ est Calvinianorum: Vera igitur erit, quæ ipsi contradicit, nempe essentiam carnis à nobis verè absentem non esse, sed præsentem, quod præsentiam sacramentalem (quæ tamen realis, & non imaginaria duntaxat, vt Calviniani volunt) & personalem, vt Bonaventura loquitur, attinet. Interim non nego naturaliter & localiter abesse. Notare autem velim benevolum lectorem, quòd Bezæ verba illa, in hac & præce-

acente

dente sect. allegata, oppenat præsentiæ realis corporis Christi in cœna, quam nos ex verbis Christi tuemur. Qua conscientia itaq; hi homines clamitant, sibi iniuriam fieri, quando illis tribuitur, quod negent præsentiam corporis Christi in cœna?

33. Si eodem modo caro Christi nobis est præsens in cœna nec alia præsentia, quàm Patribus in veteri Testamento, sequitur eam nullo modo reali nobis præsentem esse, nec vllo modo nobis in cœna realiter exhiberi. Ratio consequentiæ est hæc: quia caro Christi in Veteri Testamento prorsus actu reali nondum fuit: quicquid autem actu reali nondum est, id nec actu reali exhiberi, nec actu reali præsens esse potest: nisi quis non Entis realia accidentia (NB. realia non intentionalia, quæ duo in hac quæstione, Calviniani confundunt, quod notari velim) & sic accidens sine subiecto absurdè, ac per implicationem contradictionis statuere velit. Vmbra non est corpus. Veteres habuerunt vmbram Coloss. 2 Ebr. 10. Crediderunt in Messiam in carnem venturum & exhibendum, & non incarnatum; sed incarnandum. Fides quidem in Christum semper est eadem, & semper idem Christus, inde tamen non sequitur, quòd in veteri Testamento caro fuerit præsens: sed definito demum tempore λόγῳ est factus caro. Ioh. 1 Gal 4. Vel doceant Calviniani, quibus scripturæ verbis vera carnis & sanguinis Christi præsentia in sacramento Veteris Testamenti fuerit promissa. Atqui iuxta Calvinianos eodem modo Christi caro nobis est præsens in cœnâ, nec alia præsentia, quàm qua patribus in Veteri Testamento. Ergo sequitur eam nullo modo reali nobis præsentem esse in cœna, nec vllo modo nobis in cœnâ realiter exhiberi. Conclusio est absurda, testibus ipsis Calvinianis, si verum est, quod scribunt, se credere præsentiam corporis Christi in cœna. Quid pluribus? verè hi homines negant omnem realem præsentiam corporis Christi in cœna, atq; sic nudum panem nobis relinquunt; quod certissimè ex illorum principijs sequitur, vt ostendimus.

NB. Invictum argumentum.

NB.

Calvinus libr. 4. institut. cap. 14. sect. 23. inquit: Quicquid nobis hodie in Sacramentis exhibetur, (NB) id in suis olim recipiebant Iudæi, Christum scilicet, cum

spiritualibus suis divitijs. Idem docet Beza pag 40. 44. 45. in quæstion. & respons. de Sacram. edit. anni 1581. Idem Sadeel & Pezelius in libris eorum, iam aliquoties allegatis. Vide infra sect. 47.

34. Sed confugiunt tandem ad sacram suam ancoram (sed minimè tutam) dicentes: Fidei hanc esse vim, vt res futuras, absentes & remotissimas faciat verè præsentes (vbi hoc scriptura tribuit Fidei, dicite quæso Calviniani?) Quamvis igitur corpus Christi neq. in terris existat, sed solùm in cœlo, neq. ore manducetur, tamen posse præsens esse in cœna, quatenus fide corpus Christi contemplamur, idq. vnà cum beneficijs nobis applicamus Fidei igitur præsens esse, non ori: menti, non pani. Fidei enim omnia esse verè præsentia Anthonius Sadeel volum. oper. Theolog. fol. 300. Beza 1 part. respons. ad acta colloq. Mompelg. edit. poster. pag. 41. 52. 53. Vrsinus & Pezelius in libris, supra aliquoties allegatis: Cum quibus cæteri omnes consentiunt. Sed, bone Deus, quàm multa absurda Philosophica & Theologica hinc sequuntur! Certè ex hoc vnico Calvinianorum paradoxo appareret, illos aut data opera esse malos, aut traditos in reprobum sensum (quod facilius crediderim) aut veræ Philosophiæ & Logicæ sincerioris esse ignaros. Monstrabo absurda. Si fides res futuras facit verè (NB. verè: hoc enim asserit Beza in locis allegatis: neq. imaginatio vel imaginaria præsentia quicquam ad rem: de vera & reali præsentia est quæstio) præsentes, sequitur futurum verè esse præsens: ratio consequentiæ est hæc: quia fides etiam futurum apprehendit. Atqui fides, iuxta Calvinianos, res futuras facit verè præsentes: Ergo sequitur futurum esse verè præsens. Conclusio est absurda, & implicat contradictionem manifestam, cum in æternum fieri non possit, vt futurum sit verè præsens (de imaginatione non est quæstio) sic enim simul esset & verè non esset quod absurdissimum absurdum, & impossibile ἁπλῶς omnibus fatentibus (Aristoteles in libr. 4 Metaphysic.) Ergo alterutra propositio Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum.

NB. Flosculi Calvinianorũ: fidei nihil futurum: fidei nihil absens: fidei nihil præteritum.

35. Si fides res absentes facit verè præsentes: absens erit verè præsens. Sed iuxta Calvinianos fides facit res absentes verè præsentes.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0179
Mecklenburg Vorpommern

præsentes. Ergo absens erit verè præsens. Conclusio est absurda & implisat contradictionem.

36. Si etiam fidei omnia sunt verè præsentia, præteritum etiam erit verè præsens. Sed iuxta illos fidei omnia sunt verè præsentia. Ergo etiam iuxta Calvinianos præteritum erit verè præsens Conclusio est absurda & contradictoria.

37. Si fides facit res absentes verè præsentes, verè præsens erit creatio Mundi, incarnatio filij Dei, passio Christi &c. verè præsens iam erit vita æterna, resurrectio mortuorum &c. quæ omnia sunt verè absentia. Atqui iuxta Calvinianos fides facit res absentes verè præsentes. Ergo sequitur, creationem Mundi verè esse præsentem, item incarnationem, passionem Christi &c. resurrectionem mortuorum. Conclusio est absurdissima & falsissima: nam creatio nullo modo est præsens: credimus namq; creationem esse factam, & non præsentem: nec creatio ullo modo fidei est præsens, quippe quæ transijt, non amplius est: creaturæ autem sunt. Sic passio Christi nullo modo fidei est præsens: credimus Christum passum, non patientem: imò ipsa passio amplius non est in rerum naturâ: (nam si esset, esset in corpore Christi, cum non sit extra subiectum patiens, quod est contra Paulum Rom. 6. 1. Corinth 15.) Quomodo igitur verè præsens erit: species intelligibilis adesse potest; sed non ipsa passio. Alterutra igitur propositio absurda erit &c.

NB. Paradoxa Calvinianorũ.

38. Si fides res futuras & absentes facit verè præsentes, & fidei omnia sunt verè præsentia, fides falsò res apprehendit, quia non apprehendit res, quales sunt, sed quales non sunt: Cum enim intuetur rem absentem tanquam præsentem, falsò eam intuetur: & non qualis est, sed qualis non est: non enim est præsens, sed absens. (Ex. gr si apprehenderet creationem Mundi, vt præsentem, falsò eam apprehenderet, quia præsens non est: Si autem fides apprehendit seu intuetur creationem Mundi tanquam præteritam & absentem, vt verè est, quomodo quæso fidei verè præsens

NB.

præsens erit?) sed iuxta Calvinianos fides facit res futuras & absentes verè præsentes. Ergo fides falsò res apprehendit. Conclusio est absurda Ergo & alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum.

39. Si fidei omnia sunt verè præsentia, & fides facit res absentes & futuras verè præsentes, sequitur nullam esse fidelem spem: spes enim non est rerum præsentium: sed duntaxat futurarum. Rom. 8 Atqui iuxta Calvinianos fidei sunt omnia verè præsentia, & fides facit res absentes ac futuras verè præsentes. Ergo iuxta Calvinianos nulla est fidelis spes: Conclusio est absurda, & contradicit epistolæ ad Ebr. 11. fides est ὑπόστασις τῶν ἐλπιζομένων. Ergo & alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor &c.

40. Si fidei omnia sunt verè præsentia, sequitur nullam esse fidelem memoriam seu recordationem: ratio est: quia memoria non est rei præsentis, nec rei memoria cum eiusdem præsentia stare potest, ne tempus præsens cum præterito confundatur, vt supra ex Sadcele audivimus, (concilient itaq; hæc duo principia verè contraria, si possunt) Atqui iuxta Calvinianos fidei sunt omnia verè præsentia. Ergo iuxta Calvinianos nulla erit fidelis recordatio seu memoria. Conclusio est absurda. Ergo alterutra propositio, Non Maior, vt ostensum: Ergo Minor &c.

NB. Beneficiorum Christi verè fuerunt participes facti in Veteri Testamento, vt remissionis peccatorum, iustificationis, & sanctificationis &c. Ipsam autem carnem Christi in suis Sacramentis præsentem non habuerunt, quia actu nondum exsistebat Confusio igitur substantiæ & effecti. Effectorum passionis & mortis Christi fuerunt participes, quia æquè pro illis, qui fuerunt in Veteri Testamento, quàm pro nobis in Novo Testamento est passus: nec tamen passio ipsa actu præsens fuit in Veteri Testamento.

Sic Abraham vidit diem Domini, quatenus credidit in illum, non tùm præsentem (sic namq; falsa ipsius fides fuisset) sed certò futurum & exhibendum

lendum in plenitudine temporis. Hæc itaq; nihil ad rem. Non est hæc fidei vis & natura, vt omnia loca & tempora confundat. Observent etiam Calviniani discrimen inter promissionem, & rem ipsam promissam: promissio præsens: sed non semper res promissa, quæ futura.

41. Si fidei omnia sunt verè præsentia, sequitur falsum esse, quòd Patres Veteris Testamenti crediderint in Messiam venturum & futurum: ratio consequentiæ est in promptu: quia sic falsam habuissent fidem, cum fidei omnia sint verè præsentia. Atqui iuxta Calvinianos fidei omnia sunt verè præsentia. Ergo falsum est, quòd patres Veteris Testamenti crediderint in Messiã venturum & futurum. Conclusio est absurda & apertè contradicit scripturæ. Ergò & alterutra propositio. Non Maior, vt patet. Ergo Minor, quod erat ostendendum.

42. Si absurdum est rei præsentis adventum exspectari, sequitur corpus Christi in cœnâ sacrâ fidei verè præsens non esse: quia corporis Christi adventum exspectamus Act. 1. 1. Cor. 11. Atqui iuxta Calvinianos absurdum est rei præsentis adventum exspectari, (apud nos autem non est simpliciter absurdum, vt dictum) vt ex Sadeele supra monstravimus sect. 30. Ergo sequitur, corpus Christi in sacrâ cœnâ fidei verè præsens non esse. Conclusio est absurda, testibus ipsis Calvinianis. Ergo alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum. Si autem conclusio vera, vbi manet principium illorum alterum: Fidei omnia sunt verè præsentia. Alterutrum principium falsum erit. Conciliate vos Calviniani, si potestis.

43. Deniq; si fides res absentes facit verè præsentes, sequitur, quòd πίστις sit causa τῶ πίστου tanquam sui obiecti. Atqui iuxta Calvinianos fides facit res absentes verè præsentes. Ergo ἡ πίστις est causa τῶ πίστου tanquam sui obiecti. Conclusio est absurda apud omnes sanieres Philosophos & Theologos. Nam vt scientia non est causa rei scibilis, sed scibile est causa scientiæ (non enim quia scimus, idcirco est, sed quia est idcirco scimus)

sensile est causa sensus, & non sensus causa sensilis: Sic etiam τὸ πιστὸν est causa τῆς πίστεως: Non enim quia credimus (NB. hæc non est vis fidei, vt Calviniani volunt idcirco est; sed quia est, idcirco credimus. Non igitur necessu est, vt quia fides apprehendit corpus Christi, corpus Christi fidei sit præsens: Sed quia verè præsens est (at quibus verbis in cœnâ corpus Christi verè præsens esse Calviniani probabunt, si illorum Metonymia valere debet) idcirco fides tanquam præsens apprehendit. Fides igitur res absentes non facit verè præsentes, nec verè coniungit absentia, vt taceam quòd de hac fidei naturâ & vi ne Iota quidem sit in scripturâ; Cum itaq; conclusio absurda sit, sequitur, alterutram propositionem esse falsam. Non Maior, vt patet. Ergo Minor, quod erat probandum.

Beza 1. part. respons. ad act. colleq. Momp pag. 52.

44. Obijcere hoc loco solent dictum Ebr. 11 fides est ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, id est, Fides est eorum quæ sperantur substantia (vt Erasmus vertit) argumentum eorum, quæ non videntur. Verùm nihil ad rem: Est quidem ὑπόστασις rerum sperandarum, sed propterea tamen non facit, vt res sperandæ sint actu & verè præsentes: Sed firmiter eas amplectitur atq; tenet, non secus ac si præsentes adessent. Confundunt Calviniani promissiones ipsas cum rebus promissis: Fides certò apprehendit promissionem in præsenti, ac certò statuit hoc futurum (hæc est certitudo fidei) quod est promissum: Interim tamen non necessum est, rem promissam certò præsentem esse. Ex. gr. Credimus firmâ fide resurrectionem mortuorum, id est, verâ fide apprehendimus promissionem de resurrectione mortuorum, ac certò eam futuram credimus, nec tamen interea necessum est, vt resurrectio ipsa mortuorum fidei præsens sit: credit namq; eam non præsentem; sed futuram. Eadem est ratio in cæteris. Vnde apparet quomodo fide verâ Patres in veteri Testamento apprehenderint Christum, nondum in carne exsistentem.

Eiusdem sententiæ est Augustinus Marloratus Calvinianus,

mus, qui in expositione huius loci dicit fidem esse fulturam & possessionem rerum absentium, & quidem ratione promissionum, quatenus fides assentitur omnibus promissionibus de misericordia Dei &c. Legatur locus Marlorati. Turpis itaq; confusio promissionis & rei ipsius promissæ: illam præsentem in præsenti: hanc non præsentem, sed vt absentem & certo futuram apprehendit. Si enim fidei omnia essent præsentia, non apprehenderet futurum, quod absens. Clarissimè hæc elucent ex eiusdem capitis vers. 13. qui sic habet: Iuxta fidem mortui sunt hi omnes (in veteri Testamento) cum non accepissent promissiones (intellige quoad complementum & eventum promissionum factarum): sed procul eas vidissent & credidissent, salutasséntq; & confessi fuissent, se hospites & advenas esse in terrâ. Vrgent quidem vocabulum ὑπόστασις (Calvinus libr. 3 instit. cap 2. sect. 41. Et Sadeel volum. oper. Theolog fol. 461.) Sed præter rem: id enim hoc loco non significat substantiam vel substantiam (vt Erasmus & Calvinus vertunt) sed firmam fiduciam seu fiduciam exspectantem, quod Philippus Melanchthon (quem tanquam patronum suum non reiicient) his verbis exprimit in locis communibus: Fides est ὑπόστασις rerum sperandarum. Constat enim ijs, quibus phrasis nota est (NB.) hypostasin significare exspectationem, hoc est, fiduciam exspectantem. Hactenus ille. Non enim semper est eadem significatio vocabuli ὑπόστασις, sicuti nec verbum ὑφίσταμαι, vnde ὑπόστασις descendit & derivatur, idem significat, de quâ re consulant autores Græcos: Significat enim quandoq; præsentiam animi, fortitudinem, audaciam, fiduciam, firmum propositum. Hinc ponitur sæpe pro παῤῥησία, vt inprimis patet ex vers. 6. & 14. cap. 3. Epist. ad Ebræos. Vers. 6. hic est: At Christus tanquam filius administravit domum ipsius, cuius domus sumus nos, si fiduciam & gloriationem spei vsq; ad finem firmam tenuerimus. Vers. 14. Christi participes facti sumus si sanè τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως vsq; ad finem firmam tenuerimus. Collatio horum

duorum versuum apertè meam sententiam comprobat: Imò ipse Calvinus & Augustinus Marloratus in expositione huius 14. versus ὑπόστασιν vertunt per firmam fiduciã & initium ὑποστάσεως nominat initium fidei. Verba Calvini sunt, quæ & Marloratus citat super hoc cap. 3. Summa igitur est, vt fides cuius initia duntaxat nobis constant, usq; in finem constans & firma progrediatur. Hactenus ille. Et si strictè hic vellemus vocabulum ὑποστάσεως vertere pro subsistentiâ & propriè accipere, sequeretur, quòd fides esset verè substantia & essentia eius rei (nempe resurrectionis, adventus Christi ad iudicium) quæ nondum est, contradictio. Opponitur hoc loco vocabulum ὑπόστασις alteri vocabulo, ἀπιστία, diffidentia. Cum quâ expositione consentiunt per omnia Chrysostomus & Theophilactus. Nulla itaq; ratione Calviniani ex hoc loco concludere poterunt, fidem facere rem absentem verè præsentem, aut efficere, vt exstent quæ sperantur, quemadmodum Sadeel & Calvinus in locis allegatis interpretantur, quæ

NB. „ interpretatio est contradictoria: Si exstant, non sperantur: Si „ sperantur, non exstant. Confusio est promissionis & rei promissæ, vt antea dictum, & ludunt in vocabulo ὑποστάσεως, quod hic non significat propriè subsistentiam vel substantiam, vt vidimus, sed „ certam & firmam fiduciam & exspectationem: exspectamus autem absentia & futura. Manet itaq; firmum, non omnia fidei verè præsentia esse, quod contra Calvinianos erat demonstrandum. Vnicum addo: proferant Calviniani vnicum scripturæ

NB. „ dictum, quo probent, carnis Christi præsentiam realem fuisse „ promissã in Sacramentis veteris Testamenti. Non possunt. Quod

Syllogismus invictus „ nondum actu est, id nec verè præsens est, præsentia enim præsupponit essentiam rei. Caro Christi in veteri Testamento nondum actu fuit. Ergo in veteri Testamento nec verè præsens fuit. Cur igitur Calviniani præstigijs verborum ludunt, nisi quod stimulo conscientiæ vrgentur, præsentiam corporis Christi in cœna credendam Beneficiorum Christi fuêre participes in veteri Testamento?

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0185
Mecklenburg Vorpommern

mento: ipsa caro actu nondum fuit, sicuti & fructus passionis Christi fuerunt participes, etsiamsi Christus nondum fuerat passus; Sed passio adhuc certò tamen futura erat. Ex. gr. liberatur quis ex captivitate pecuniâ nondum solutâ, quia certo est numeranda & solvenda. Fumos itaq; verborum vendunt Calvinistani. N.N.

45. Sed propius ad rem. Si corpus Christi non nisi fidei nostræ est præsens, sequitur quod ipsum corpus Christi verè præsens in cœnâ non adsit, sed tantùm imago seu species corporis Christi. Atqui iuxta Calvinianos corpus Christi non nisi fidei adest in cœnâ præsens. Ergo sequitur quòd ipsum corpus Christi verè præsens in cœnâ non adsit, sed tantùm imago seu species corporis Christi. Conclusio est absurda, testibus ipsis Calvinianis, & pugnat cum his verbis Christi, Quod pro vobis traditur: Imago enim seu species corporis Christi pro nobis non est tradita. Ergo alterutra propositio, cum ex veris non nisi verum sequatur. Non Maior, vt mox probabitur. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum falsa erit, & quæ ei contradicit vera, quod erat ostendendum. Consequentia Maioris est manifesta, vt omnes sani Philosophi & Theologi confitentur. Fides est accidens animæ. Ergo non egreditur animam tanquam suum subiectum. Proinde si corpus Christi est verè præsens fidei, erit verè in his terris, ibi vbi est fides in animâ nostra: fides enim nostra realiter non nisi in animâ & in his terris. Negant autem omnes Calviniani corpus Christi verè præsens esse in his terris. Ergo etiam negabunt corpus Christi verè fidei præsens esse. Syllogismus: Quicquid non est ibi, vbi est fides, id fidei verè præsens non est, ex naturâ relatorum. Atqui corpus Christi, iuxta Calvinianos, non est ibi, vbi est fides: quia fides realiter tantùm est in terris, nempe in anima, quam tanquam suum subiectum non egreditur: corpus autem Christi, iuxta Calvinianos, tantum est in cœlo, & non in terris. Ergo iuxta Calvinianos corpus Christi non est verè præsens fidei.

Beza 1. part. respons. ad act. colloq. Momp. pag. 41. 61. 62.

Piscator in tractat. de cœna Domini Germ. in 4. pag. 9.

Invictum argumentum contra Calvinianos.

Vide acutissimum philosophum Zabarellam in libr. de speciebus intelligibilibus. Similiter & magnum illum Scaligerum de subtilitatibus contra Cardanum exercit. 307. sect. 21. sic discurrentem: Intellectio aut est actio aut passio animæ. Passionem esse manifestum est. Quia videtur eodem recipi tenore species rei in sensum primò, in phantasiam mox, tum in intellectum. Receptio verò est passio: quod si ita est, videtur item obiectum esse efficiens causa intellectionis. Intellectionem autem esse receptionem speciei in intellectum: sicuti sensionem in sensum &c. Consentit Augustinus Tom 1. libr de quantitate animæ cap. 5. Aug. Meminisline vrbis Mediolanensis? Ad. valde memini. Aug. Nunc ergo quia eius facta est mentio, recordaris quanta & qualis sit? Ad. Recordor sanè: ac nihil recentius atq; integrius. Aug. Num ergo cum oculis eam non videas, animo vides? Ad. Ita est. Aug. Meminisli credo etiam, quanto spacio terrarum hinc à nobis longè absit? Ad. Ita & hoc memini. Aug. Vides itaq; animo etiam ipsorum locorum distantiam? Ad. Video. Aug. Cum igitur anima tua hic sit, vbi corpus: nec vltra spacium eius porrigatur, vt superior ratio demonstrabat, vnde fit, vt illa omnia videat? Ad. per memoriam hoc fieri puto; non quod illis locis sit præsens. Aug. Imagines ergo illorum locorum memoriâ continentur. Ad. Ità sentio. nam & quid ibi nunc agatur ignoro: quod vtiq; non ignorarem, si animus meus vsq; ad illa loca porrigeretur, præsentiaq; sentiret. Hucusq; Augustinus quæ conferantur cum Calvinianorum ascensione fidei in cœlum &c.

46. *Deinde sicut omnis intellectio hominis fit in animâ, non extra animam (quod enim extra animam esset subiectum intellectionis in quo?) Sic etiam fides realiter tantùm est in anima & non extra animam: Est enim fides intellectio quædam seu noticia. Intellectio enim, vt acutissimi Philosophi pariter & Theologi docent, est receptio speciei in intellectum, sicuti sensio est receptio speciei in sensum. Non enim intellectio fit per emissionem, quod absurdum, cum intellectio sit actus mentis internus, non externus, nec intellectio extra hominem esse possit; Sed per receptionem: recipit autem non rem ipsam extra mentem existentem (non enim extra mentem est) sed speciem rei extra mentem subsistentis: non ipsum obiectum (quod sæpe corporeum, nec animam*

ingredi

ingredi potest sed obiecti speciem, seu si mavis non immediatè obiectum; Sed obiectum per speciem recipit, ita vt ipsum obiectum, quod sæpe præteritum vel futurum, vel remotissimum, non sit præsens; sed maneat extra & absens, præsente solâ specie seu imagine obiecti (intelligit tamen per speciem rem ipsam, vt oculus videt colorem per speciem coloris) Quemadmodum enim visio sit non per emissionem; sed receptionem, vt Philosophi seniores accuratè docent: Ita & intellectio fit per receptionem, & non per emissionem. Quemadmodum autem oculus non recipit ipsum realem colorem, qui extra oculum manet, sed duntaxat speciem seu imaginem realis coloris, vt eruditissimè Iacobus Zabarella Patavinus Philosophus oculatissimus in libro de visu docet, ita etiam mens intelligendo non recipit ipsam rem, seu ipsum obiectum, quod semper extra mentem manet, nec menti est verè præsens; sed tantum speciem rei seu obiecti extra mentem subsistentis. Ex. gr. cum mente meâ intelligo, quid sit equus, non recipio in mentem meam ipsum realem equum verè extra mentem exsistentẽ, nec equus realis meæ menti verè est præsens: sed tantum speciem seu imaginem equi, & tantũ species equi meæ menti verè est præsens: omne enim receptum inest recipienti non secundum modum rei receptæ, sed secundum modum recipientis. Pulcher est locus subtilissimi Scaligeri exercitat. 307. sect. 21. Quomodo, inquit, substantia defertur per sensum? Nihil enim percipit sensus præter accidens: illud nemo vnquam accepit auditione. Ludunt autem operam qui aiunt: eiusdem notionis esse (speciem) cum ipsâ rei substantiâ Nam quibus machinis se intulit in sensum? Quibus artibus substantia exijt è seipsâ, atq; eadem manens, translata per diversa subiecta, penetrat ad intellectum, in quo figat sedem? Hactenus ille. Proinde cum Calvinistæ doceant, corpus Christi non nisi fidei & menti nostræ præsens esse, docent necessariò, tantùm speciem seu imaginem corporis Christi, non autem ipsum corpus Christi verè præsens esse,

quod

„ quod absurdum esse, iam ostensum est. Quicquid enim fidei &
NB. „ menti tantùm præsens est, id non realiter; sed obiectivè tantùm
„ & intentionaliter præsens dicitur, quod etiam Beza agnoscere
videtur (1. part. resp ad acta colloq Momp pag. 62) qui hanc præ-
sentiam apertè collocat in imaginatione. Hæc autem vera præ-
sentia non est, sed imaginaria duntaxat. Sicuti enim nemo di-
cit, colorem realem extra animum existentem, oculo verè præ-
sentem esse, quamvis speciem coloris elicitam recipiat (Sadeel
NB. „ ipse in volum. oper Theolog. fol. 278. fatetur, res ipsas quæ e-
„ xternos nostros sensus afficiunt, non pervenire ad mentem no-
stram, sed tantum earum ὁμοιώματα. Ergo etiam non ipsum cor-
pus Christi: Sed tantum ὁμοίωμα corporis Christi nobis præsens
erit in cœnâ. Absurdum) Sic etiam nemo asserere audebit, cor-
pus Christi verè præsens esse menti vel fidei, etiamsi imaginem,
vel speciem, vel ὁμοίωμα corporis verè extra animum hominis
„ iuxta Calvinianos existentis, recipiat. Sciant namq; Calvinia-
„ ni, aliud esse verè præsens, aliud autem obiectivè & intentiona-
„ liter duntaxat præsens esse. Sciant & hoc mentem & fidem no-
NB. „ stram pro obiectis habere non solùm res præsentes; sed & absen-
„ tes: & quod res absentes intueantur non tanquam præsentes, sic
„ enim falsò eas intuerentur, sed tanquam absentes. Cum igitur
iuxta Calvinianos corpus Christi tantum sit in cœlo, nec in his
terris, sequitur quòd fides nostra ipsum corpus Christi reale ap-
prehendat non vt præsens, sed vt absens. Quapropter necessariò
ex propriis Calvinianorum hypothesibus sequitur, quod corpus
Christi reale fidei nostræ præsens non sit. Ex quibus omnibus &
singulis luce meridianâ clarius apparet, Calvinianos non credere
veram præsentiam ipsius corporis Christi in cœnâ, sed præsentiam
„ non præsentiam, corporis non corporis, imò illos duntaxat ima-
NB. „ ginem seu speciem corporis Christi præsentem in cœnâ relinquere,
„ non autem ipsum corpus, vt ex rationibus allatis patet. Non
„ igitur fit illis iniuria, cum nostri Theologi scribunt, quod fabri-
cent

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0189
Mecklenburg Vorpommern

cent corpus imaginarium (vece imaginationis Beza expresse vtitur in hac quaestione loco superius allegato) in cœnâ, ipsum autem corpus Christi in cœnâ verè & realiter abesse statuant, atq; sic nudum panem, & nudum vinum in cœnâ relinquant. Tantum de praesentiâ corporis Christi. Nunc de manducatione corporis Christi in cœnâ Sacramentali.

De manducatione corporis Christi Sacramentali Leo serm. 6. de ieiunio: Sic sacræ mensæ communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis & sanguinis Domini ambigatis, Hoc enim ore sumitur, quod corde creditur. Hæc verba de pane non possunt intelligi, vt nec verba Gregorij, quæ infra allegabuntur: quia panis corde non creditur.

47. Ostendemus autem per absurdum, Calvinianos nullam relinquere in cœnâ manducationem carnis Christi huic Sacramento propriam, atq; sic Christum iuxta illos tantum panis manducationem instituisse in cœnâ. Si Patres Veteris Testamenti nobiscum eandem escam manducârunt, & eundē spiritualem potum biberunt, sequitur aut nos in novo Testamento manducare Manna, & bibere de petrâ, quæ propter typum appellatur spiritualis, aut impios in veteri Testamento Israelitas fide manducâsse corpus, & bibisse sanguinem Christi. Ratio consequentiæ est manifesta: quia Paulus vniversaliter loquitur de Israelitis, quorum plures Deo non placebant. Ergo & impij eandem escam ederunt. † Si igitur per escam intelligatur caro Christi, sequitur impios edisse carnem Christi. Si verò Manna intelligatur, & nihilominus illi eandem escam nobiscum ederunt, sequitur quod & nos Manna edamus. Atqui iuxta Calvinianos eandem nobiscum escam ederunt, & eundem potum spiritualem biberunt. Ergo sequitur, aut nos in novo Testamento manducare Manna, & bibere de petrâ, aut impios in veteri Testamento manducasse corpus Christi. Vtrumq; membrum conclusionis est falsissimum & absurdissimum. Ergo & alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod

† Ostendite vos Calviniani, quibus verbis in Veteri Testamento præsentia carnis Christi & in Sacramentis veteris Testamenti fuit promissa.?

Calvinus libr. 4 Instit. c. 14 sect. 23. Verba in sect. 33. supra sunt allegata.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0190
Mecklenburg Vorpommern

Sadeel volum. quod erat ostendendum. Observa quod vocula Nobiscum in tit. oper. Theolog. xtu Paulino 1. Cor. 10. non legatur, sed Calvinus & Sadeel in fol. 284 301. locis allegatis eam contra mentem Pauli infarciunt.

S. Patres etiam ore corpus Christi manducari docent. Tertul. libro de resurrect. carnis. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt & anima à Deo saginetur. Augustinus Tom. 6. lib. 2. cap. 9. contra adverss. legis & Prophetarum fol. 459 Mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum carnem suam nobis manducandam bibendumq; sanguinem dantem fideli corde atq; ore suscipimus. Tom. 2. Epist. 118. fol. 361 placuit Spiritui sancto vt in honorem tanti Sacramenti in O S Christiani prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi. (per Sacramentum autem Augustinus intelligit integrum Sacramentum, vt supra ostendimus, & circa finem capitis monstrabitur) Item sermone de tempore 215. Gregorius homil. 22 Pascha Quid sit sanguis agni, iam non audiendo, sed bibendo didicistis: qui sanguis super vtrumq; postem ponitur, quando non soluni ore corporis; sed etiam ore cordis hauritur.

48. *Si non nisi fide manducamus carnem Christi in sacrâ cœnâ, nec alia est manducatio in cœnâ, quàm quæ Ioh. 6. describitur, & qualis fuit in veteri Testamento, sequitur fideles in Sacramento cœnæ non nisi nudum panem manducare: ratio est in promtu: quia fidem iam ante vsum sacræ cœnæ habent, & iam fide corpus Christi manducarunt, sequitur etiã nullam esse manducationem corporis Christi in cœnâ institutam: Nam manducatio spiritualis, quæ fit per fidem, non est Sacramento cœnæ, quod est Sacramentũ novi Testamenti propria, cum etiam extra Sacramentum fiat, atq; sic nullam esse manducationem corporis Christi Sacramentalem. Nam non persuadebunt nobis, manducationem panis Eucharistici, cum ipsum corpus non percipitur vnà cum pane, esse manducationem Sacramentalem, si maximè concedamus, panem esse signum corporis Christi, cum aliud longè sit manducare panem Eucharisticum, & longè aliud ipsum corpus Christi manducare. Atqui iuxta Calvinianos verum est prius. Ergo etiam iuxta eosdem verum erit posterius, quod tamen*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0191
Mecklenburg Vorpommern

men absurdum. Absurda itaq; illorum Minor propositio, ex quâ hoc sequitur.

49. *Si verbum, manducare, in cœnâ idem significat, quod fide manducare, sequitur etiam quod fide manducemus panem Eucharisticum: ratio est in promtu: quia illud verbum, manducare, expressè dicitur de pane, vt ipsi Calviniani fatentur (Sadeel fol. 290.) Ergo sequitur nos fide manducare etiam panem. Conclusio est absurda & Idolatrica. Ergo & alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum.*

50. *Excipiunt contra Minorem dicentes:* Vocabulum manducare duplicem habere significationem in cœnâ: & oris & fidei manducationem significare: oris respectu corporis: fidei respectu animi. *Sed si absurdum est vnam eandemq; locutionem esse figuratam respectu animi, & non respectu corporis, absurda etiam erit hæc interpretatio verbi, manducare: quia facit verbum, manducare, proprium respectu corporis, & figuratum respectu animi. Sed iuxta Calvinianos absurdum est (verba Anthonij Sadeelis Calviniani sunt hæc fol. 287. Eritne figurata locutio respectu animi, & non erit respectu corporis? vnde tantum discrimen? vbi tanti discriminis τὸ ῥητὸν? En hominum somnia. Hactenus Sadeel falsò contra nos, verè contra se) vnam eandemq; locutionem esse figuratam respectu animi, & non figuratam respectu corporis. Ergo etiam absurda est hæc interpretatio vocabuli, Manducare. Insuper vbi Christus sic distinxit in textu seu verbis cœnæ?*

Embdenses in suo mendacissimo libro historico de cœnâ Domini cap 12 pag. 189. edit. anni 1592. vbi afferunt exempla, quæ nihil faciũt ad rem, inest enim in illis aperta synecdoche. Nec congruunt, vt ratio Sadeelis allata docet.

51. *Si cœna Domini dignè sumenti est Sacramentum, indignè sumenti non est cœna Domini, sed potius prophanatio cœnæ Domini, sequitur quod fides faciat cœnam Domini & incredulitas destruat. Sed iuxta Calvinianos (Sadeel fol 294 Pezel in tractatu de cœna Domini pag. 357. 358.) cœna Domini est* Sacramentum dignè sumenti; indignè sumenti non est cœna Dor-

mini. *Ergo fides facit Sacramentum seu cœnam Domini, & in-*
,, *credulitas destruit. Conclusio est absurda: Sola enim institutio*
,, *facit Sacramentum, & non fides hominum: fides facit quidem*
NB. ,, *vt sit salutaris cœna: Sed vt sit Sacramentum hoc non facit.*
,, Abusus rei non tollit rem, sed præsupponit rem. Vinum est vi-
,, num nihilominus, etiamsi quis eo abutatur: verbum Dei nihi-
,, lominus est verbum Dei, etiamsi quis ei non credat, nec pro-
,, pterea desinit esse verbum Dei. *Ergo & alterutra propositio ab-*
surda erit. Non Maior: Si enim cœna Domini non est cœna Do-
mini vel Sacramentum, quia non credit, esset autem si crederet,
sequitur quod fides faciat Sacramentum, & incredulitas destruat, Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, falsa erit.

52. *Si cœna Domini indignè sumenti non est cœna Domi-*
ni: sed prophanatio cœnæ Dominicæ, sequitur necessariò quod sit
abusus eius rei, quæ non est, accidens Reale non Entis, qualitas
,, *sine subiecto. Atqui iuxta Calvinianos in locis allegatis in præce-*
NB. ,, *dente sect. cœna Domini indignè manducanti non est cœna*
Crassum ab- ,, *Domini, sed prophanatio cœnæ Domini Ergo sequitur necessariò,*
surdum Cal- ,, *quod sit abusus eius rei, quæ non est, accidens reale non Entis,*
vinianorum. *qualitas sine subiecto. Conclusio est absurda:* quomodo id pro-
phanari potest, quod non est? num quis abutitur vino, quod
non est vinum? *Ergo & alterutra propositio. Non Maior, cuius*
ratio est manifesta: Si enim indignus abutitur cœnâ Domini,
quæ non est cœna Domini. Ergo abutitur eo, quod non est. Ergo
Minor propositio, quæ est Calvinianorum, quod erat ostenden-
dum.

Augustinus Tom. 7. lib. 3 de Baptismo contra Donatistas cap. 14. fol. 272.

53. *Si impij accipiunt tantùm rem terrenam, id est, pa-*
nem, & non simul cœlestem, id est, corpus Christi, sequitur quod
tantùm dimidiatum accipiant Sacramentum, hoc est, nullum:
nam aut integrum est Sacramentum ratione substantiæ, aut
nullum: Si enim non est integrum ratione substantiæ, non com-
petit ei definitio Sacramenti. Atqui iuxta Calvinianos impij

Nec tantùm

tantùm accipiunt rem terrenam, id est, panem, & non simul corpus Christi. Ergo impij tantum accipiunt dimidiatum Sacramentum, hoc est, nullum. Conclusio est absurda, Donatistica, & pugnat cum omnibus orthodoxis Patribus. Ergo alterutra propositio. Non Maior, quia corpus Christi est pars substantialis cœnæ sacræ, absq; quâ non est integra cœna. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum quod erat ostendendum.

Nec interest cum de Sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accepit Sacramentum: interest quidem plurimum ad salutis viam: sed ad Sacramenti quæstionem nihil interest. Fieri enim potest, vt homo habeat integrum Sacramentum (NB. integrum Sacramentum, quod iuxta Augustinum constat visibili elementorum specie, & invisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine in sententijs Prosperi aliàs interdum vocem Sacramenti accipit tantum pro externo symbolo, quod me non latet: hoc loco autem non, vbi contra Donatistas disputat, qui concedebant indignos partem Sacramenti, nempe panem accipere, negabant autem ipsum corpus Christi illos accipere) & perversam fidem. Idem inquit libr. 5. contra Donatistas cap. 8 fol. 292. Corpus Domini & sanguis Domini nihilominus erat etiam illis, quibus Paulus dicebat, qui indignè manducat. &c.

Similiter contra Fulgentium Donatistam fol. 435. obiect. 6 Nam & Iudas proditor bonum corpus, & Simon Magus, bonum baptisma (Pezelius autem in loco allegato in sect. 51. negat fuisse baptisma rectu Simonis Magi. Transigat itaq; cum Augustino) Christi percepit? sed quia bono bene non sunt vsi, mali malè vtendo deleti sunt &c. Item Tom. 2. Epist. 164. fol. 474. Tolerat ipse Dominus Iudam, Diabolum, furem & venditorem suum: sinit accipere inter innocentes Apostolos, quod fideles norunt pretium suum (quodnam est illud pretium, dicite Calviniani? Est ne panis? absurdum. Corpus Christi est. Accepit itaq; Iudas corpus Christi: non fide, quam non habebat. Ergo ore: nullum tertium) Ad hæc loca Augustini etiam suam Metonymiam adhibent Calviniani (& sic non solùm in scriptura, sed etiam in Patribus: vbi igitur tandem propriè de cœnâ agetur?) & cum Augustinus nominat corpus Christi, illi intelligunt per Metonymiam signi pro signato, panem. Sed hoc præter mentem & scopum, imò contra contextum Augustini, vt ex parte ostensum est. Nam Augustinus in locis allegatis disputat contra Donatistas, qui non negabant impios accipere panem: sed fatebantur sicuti hoc nemo negat. Frustra igitur hoc Augustinus contra eos probasset, quod illi non negavorunt. Intelligit itaq; Augustinus ipsum essentiale Christi corpus. Deinde Augustinus asserit, impios accipere verum Sacramentum cœnæ: Calviniani negant, vide sect. 51.

54 Denig; si impij non percipiunt corpus Christi (de perceptione fidei non est quæstio: hanc enim nemo impijs, promiscuè

vsurpo impios & indignos in cœtu visibili Christianorum viventes, & sacramento cœnæ vtentes, tribuit) propterea quod non vivificantur, & vivificare tanquam perpetuus, proprius & necessarius effectus non potest separari à carne Christi, sequitur quod ob eandem causam Deus non sit in omnibus creaturis (sermo est non de præsentia Dei gratiosâ; sed generali, quâ præsenter sustentat & conservat omnes creaturas Actor. 17. Ebr. 1.)

Atqui iuxta Calvinianos impij non percipiunt corpus Christi, propterea quod non vivificantur (Sadeel fol 290, 291. 292. 293 & Pezelius tractatu de cœnâ pag 347) & vivificare tanquam proprius, perpetuus & necessarius effectus non potest separari à carne Christi. Ergo sequitur ob eandem causam Deum non esse in omnibus creaturis, nec vbiq; præsentem ratione substantiæ esse. Conclusio est absurda Ergo alterutra propositio. Non Maior, vt probabimus: Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum, & per consequens vera erit, quæ ei contradicit, quæ est nostra sententia. Consequentiæ ratio in Maioris propositione est manifesta: quia Deus non vivificat nec sanctificat omnes creaturas, etiamsi in illis sit generali præsentiâ: Et tamen vivificare & sanctificare proprijssimè competunt Deo. Sciendum itaq; quod sanctificare non sit actio naturaliter necessaria, sed voluntaria, quam Deus suspendere potest. Hæmorrhoussa tangens Christum sanabatur: sed non omnes, qui eum tangebant, eam vim animadvertebant. Aliàs vero Calviniani in doctrinâ de reali communicatione Idiomatum totis viribus insciantur carnem Christi vivificare, imò quidam illam phrasin in scripturâ exstare negant. Contradictio. Sed hic finem facio, ne numerus absurdorum nimium excrescat.

CAPVT

CAPVT IV.

DE BAPTISMO.

I.

NOn pauciora absurda Calviniani proferunt in articulo de Baptismo, quod vt planum faciamus prius nostram sententiam paucis proponam. Docent autem Ecclesiæ nostræ, Baptismum verè esse lavacrum regenerationis. Tit. 3. & baptizatos verè regenerari, quotquot baptizantur, exceptis hypocritis, qui in adultâ ætate fidem simulantes baptizentur, nec tamen, obstante hypocrisi, regenerantur: *Nos verè regenerari lavacro AQVAE* (non tanquam causa efficiente principali; sed instrumentali) *iuxta Paulum Ephes. 5. Infantes baptizatos verè credere & fidem habere Matth. 18. Marc. 10. Vnicum denique esse baptismum propriè sic dictum. Ephes. 4. Hæc omnia Calviniani partim negantes, partim mirum in modum detravantes in crassissima absurda sunt prolapsi, vt ab oculo ad oculum demonstrabimus.*

2. *Præmones autem contra futilem, elumbem & inanem cavillationem Calvinianorum, nos regenerationem & mundationem à peccatis tribuere baptismo & AQVEA baptismi, non tanquam causæ naturali quæ vim* naturalem mundandi à peccaris intitam habeat, quemadmodum cibus vim naturalem insitam habet alendi corpus, *vt cavillantur*, & quæ sine verbo & spiritu per se operetur salutem ac regenerationem, *vt mentiuntur Hungari Calviniani in sua Panharmonia pag. 204.* neq; tanquam causæ primariæ & principali efficienti, sed tanquam causæ instrumentali. *Quemadmodum enim sola misericordia Dei & merito Christi salvant, & tamen etiam fides iustificat tanquam causa*

NB.

causa instrumentalis: Sic & sola misericordia Dei & meritum
NB. Christi regenerationis & sanctificationis efficiens principalis sunt causa: & tamen baptismo regeneramur & mundamur à peccatis tanquam causâ instrumentali, per quam nobis illa beneficia offeruntur & conferuntur. Calviniani autem ex turpi & crassâ insciti Logices negant effectum propriè prædicari de causâ instrumentali, propterea quod prædicatur de causâ principali efficiente, ideoq; mox hîc Tropum fingunt: quasi verò non de vtraq; effectus prædicetur, licet καθ, ὕστερον καὶ πρότερον seu ἀφ' ἑνὸς. Architectus dicitur secare, & securis dicitur secare, sed non eodem modo Architectus principaliter tanquam causa principalis efficiens & πρώτος: securis ὀργανικῶς καὶ δευτέρως tanquam instrumentum. Non dico quod baptismus vel aqua baptismi eodem modo sit instrumentalis causa regenerationis, quo securis est instrumentum dissectionis: sed prædicationem solùm confero. Scire debebant, quod causa principalis efficiens non excludat instrumentalem causam. Sic solus Christus tanquam causa principalis efficiens salvat: Baptismus verò hac ratione non:
NB. sed solùm tanquam causa instrumentalis, per quem Deus nobis offert & confert salutem. Et si valet hac inepta consequentia Calvinianorum: Solus sanguis Christi emundat à peccato. Ergo
NB. " non baptismus: Simili ratione colligam: Si solus Christus iustificat. Ergo non fides. Conclusio est absurda & contra Paulum. Ergo & consequentia absurda erit, Idem est iudicium de Calvinianorum consequentiâ seu ratiocinatione: Vt enim fides est causa
" instrumentalis apprehendens salutem: Sic baptismus etiam est
NB. " causa instrumentalis offerens & conferens (ex ordinatione seu
" institutione Christi) salutem sicuti etiam ipsum verbum, quo nos
" regenerari Petrus dicit 1. Epist. 1. vt postea pluribus docebitur.

De partibq; Baptismi essentialibus. Hungari in Panharm. pag. 200.

3. Theodorus Beza scribit in 2. part. respons. ad acta coll. Momp. pag. 41. 42. edit. Genevens. ann. 1588. (hanc editionem in posterum semper intellige) Aquam & sanguinem Christi propriè essentiales

essentiales partes baptismi esse, vt signum & signatum, item baptismum constare re terrenâ & cœlesti, Aquâ & sanguine Christi. In epistolâ autem 2. ad Thomam Tilium scriptâ edit. Genevens. ann. 1573. pag. 28. Sic scribit: Desit etiam Aqua & tamen baptismus alicuius differri cum ædificatione non possit nec debeat, ego certè alio quovis liquore non minus ritè (NB) quàm aquâ baptizarim. Nec aliter de his rebus etiam superstitiosissimi Scholastici scriptores censuerunt. Hactenus Beza. Exquibus hæc sequentia colligo absurda: Si salvâ essentiâ baptismi pro Aqua (sit maximè casus necessitatis & absit novandi studium) potest substitui alius liquor, quo non minus ritè quàm aquâ baptizetur. sequitur quod sublatâ parte essentiali possit salva manere essentia totius. Ratio consequentiæ desumitur ex propriis Bezæ verbis, quibus scribit. Aquam propriè esse essentialem partem baptismi. Atqui iuxta Bezam, à quo Calvinus & Sadeel non dissentiunt, salvâ baptismi essentiâ pro aquâ (si sit casus necessitatis, & absit novandi studium) potest substitui alius liquor, quo non minus ritè (si non minus ritè: Ergo manet salva essentia baptismi) quàm aquâ baptizetur. Ergo sequitur, quod sublatâ parte essentiali possit salva manere essentia totius. Conclusio est absurda & implicat contradictionem: sic enim totum essentiale simul esset totum Essentiale, & non totum Essentiale: sublata namq; parte essentiali tollitur totum. Ergo & alterutra propositio. Non Maior, cuius ratio est reddita sufficiens. Ergo Minor, quæ est Bezæ, Calvini & Sadeelis, falsa erit, quod ostendendum.

Anthonius Sadeel fol. 429. putat perdifficile esse hoc consilium à Beza & Calvino propositum evertere.

Miri estis homines: hactenus valuit in casu necessitatis regula hæc orthodoxorum Patrũ: Non privatio: Sed contemtus baptismi dãnat. Non igitur sufficiens causa mutandi essentialem partem baptismi. Crassũ hoc nimis.

4. Si non minus ritè quovis liquore, quàm Aquâ (vbi deest aqua, in casu necessitatis) baptizari potest, sequitur (in casu necessitatis) non minus quemvis liquorem esse de essentiâ baptismi quàm aquam: quia aqua propriè est pars essentialis baptismi, & quivis liquor potest supplere vicem Aquæ in casu necessitatis iuxta Bezam & Calvinum. Atqui non minus ritè quovis liquore, si Calvino, Bezæ & Sadeeli credimus, quàm aquâ

Negamus autem nos quemvis liquorem posse supplere vicem

baptí-

vicem aquæ: quia alius liquor à Christo non ordinatus. Nota quod sit pars essentialis.

baptizari potest. Ergo sequitur, non minus quemvis liquorem (in casu necessitatis) esse de essentiâ Baptismi, quàm aquam. Conclusio est absurda, & repugnat verbo Dei, quod solam aquam (tanquam elementum & non alium quemvis liquorem partem essentialem Baptismi facit (NB. tanquam elementum Baptismi dixi) Ergo & alterutra propositio. Non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, falsa erit.

5. Si quemadmodum sublato corpore tollitur mox ipse homo: Sic etiam sublatâ aquâ tollitur mox ipse Baptismus, sequitur nullo modo, nullâ ratione aquam cum alio quovis liquore permutari posse, vel pro aquâ quemvis liquorem substitui posse, ne baptismus ipse tollatur. Sed sicuti sublato corpore mox tollitur ipse homo: sic etiam sublatâ aquâ tollitur mox ipse baptismus: ratio est: quia vt corpus est essentialis pars hominis: ita aqua est pars substantialis Baptismi, vt vult ipse Bezà pag. 45. libri allegati. Ergo sequitur, nullo modo, nullâ ratione aquam cum alio liquore permutari, vel pro aquâ alium liquorem substitui posse. Conclusio contradicit Bezæ, Calvino &c.

(NB). Cum Bezà idem statuat de Sacramento cœnæ & tradat, ibi vbi nō est vsus panis, vsurpari posse, quod ex cōmuni vsu vel pro temporis ratione vicē panis supplet, & in Indijs occidentalibus in quibusdam locis, vt referunt

6. Si non minus ritè alio quovis liquore, quàm Aquâ baptizatur, (in casu necessitatis) licebit adorandum nomen Trinitatis cum elemento in verbo Dei non expresso nec mandato copulare, & baptizatum gravissimis tentationibus Diaboli exponere: ratio consequentiæ vtriusq; est hæc: quia præter aquam nullum aliud elementum in Baptismo cum nomine Trinitatis verbum Dei coniungit: copulabitur itaq; nomen Trinitatis absq; expresso Dei verbo cum alio liquore, s. hæc sententia Calvinianorum valebit, & baptizatus exponitur Diaboli tentationibus, qui suggeret eum non ritè baptizatum, qui liquore à Deo nec mandato nec instituto est tinctus, vnde baptizatus de veritate baptismi sui perpetuo dubitabit. Atqui iuxta Calvinianos non minus ritè alio liquore (deficiente aquâ in casu necessitatis) baptizatur. Ergo licebit adorandum nomen Trinitatis cum elemento

loco

mento in verbo Dei non expresso nec mandato copulare, & baptizatum gravissimis tentationibus Diaboli exponere. Conclusio est absurda introducens horribilem abusum nominis divini. Ergo & alterutra propositio Non Maior, quam probavimus. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, absurda erit.

loco panis radicibus vescuntur, sequitur quod iuxta Bezam rite dici possit, radix est corpus Christi,

corpus Christi, radix est communicatio corporis Christi, vt dicitur, panis est panis est communicatio corporis Christi Blasphemum & impium. Vbi verbum Dei, vbi promissio Bezæ?

7. Si loco Aquæ minister Ecclesiæ (deficiente aquâ in casu necessitatis absq; expresso verbo Dei potest substituere quemvis alium liquorẽ, quo non minus rite baptizetur, quam aqua, potest etiam elementum Sacramenti absq; expresso Dei mandato seu verbo instituere: ratio est: quia eius iohus est substantialem partem Sacramenti (*etiam in casu necessitatis*) mutare, cuius est eam instituere. *Atqui iuxta Calvinianos minister Ecclesiæ (deficiente aqua in casu necessitatis) absq; expresso verbo Dei potest substituere quemvis alium liquorem, quo non minus ritè baptizetur, quam aqua. Ergo Minister Ecclesiæ absq; expresso verbo Dei potest instituere elementum Sacramenti. Conclusio est absurda contradicens sacræ scripturæ, quæ institutionem elementorum Sacramenti soli Deo asscribit. Ergo & alterutra propositio Non Maior, quam probavimus. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum.*

Partem baptismi substantialem hi homines mutare audent in casu necessitatis, & tamen baptismũ à mulieribus & privatis in casu necessitatis administratum, quod longe minus est, damnant. Quã mira capitis vertigine ti homines vexantur.

8. Si signo mutato sponsoris consensus amittitur, sine quo nihil signum confirmat, sequitur quod in baptismo mutata aqua, quæ, iuxta Calvinianos est signum in baptismo, consensus sponsoris amittatur, tollatur & per consequens ruat baptismus. Atqui iuxta Zachariam Vrsinum (verba vide sequente sect.) Calvinianum igno mutato sponsoris consensus amittitur *Ergo sequitur, quod in Baptismo mutata aqua, quæ iuxta Calvinianos est signum in baptismo, consensus sponsoris amittatur, & per consequens baptismus ruat. Ratio consequentiæ in Maiori propositione*

tione est assignata, & per se est manifesta. Minor est Calvinistæ Vrsini. Conclusio nihilominus contradicit Calvino, Bezæ, Sadeeli &c. Transigant itaq; inter se absq; contradictione si possunt, quod fiet ad Calendas Græcas vel Germanicas.

9. *Si* Sponsæ non proderit suppositum monile vel nummus, si sponsus dedit annulum sequitur quod nec baptizato in baptismo prosit alius liquor substitutus (*etiam in casu necessitatis*) cum Christus aquam solam instituerit. *Ratio est in promtu: quia quod est sponsæ datus annulus à sponso, id: iuxta Vrsinum, est baptizato aqua. Atqui iuxta eundem Vrsinum sponsæ nihil prodest suppositum monile vel nummus, si sponsus dedit annulum. Ergo baptizato in baptismo non proderit alius liquor substitutus (etiam in casu necessitatis) cum Christus solam aquam instituerit. Maioris ratio est reddita sufficiens ex Vrsino: Minor est eiusdem Vrsini, Attamen conclusio contradicit Calvino, Bezæ & Sadeeli. Transigant itaq; cum Vrsino. Addam autem Emphatica verba Vrsini, quæ exstant in prim. parte volum. oper. Theolog. fol. 345. in disputat. de Sacram. in genere thes. 24. edit. anni 1587. contra hoc delirium Calvini, Bezæ & Sadeelis. Signo* (inquit) mutato, vel in alium vsum converso, vel pacto non servato sponsoris consensus amittitur, sine quo nihil confirmat arrhabo vel signum. Vt si sponsus det annulum non proderit sponsæ suppositum monile vel nummus, non agnoscet enim hunc arrhabonem, qui dederat annulum. Nec retento annulo, qui datus erat arrhabo sponsalium, probabitur deberi summam pecuniæ. Nec sponsus alligatur ad servandam fidem, si hanc sponsa violaverit. Item: Nec mutare divinam institutionem vlli creaturæ concessum est. *Hactenus Vrsinus contra suos fraterculos pro nobis. Vides quomodo hi homines ludant in sacris, quid non audeant absq; verbo Dei fingere. Hinc fiat iudicium de reliquis.*

An baptismo & ex Aquâ Baptismi regen-

10. *Si* baptismus non affert gratiam, Aqua baptismi non mundamur, nec alia est virtus aquæ in baptismo, quàm Sacramen-

cramentalis significationis, *sequitur necessario, hæc scripturæ dicta esse falsa Ioh. 3: Nisi quis* renatus fuerit ex Aquâ *& spiritu, non ingredietur regnum cœlorum. Eph. 5. Christus dilexit Ecclesiam & semetipsum exposuit pro ea, vt illam sanctificaret* mundatam lavacro Aquæ. *Tit. 3. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti. 1. Pet. 3. Cuius figuræ nunc respondens baptismus nos quoq; salvos reddit,* quo non sordes corpotis abijciuntur, *sed quo fit vt bona conscientia benè respondeat apud Deum. Marc. 16. Quicunq; crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit &c. Atqui iuxta Calvinianos baptismus non affert gratiam, Aqua baptismi non mundamur, nec* alia est virtus aquæ in baptismo, quàm sacramentalis significationis. *Ergo sequitur necessariò, hæc scripturæ dicta esse falsa. Conclusio est absurda & impia. Ergo & alterutra propositio. Non Maior. ut ostendemꝰ Ergo Minor, quæ est Calvinianorũ. Vt autem clarius hoc absurdũ innotescat, prius proprijs Calvinianorũ verbis Minorẽ probabo: postea Maiorẽ. Zvving. in confessione suâ Carolo V. exhibendâ pag. 243. edit. Basiliens.* Non ergo affert gratiam baptismus, *sed gratiam factam esse ei, cui datur, Ecclesiæ testatur. Calvinus libr. 4. institut. cap. 15. sect. 2: Non aliam purificationem Baptismus pollicetur, quàm per aspersionem sanguinis Christi: qui per aquam propter mundandi abluendiq; similitudinem figuratur* Quis ergo nos Aqua ista mundari dicat, *quæ certò testatur, Christi sanguinem verum esse atq; vnicum nostrum lavacrum? Beza 2. part. respos. ad acta colloq. Mompelg. 113. Nos quidem docemus hunc modum ab ijs demum teneri,* qui nullam aliam vim Aquæ & aspersioni eius in Baptismo tribuunt, *quam* illi pani, & illi vino in sacra Domini cœna: Sacramentalis videlicet significationis. *Item pag. 112. Aliquam latentem virtutem aliam Aquæ (licet Sacramentali) attribuere,* quam Sacramentalis significationis, *nunquam (quod ad Deum promittentem attinet) vanæ & inanis existimamus manifestam esse Idololatriã, quâ quod ne quidem ipsorum Angelorum* (Angeli non sunt elementum

neremur & mundemur à peccatis?

NB. Quid sentiant Calviniani de Baptismo

Idem docet Schvvenckfeldius epist. 3. pag. 31. Epist. 74. pag. 503.

Quomodo hæc Aquæ Sacramentali absq; Idololatriâ tribuamus vide in sect. 1. huius capitis.

mentum baptismi, atq. sic neq; instrumentum regenerationis) *est, nempe remittendorum peccatorum & renovandi cordis hominum vis ad aquam quantumvis Sacramentalem transfertur. Idem Beza in altera part. quæst. & respons. pag. 86 quæst. 107. Effectum igitur* Ministri, hoc est, vt aqua effusa madefaciat eum, *qui baptizatur: aquæ autem effusæ seu communis seu Sacramentalis* (NB *vide sect. 17 & 18.*) *si in sese spectetur* (*Spectaturne autem in sese Beza quatenus est aqua Sacramentalis?*) *hoc unicum effectum est, vt eius* corpus, qui ea perfusus est, madefiat & abluatur *pag. 115.* Significative mundatur Ecclesia Baptismo Aquæ, *& realiter baptismo Spiritus* (*En duos baptismos contra Paulum*) *Idem docet 2. part. respons ad acta colloq. Mompelg pag. 115.* Significative mundatur Ecclesia baptismo Aquæ: *realiter baptismo Spiritus. Hactenus Beza, cum quo* Schwenckfeldius *per omnia consentit in loco, qui ad sect. 15. allegatur. Hactenus, illi.* (*Maioris propositionis ratio est manifesta:* quia aperta est pugna inter illa Scripturæ dicta & Calvinianorum *verba allegata. Si enim per* baptismum salvi sumus facti. Ergo adfert gratiam, quod negat Zwinglius. Paulus dicit nos mundari aqua baptismi. Scriptura dicit nos per baptismum Aquæ regenerari, salvari, mundari: Calviniani asserunt baptismum non nisi vim significandi habere, *vt volunt verba Beza. Aperta contradictio.*

Mungari in suâ falsò sic dictâ Panharmoniâ Calvini & Christi pag. 307.

11. *Sed obstrepunt dicentes: Cum omnis scriptura remissionem peccatorum Gratiæ Dei & merito sanguinis Christi pro nobis effusi fide apprehenso 1. Ioh. 1. regenerationem & sanctificationem Spiritui sancto, quem ab effectu spiritum renovationis & sanctificationis vocamus, asscribat: consequitur ista non propriè & per se* (dolosè illa duo coniunguntur; nam illa etiam propriè prædicari possunt, quæ per accidens & non per se prædicantur, vt in 1. cap. ostendimus) *Sed secundum quid & κατ' ἀναλογίαν, quatenus vsitata scripturæ phrasi* (*nullibi vsitata*) *signatum de signo prædicari solet, tribui baptismo tanquam ordinario*

Spiritus

Spiritus sancti instrumento ad significandam, obsignandam & spirituali modo præbendam ac conferendam menti fideli remissionem peccatorum, sanctificationem &c. non absimili certè loquendi genere, quàm quo Esaias cap. 53. Evangelium vocat brachium Iehovæ, Paulus ad Rom. 1 potentiam Dei ad salutem omni credenti, hoc est potens & efficax Dei instrumentum, cuius interventu Deus potenter & efficaciter confert (a) salutem &c. Vrsinus de hac re sic scribit: Veræ igitur sunt hæ locutiones Sacramentaliter aut μετωνυμικῶς: *Baptismus est lavacrum regenerationis, Baptisma nos salvos facit &c. Anthonius Sadeel scribit: Spiritum sanctum nec esse in Aquâ,* nec cum Aqua, *nec sub Aquâ,* præsentia gratiæ, *cum aqua non sit subiectum* δεκτικὸν *præsentiæ gratiæ Spiritus sancti, cum non Aqua, sed homines regenerentur (Est autem Elenchus causæ* ad est gratiosè spiritus sanctus cum aqua, non vt gratiam conferat Aquæ, ita vt Aqua tanquam subiectum recipiat gratiam, sed vt per Aquam tanquam per ordinarium medium & instrumentum regenerationem & gratiam in homine operetur) *Zacharias Vrsinus 1. part. volum fol 555. dicit Baptismum appellari ablutionem peccatorum, quia sit signum ablutionis.*

Hungari pag. 201. Beza in præfat. 1. part. resp. ad acta colloq. Momp. pag. 20. Et part. 2. respons ad acta colloq. Momp. pag. 121. vbi inquit, se non de toto Baptismo (sed tantùm de essentiali eius parte, Aquâ, cum illi regeneratio & salvatio tribuuntur) dicere, quod signum sit regenerationis. Ergo cum Paulus Eph, 5 & Christus Ioh. 3 Aquæ sacramentali regenerationem tribuunt, iuxta Bezam tantùm de parte Baptismi loquuntur? Absurdum.

Alij scribunt Baptismum internum propriè esse lavacrum regenerationis: externum verò esse signum lavacri regenerationis, proinde vt circumcisio appellatur signum fœderis & ipsum fœdus Gen. 17 (Sed exemplum circumcisionis nihil facere pro Calvinianis docuimus in præcedente cap sect. 19)

12. Sed

(a) Beza 2. part. respons. ad acta colloq. Mompelg. pag. 115. sic inquit: Quod autem sermo audientes afficit, non arguit vim vllam aliã ipsis quæ audiuntur vocib9 inesse, quàm res illas significandi, de quibus dicuntur. Concilientur hæc. Volum. 1. oper. Theolog. fol. 358. Sadeel fol. 285. in lib. de Sacram. manducat. Vrsinus in Catechet. explic. pag. 439 edi. Genev. ann. 1603.

12. *Sed Calviniani vitare volentes Charybdim incidunt in Scyllam. Primò namq; sic contra manifesta Pauli verba Eph. 4. duos statuunt Baptismos, cum paulus expressè dicat, vnum tantum esse Baptisma, vt vnus est Deus, vna fides: De quo absurdo postea pluribus.*

13. *Deinde Metonymica illorum prædicatio, nec in margine, nec in textu Paulino vel sacræ scripturæ legitur, nec vlla specie inde exstrui potest. Quapropter cum dicunt, Baptismus est lavacrum regenerationis idem valere, quod, Baptismus est signum lavacri regenerationis, illam explicationem, veris depravationem, eadem facilitate reijcimus, quâ absq; verbo Dei profertur, nulla enim necessitas, vt videbimus sect 18. 19 eos cogit, vt à proprietate verborum discedentes ad Tropum, imò ad fictitiam Metonymiam confugiant, vt non repetam multis, quod eiusmodi prædicatio, in qua* signatum prædicatur de signo, sit ficta, planè impossibilis & implicet contradictionem, vt pluribus *in cap. 3. ostendimus.*

14. *Præterea hac explicatione confundunt Sacramenta V. & N. Testamenti, & Baptismum externum cum ablutionibus Leviticis: de quibus idem dici potest: typi namq; erant ablutionis internæ per sanguinem Christi. Imò sequetur, quod* nullibi in scriptura Baptismus proprijs verbis sit descriptus, & omnia loca, quæ de Baptismo loquuntur, aliter sint declaranda, quàm sonant, quod absurdum.

15. *Insuper non possunt allegatorum scripturæ dictorum certam & constantem afferre expositionem, vt patet ex illorum dictis sect. 11 allegatis in quibus modò concedunt Baptismum externum, vt loquuntur, esse organon sive instrumentum, per quod Deus conferat salutem, modò negant dicentes esse signum dun axat (Beza dicit non nisi* Sacramentalem significationem Aquæ Baptismi tribuendam) *Quæ contradictoria sunt. Applicent etiam hanc suam interpretationem ad verba Christi: Nisi*

quis

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0205
Mecklenburg Vorpommern

quis ex aquâ & spiritu regeneratus fuerit &c. Si phrasin, ex Aquâ regenerari, volunt accipere Metonymicè, vt Beza in verbis allegatis contendit, & hæc etiam verba, ex spiritu regenerari, Metonymica erunt, quia in eadem propositione hæc duo connectuntur, & idem prædicatum vtriq; tribuitur. Calvinus vocabulum Aquæ Metaphoricè hoc loco accipit, sed reclamant cæteri Calviniani interpretes, qui de Baptismo illum locum accipiunt, & de materiali Aquâ Sadeel volum. oper. suorum Theolog fol 256 simpliciter de Baptismo & de Aquâ materiali (disputans ex vocabulo Aquæ contra Transsubstantiationẽ Pontificiorum, quod quemadmodũ aqua manet, ita & panis maneat) interpretatur: folio autem 429. excusare volens Calvinum contra Monachos Burdegalenses ait posse defendi interpretationem Calvini (sed sic corruet tuum argumentum mi Sadeel, quod ex hoc loco contra Transsubstantiationem pontificiam & quidem ex voculâ, Aquæ exstruxisti fol. 256 imo stabiliet Pontificiorum sententiam: mendacem sic & corruptorem oportet esse memorem) mox autem ibidem concedit, posse pro Aquâ materiali exponi (En quanta sit certitudo interpretationis apud Calvinianos) Beza similiter aliter interpretatur, quàm Calvinus, postea videbimus sect. 18. Ipsa etiam depravatio Calvini per se non habet locum: nam si per vocabulum, Aqua, intelligendus esset ipse Spiritus sanctus, & purgatio Spiritus sancti interior, vt vult Calvinus (vide etiam Marloratum super hunc locum) nugatoria esset Tautologia in verbis Christi, nempe, Nisi quis renatus fuerit ex Aquâ & Spiritu, id est, ex Spiritu & Spiritu. Nec quicquam iuvant Calvinianos verba Iohannis Baptistæ Matth. 3. Luc. 3 Ille vos baptizabit spiritu & igni: Nam vocabulum ignis hic non accipitur Metaphoricè: sed propriè: de specie illa seu formâ assumtâ igneâ, sub qua Spiritus sanctus die Pentecostes se revelavit.

Cũ Calvino cõsentit Schvvẽkfeldius epistola 74. ad Iohan. VVernerum scripta anno 1541. in Tomo centum Epistolarũ pagina 503. ubi per omnia ferè cum Calvinianorum dogmate consentit, vt hoc in articulo Calviniãi verè sint Schvvenkfeldij discipuli.

Absurda Calvini interpretatio.

16. Porro illorum Metonymica interpretatio expressè pugnat cum manifesto scripturæ textu: Nunquam enim illa de signo

» prædicari possunt, quæ Baptismo & Aquæ Sacramentali tribuun-
» tur, vt quod quis dicitur, renasci ex Aquâ, Ioh. 3. mundari la-
» vacro (τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος) Aquæ in verbo, Eph. 5. Salvari
NB. » per lavacrum regenerationis. Tit. 3. A peccatis mun-
» dari & ablui, Act. 2. & 22. Hæ & similes phrases non nudo signo,
» sed causæ instrumentali competunt: longè autem differunt nu-
» dum signum & causa instrumentalis, ex quâ, per quam,
» & quâ aliquid fit: longè etiam differunt Baptismum significa-
» re regenerationem, & ex Baptismo, ex Aquâ Baptismi, per Ba-
ptismum, & lavacro Aquæ regenerari, mundari, renovari
& salvari, vt scriptura loquitur. Syllogismus: Quicquid est la-
vacrum regenerationis, ex quo, per quod, & quo salva-
mur, regeneramur & renovamur, id non est nudum signum re-
generationis & renovationis. Atqui Baptismus Aquæ à Christo
institutus est lavacrum regenerationis, ex quo, per quod
& quo salvamur, regeneramur & renovamur, vt scripturæ te-
stimonia allegata testantur. Ergo Baptismus Aquæ à Christo
institutus non est nudum signum regenerationis & renovatio-
nis. *Notare velim Christianum lectorem, me illam analogiam
exterioris & interioris ablutionis, vt quemadmodum Aqua ma-
terialis abluit sordes corporis: ita sanguine Christi abluantur
peccata tanquam sordes animæ, non simpliciter damnare. Scio
namq; à nostris Theologis etiam pio sensu fuisse vsurpatam:*
sed quod hic sit principalis vsus aquæ & non alius, vt Beza in-
quit in Baptismo & quod in hunc finem aqua sit ordinata & in-
stituta, vt abluat sordes corporis hoc nego cum Petro 1. *Epist* 3.
qui negat baptismo Aquæ sordes corporis ablui: *Sed longè aliud
est vsus Aquæ in Baptismo, vt patet ex scripturæ dictis supra
allegatis.*

Beza in verbis allegatis dicit, non nisi Sacramentalis significationis. Non autem dicitur nudum, quod nihil significet: sic enim ne quidem signum esset, sed quia non exhibet id cuius est signum.

Hügari in suâ Panharmoniâ pag. 219.

17. *Sed regerunt se non docere, Baptismum esse nudum signum duntaxat significans, sed quod electos attinet esse ordinatum medium, per quod etiam revera applicentur, conferantur & obsignan-*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0207
Mecklenburg Vorpommern

obſignentur bona interna. Verùm vt nihil dicam, quod hoc intelligant duntaxat de interno Baptismo, quem contra Paulum (qui Eph 4. vnum docet Baptismum) ab externâ actione Baptismi ſeparant, atq; duos contra ſcripturam Baptismos faciunt, proteſtatio illorum eſt facto contraria. Nam iuxta illos nulli infantes baptizati regenerantur eo tempore, quo baptizantur (loca vide infra ſect. 20.) nec renovantur. Ergo eis (infantibus) eſt nudum ſignum regenerationis & renovationis, & quidem ex intentione Dei, & non per accidens vt fit in adultis hypocritis, cum iuxta Calvinianos reprobi infantes ex voluntate & decreto Dei nunquam regenerentur & renoventur: Imò electis infantibus, qui baptizati mox moriuntur nunquam erit lavacrum regenerationis: ſed tantum ſignum. *Nam iuxta Chryſoſtomũ, aſſentientibus ipſis adverſarijs quanquam Sacramentum* ſit ſigillum iuſticiæ, tamen nihil obſignat in ijs, qui fidem non habent, vt Marſupium ſine pecunia nihil valet, etiamſi ſigillo ſit munitum. *Infantes baptizati non habent fidem iuxta Calvinianos eo tempore, quo baptizantur, & reprobi quidem nunquã, vt poſtea in ſect. 25. probabitur eorum propriis verbis, Ergo Baptismus in ijs nihil obſignat, quod tamen Bez a docet part. 2. reſponſ. ad acta colloq Mompelg. Deniq; ſi Calviniani verè credunt Baptismum non eſſe nudum regenerationis ſignum, Dicant nobis quando baptizati per baptismum regenerentur, & quando Baptismus conferat regenerationem? Num in actione Baptismi, vel poſt actionem Baptismi? Negant autem omnes infantes baptizatos eo momento regenerari, quo baptizantur, ſed demum in adulta ætate poſt multos annos: quando audiunt verbum Dei. Ergo tum ex verbo Dei regenerantur vt Petrus loquitur 1. Epiſt. 1. Quomodo igitur tum, quando baptizantur* non nudum ſignum iuxta illos erit, quod revera non exhibet hoc, quod ſignificat? *Craſſo exemplo declarabo: Dices ne tu illam aquam calefacere, ex quâ quis non ſit calidus?* (de veritate prædicationis intelligo exemplum, non de modo cauſandi, quem ſcio diverſiſsimum eſſe)

Vide ſect, 20.

Hũgari in Pãharmoniâ pag. 201.

" Vrſinus NB. 1. parte " volum. o- " per. Theol. " fol. 341. " theſ. 7 in " diſputat. de " Sacramẽtis in genere.

Iuxta Calvinianos tum Deus per baptiſmum Aquæ operatur regenerationem, quando cum non percipiunt, nec eo baptizantur, ſed elapſis aliquot annis demum

mum in adulta ætate. NB. absurdum, & cõtra naturã instrumenti, cum hoc non per accidens, sed ex intentione Dei fieri dicant. Nam hypocritæ quidem non regenerantur, sed hoc fit per accidens, non ex intentione Dei: propter incredulitatem namq; hypocritæ, Infantum verò electorũ & inprimis reproborum longè alia est ratio: quia hi iuxta Calvinianos ex ipsâ intentione & voluntate Dei non regenerantur. Vide sect. 20.

esse) *vel si mavis Theologicum exemplum. Dicesne tu illam fidem iustificare, ex quâ quis non fit iustus, tum quando fides confertur? Applica: Dicesne tu illum baptismum verè esse lavacrum regenerationis, eo tempore, ex quo quis non regeneratur, quando baptizatur, imò ex quo nulli infantes regenerantur, quando baptizantur? Fumos verborum vendunt Calvinistani: quicquid dicant: ex Baptismo nudum faciunt regenerationis signum. Et quoniam dupliçem Baptismum faciunt, vt postea audiemus, exteriorem & interiorem, quæro quando infantes baptizentur interiori baptismo? tumne quando exteriorem accipiunt Baptismum (vtor illorum phrasi) at hoc non fit; quia negant infantes baptizatos eo tempore regenerari: absq; regeneratione autem non est interior Baptismus, vt ipsi loquuntur. Ergo post perceptionem externi Baptismi in ætate adultâ & per consequens bis baptizantur: primùm in infantili ætate baptismo externo aquæ: & postea in ætate adultâ baptismo interno sanguinis Christi. Nonne pulchra hæc Calvinianorum Theologia? Nonne nudum signum regenerationis Baptismum esse docent? Nonne actiones baptismi coniunctas discerpunt? Nonne perperam duos Baptismos fingunt? Sed de hac quæstione vltima in fine huius capitis plura.*

Beza 2. part. respons. ad actã colloq. Mõpelg. pag. 113. 114. 115. 116. negat hoc, addens simul hãc malignam calumniam, quasi di-

18. *Alij hoc prætendunt* (Hungari in Panharmoniâ pag. 207. 208. 222.) *dicentes: Se superius scripturæ dicta ita Metonymicè interpretari, vt simul fateantur, Baptismum esse externum & ordinarium medium ac instrumentum,* per quod Deus potenter & efficaciter præbeat & conferat menti fideli remissionem peccatorum, salutem & regenerationem (*at quando vos Calviniani? negatis enim infantes eo momento regenerari, quo externo medio vtuntur & Baptismo Aquæ tinguntur. Quando igitur operatur Deus efficaciter per id medium*

vel

vel instrumentum, tumne quando illud instrumentum nemo vsurpat, & nemo externo Baptismo baptizatur? quomodo igitur instrumentum per quod? En hominum deliria, adhuc negabitis, vos nudum (vide sect. 19.) signum regenerationis ex Baptismo facere?) Beza etiam pag. 53. in 2. part. respons. ad acta colloq. Mompelg explicans verba Christi Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex Aquâ & Spiritu (quæ tamen verba Calvinus aliter interpretatur, vt vidimus supra) vocat aquam causam instrumentalem externam regenerationis.

Verba eius sunt hæc: res ipsa ostendit, Christum ibi minimè constituisse substantiales partes Baptismi recensere, sed illius effecti, sive communis ἀποτελέσματος nempe ingenerationis, duas causas præcipuas ostendens, instrumentalem videlicet externam, quæ fit hominis Ministerio, & internæ ablutionis promissionem adiunctam habet: & internam, quæ est κύριον illius effecti ἄιτιον. Hactenus Beza. In quibus verbis expressè Aquam appellat causam instrumentalem externam regenerationis, & Spiritum sanctum internum κύριον ἄιτιον: Nam illa duo Christus, Aquam & Spiritum in istis verbis recenset, & non alia. Zacharias Vrsinus 1. part. volum. oper. Theolog. fol. 341. thes. 8 symbola externa vocat ὄργανα, quibus Deus movet animos, fovet & auget fidem. Quis non dicat hos homines vertigine capitis laborare, & à Deo in reprobum sensum esse traditos? Modò aiunt, modo negant esse causam instrumentalem: aliud namq; signum regenerationis, quod nempe significat quidem regenerationem, etiamsi ea non conferatur, sicuti infantibus baptizatis iuxta Calvinianos eo tempore, quo baptizantur, non confertur: sed demum in adultâ ætate, vt in sect. 20. dicetur: Ideoq; illis tantum est signum regenerationis, non instrumentum conferens, & aliud etiam causa instrumentalis efficiens, per quam Deus efficaciter & potenter præbet & confert menti fideli remissionem peccatorum, salutem & regenerationem, vt Hungari Calviniani loquuntur. Sed accepto hoc illorum, quamvis inane

" si dicamus, " itaesse cau" sam instru" mentalē vel " baptismum NB. vel Aquâ baptismi, ut cibus, per quem Deus nos nutrit: quasi verò cibus propriè sit causa instrumētalis, & non simul secunda causa principalis efficiens, & quasi omnium causarum instrumentalium sit eadem ratio. Malus est Logicus Beza.

Syllogismus invictus Calvinianos. Maior.

inane effugium, & rursus redigo illos ad contradictionem. Si Aqua Baptismi, vel Baptismus Aquæ est verè instrumentum & medium Spiritus sancti, per quod operatur, & efficaciter confert regenerationem, remissionem peccatorum & salutem, sequitur verè propriè & non significativè (*quatenus propriè opponitur ei, quod est Tropicè prædicari: Sic enim hic accipio vocem propriè & non aliter, vt in 1 cap. declaravi*) *regenerationem, mundationem à peccatis, & salvationem prædicari de Aquâ Baptismi, & ipso Baptismo* † *Aquæ* (*prædicatione nimirum Denominativâ, non Vnivocâ*) & has locutiones, Baptismus est lavacrum regenerationis, Baptismus salvat, mundat à peccatis &c. (*hæc autem, Aqua est sanguis Christi, quam Vrsinus ponit fol. 358. 1. part. volum. & Sacramentalem esse dicit,* ἁπλῶς *est ficta, & nullibi in sacrâ scripturâ legitur: de propositionibus scripturæ respondeant, & quæ ex illâ sequuntur*) esse proprias & non Metonymicas: *ratio est:* quia effectus verè & propriè (*non autem vnivocè & essentialiter; sed Denominativè*) de sua causa externa, vel finali vel efficiente, vt docet Aristoteles *libr. 1. posterior. Analytic. cap 4. Et prædicatur non solùm de causâ externâ per se & principali; sed* etiam de causa per accidens, instrumentali & minùs principali: de causa per se πρώτως & per se: de causa per accidens vel instrumentali δευτέρως seu per accidens, & tamen verè & realiter, *non significativè tantùm, vt omnia exempla docent. Huc refertur causa instrumentalis. Ex. gr. Iustificatio tanqum effectus prædicatur de amore Dei & merito Christi per se: de fide autem per accidens: verè tamen & propriè, non Metonymicè. Hinc dico, Christus nos iustificat: Amor Dei seu Deus nos iustificat, & fides nos iustificat Nulla hic Metonymia.* Atqui, iuxta Calvinianos in verbis allegatis, Aqua baptismi seu baptismus Aquæ est medium ordinarium seu instrumentum, potens & efficax per quod Deus, tanquam per causam externam instrumentalem regenerationis (*phrasis est Bezæ*) operatur, obsignat, & confert (*sunt verba Hungarorum*

† *Aliud est per Aquam tanquã per mediũ conferri, aliud etiam per Aquam (sic & per verbum) significari Ne confundant itaq; illa Calviniani.*

Syllogismus invictus contra Calvinianos, quo ostenditur, non necessũ esse Metonymicas fingere prædicationes. in locutionibus de Baptismo.

Minor.

rum Calvinianorum & Vrsini) remissionem peccatorum, regenerationem & salutem. Ergo sequitur regenerationem, mundationem à peccatis, & salvationem verè, propriè & non significativè vel Metonymicè (*propriè prædicari hic non est idem quod vnivocè, per se & essentialiter prædicari: sed opponitur tantùm prædicationi Tropicæ, quod notari velim contra calumniam Calvinianorum*) de Aquâ Baptismi, vel baptismo Aquæ prædicari, & has propositiones, Baptismus est lavacrum regenerationis, Baptismus salvat, mundat &c. proprias esse (*non tamen essentiales & per se, sed Denominativas & per accidens*) & non Metonymicas. *Maioris propositionis sufficiens probatio est assignata. Minor est Calvinianorum in verbis illorum ab initio huius sectionis allegatis. Conclusionem itaq; negare non possunt. Contradicit autem ijs, quæ allegata sunt in sect. 10. huius cap ex illorum scriptis: Calvinus expressè negat, posse dici, nos* Aquâ mundari. *Beza dicit, Aquæ* Sacramentali non nisi significationem sacramentalem tribuendam. *Zvvinglius negat baptismum adferre salutem. Alij dicunt, Baptismum Aquæ esse signum lavacri regenerationis &c. quæ cum hac conclusione, ex illorum verbis deductâ, non consentiunt. Contradictio aperta.*

Conclusio

19 *Sed instant: Solus sanguis Christi emundat à peccatis. Ergo non Baptismus Christi, seu Aqua baptismi. Elenchus causæ & oppositorũ seu ignoratio Elenchi, vt Aristoteles appellat, quia non observentur leges oppositionis. Sanguis Christi emundat à peccatis tanquam causa principalis efficiens: Baptismus non sic; sed tantùm tanquam causa* ὀργανικὴ (*de quâ etiam prædicatur effectus, quamvis non per se*) *per quam Deus offert & confert salutem. Sic & Aquâ baptismi mundamur tanquam instrumento. Non sunt opposita, causa instrumentalis efficiens seu* κύριον αἴτιον *&* ὄργανον *seu causa* ὀργανικὴ *instrumentalis: sed* ὑπαλλαγὴ *subalterna. Et si hæc ratiocinatio Calvinianorum valet,*

Calvinus in Institutionib. lib. 4. cap. 15. sect. 2. Hungari in suâ Pãharmoniâ pag. 222.

Instan.

Respo.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0212
Mecklenburg Vorpommern

" let idem ego concludam de fide: Solo merito Christi iustificamur.

NB. " Ergo non fide iustificamur propriè, sed Tropicè. Conclusio est ab-
" surda & contra Paulum Rom. 3. 4. Gal. 2. Eph. 2. Item, si solo
Spiritu regeneramur: Ergo non ex Aquâ, ergo non ex immortali
semine verbo Dei. Conclusio est absurda pugnans cum Christo.
Ioh. 3 Et Petro 1. epist. 1. Infinita eiusmodi opponi possunt. Vident
itaq; opinor omnes, quàm inepta sit illa Calvinianorum ratioci-
natio, quâ negant effectum de causâ instrumentali propriè prædi-
cari (& mox Metonymicas & Tropicas prædicationes fingunt)
" propterea quod per se prædicatur de causa principali efficiente,
" quod pugnat cum omnibus omninò Logicis sanioribus, & probatis
" alijs autoribo, in quibus infinita exempla occurrũt. Tribuitur au-

NB. " tẽ Aquæ baptismi vis regenerandi & mundandi, nõ ita, vt illã in se
" & per se à Spiritu sancto separatam, aut ita sibi insitam habeat,
" sicut cibus habet insitam vim nutriendi, quemadmodum
" Beza calumniatur pag. 116. in 2. part. resson. ad colloq. Mom-
pelgart. & nobis per manifestam calumniam falsò imputat
(quasi verò non alio modo aliquid causa instrumentalis dici pos-
sit, quàm quo cibus dicitur respectu Dei, qui tamen minus pro-
priè causa instrumentalis dicitur, quod Beza ex Aristotele didi-
cisse debebat) sed quod eam Spiritus sanctus per Aquam baptismi
tanquam per organon ordinatum exserat, & renovationem ope-
retur: atq; illa virtus, operatio & efficacia baptismi non est ele-
menti Aquæ (quasi Aqua eam in se habeat, vt cibus habet vim
nutriendi, nequaquam) vel externa ministri actionis, sed ipsius
Dei, qui nos regenerat, sanctificat & salvat non χρέσως, sed κυ-
ρίως mediatè per lavacrum Aquæ in verbo. Atqui ita non lo-
quimur salutem ex elemento Aquæ, vt Calviniani falsò nobis obji-
ciunt, quatenus est elementum Aquæ, sed quatenus est baptis-
matis Aqua & ordinarium medium ac instrumentum Dei,
per quod potenter & efficaciter Deus (à quo per se & vnicè no-
stra salus) operatur & confert remissionem peccatorum & rege-

Calviniani dolosè particulã PER exponere solent, ut illis idem significet, quod simul & unà, ut cum Deus dicitur per baptismum conferre regenerationem, idẽ sit, quod Deum simul & vnâ conferre regenerationem, quæ interpretatio est ab-

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0213
Mecklenburg Vorpommern

generationem, sicuti fides nihilominus manet, & est solius Dei donum, licet proveniat ex auditu verbi Dei, tanquam ex ordinario instrumento. *Rom. 10.*

absurda: nam duo simul & vnà possunt diversa negotia perficere, ita ut neuter alterius operâ aut ministerio utatur. Deus autem baptismo Aquæ utitur tanquam instrumento & medio: idcirco illa violenta expositio vocabuli PER (quam posuit Beumlerus in finem Gegenberichts pag. 315. 318. Vrsinus de cœnâ pag. 200.) non ferenda. Præstigijs verborum hi homines ludunt. Illa significatio vocabuli PER est prorsus ficta. Imò non valet in infantibus, quos negant simul regenerari: Iuxta Calvinianos sic erit concludendum: Fides ex solo Deo: Ergo non ex auditu verbi Dei, ut regeneratio est ex solo Spiritu sancto: Ergo non ex Aquâ Sacramentali non nisi μεταφυσικῶς. Absurdum. nam ipsi, ut supra vidimus, verbum Dei appellarunt potens & efficax organum, per quod Deus conferat fidem. Sect. 17.

Nec propterea peculiaris aliqua vis à virtute Dei separata tribuitur verbo Dei (quemadmodum Calvinus libr. 4. Institut. cap. 15. Sect. 2 nos ad virtutem Aquæ omnia referre nugatur & calumniatur) quæ ipsi ita insit, ut virtus nutriendi inest cibo (quo exemplo Beza per calumniam adversus nos utitur pag. 116. resp. 2 ad coll. Mompelgart.) sed nihilominus fides vi & efficacia solius Dei donatur, etiamsi fides sit ex auditu verbi Dei, & per eum conferatur non autem solùm significetur. Quilibet itaq; videt hanc absurditatem Calvinianam, quæ inde oritur, quod ex turpi inscitia causam principalem efficientem, & causam instrumentalem externam inter se falsò opponunt, ac causæ instrumentalis naturam ignorant, quod Beza satis clarè indicavit in ipso colloq. Momp. pag. 128. ubi à collega suo Antonio Fato fuit admonitus, etiam causas instrumentales ad efficientes ab Aristotele referri. Concludo tandem hanc quæstionem: aut Calvinianorum interpretationem esse & falsam & inconstantem: aut verba scripturæ allegata in Sect. 10 esse falsa. Posterius absurdum. Ergo prius erit verum. Consequentia patet ex superioribus. NB.

20. *Superius diximus. Calvinianos docere*, nullos infantes baptizatos regenerari & renovari eo tempore, quo baptizantur, *quod ne illis per calumniam attribuere videar, verba illorum propria*

An infantes baptizati regenerentur in actu baptismi?

Beza in 2 parte quæst. & respon. quæst. 111. Calvinus autē Bezæ contradicens libr. 4. Institut. cap. 16 sect. 17. apertè concedit, imò urget cōtra Anabaptistas, Infantes verè et actu regenerari, licet modus nobis sit incognitus. Consentiunt itaq; tanquam vulpeculæ Samsonis.

Beza in præfation. 1 part. respons. ad acta colloq. Momp. pag. 22. edit. secundæ Genevens. an 1588.

2. part. respons. ad acta colloq. Momp pag. 90.

propria bonâ fide allegata opponam: Num verò (inquit Beza) vis illa Spiritus tenim hunc veterem hominem in nobis abolens, & novum creans, ab ipso baptismi momento incipit? Resp: Apage hunc quoq; errorem operis operati (est ne ordinatio vel institutio Dei tibi opus operatum Beza? Scio quid vis, negas per baptismum conferri fidem, idcircò putas nos regenerationem absq; fide statuere: Sed de hoc tuo absurdo postea) incipit ergo baptismi fructus ab eo momento, quo incipit fides, quæ quidem interdum præcedit baptismum, ut in Cornelio apparuit Actor. 10; Interdum verò subsequitur, ut in infantibus baptizatis: modò tardius, modò serius evenit, siquidem adoleverint, & sint ex electorum numero. Item: Neq; dixi pueros vel omnes vel aliquos (id est, nullos) reipsa in illo baptismi momento regenerari, sed regenerationis beneficium suo demum tempore divinitus ordinato (quomodo igitur baptismus ratione infantum non erit nudum signum, eo tempore quo baptizantur, & quidem non per accidens, sed ex intentione Dei, Beza?) illum baptismi actum in infantibus ex verbi auditu (ergo non regenerantur ex baptismo. Confer hæc cum sect. 17. 18.) subsequi. Et paucis interiectis in eodem loco: pag. 23. At quando dices, illa regeneratio puerorum baptismum consequitur? Certè quo tempore Deo visum est, quosdam etiam undecimâ horâ demum vocanti, & baptismo jam olim ab ipsis recepto tum demum benedicenti. At num in omnibus baptizatis illud evenit? Nequaquam: Solis enim electis donum fidei, & quæ illud necessariò consequuntur, Dominus quo demum tempore ipsi visum est largitur (nonne igitur rursus respectu horum non electorum infantum baptismus est nudum signum regenerationis, idq; non per accidens, ut fit in adultis hypocritis, sed ex ipsâ intentione Dei, atq; sic per se cū Deus nolit illos regenerari, ut postea in cap. 5. de prædestinatione audiemus?) Idem Beza: Primùm inquit (Iacobus Andreæ) pag. 179. horrendum est dictu, quod ais, multa millia infantium baptizari, qui nunquam regenerantur, sed in æternum pereunt. Ego an totidem istis verbis sim locutus nescio, nec temerè istis

amanu-

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0215
Mecklenburg Vorpommern

amanuensibus αὐθαιρέτοις fidem habere teneor. Sed ita sanè sim locutus (NB.) Mihi tamen res ipsa clamat propositum non fuisse numerare sive multos sive paucos (*nemo hoc tibi tribuit Beza, per vertis scopum*) quibus verbum Dei fit ipsorum culpâ odor mortis ad mortem, & quorum exitio cedant (a) profanata Sacramenta. Sed hoc dictum volui tantum abesse, vt quemadmodum iste docet, quicunq; baptizantur gratiam baptismi recipiant: vt contra quam plurimi, sive in Infantiâ, sive adulti baptizati, vt apparet ex illorum sceleratà vitâ & impœnitentia extra Christum pereant Nunquam (*nonne idem dicis quod Iacobus Andreæ tibi pag 179 obijcit?*) regenerati. *In eodem libro pag 122 Infantes, putamus* absurdum esse dicere, renovari, vt vel eo ipso tempore, quo baptizantur, vel etiam ante, non modò ætatis adultæ, verùm etiam cogniti, & per fidem apprehensi Christi tempus vetere extincto homine novi fiant homines *Hactenus Beza Ex quibus verbis sequentia colligo absurda: Si nulli infantes baptizati regenerantur ante ætatem adultam, & tamen aliqui infantes † baptizati mox post baptismũ morientes salvantur, sequitur quod quidem salvari possint absq; regeneratione: ratio consequentiæ est aperta (syllogismus Categoricus est hic: Nulli infantes baptizati regenerantur ante ætatem adultam Quidam infantes baptizati morientes ante ætatem adultam salvantur. Vtraq; propositio est Calvinianorum. Ergo quidam qui salvantur non regenerantur.) Atqui iuxta Calvinianos, vt verba Bezæ testantur, nulli infantes baptizati regenerantur ante ætatem adultam, & tamen iuxta eosdem ☞ (vide Bezam 2. part resp ad acta coll Momp. pag 101 102 103. prolixè hoc concedentẽ & probantem) aliqui infantes ante ætatem morientes salvantur Ergo sequitur, quod quidam salvari possint absq; regeneratione. Conclusio est absurda* (sic enim absq; justificatione salvarentur, quæ non est sine regeneratione. *Vide Calvinum libr. 4 Institut. cap 16 sect. 17*) *contradicens his verbis Christi Ioh. 3. vers 3. Nisi quis natus fuerit è supernis,*

 regnum

(a) *At infantes (qui iuxta te pag 103. 2. part. responsũt reprobi Beza) morientes ante ætatẽ adultã mox post baptismũ, quomodo prophanant Sacramẽta? An non ex tua opinione sequitur, quia* nunquã *regenerantur, quod ex ipsa intentione & voluntate Dei non regenerentur? Nonne igitur respectu horum baptismus est nudum signum regenerationis.*

† *Calvinus lib. 4 sect. 17. cap. 16. non potuit aliter solvere hoc argumentũ, quam concedendo infantes actu regenerari.* ☞ *Verba Be-*

zæ sunt hæc: num verò aliqui idcirco non semè sunt, quia vel ante baptismum vel post baptismũ ante adultam ætatẽ ex hac vita evocantur. Imò in eo maxime sunt felix semen, qui absq; certamine carnis & spiritus brabium in eo statim recipiunt, qui pro suis omnibus certavit & vicit Item pag. 103 Hæc demũ igitur est infantiũ electorum in infantiâ morientium iustificatio: Et hoc illud est in ipsis regenerationis semen, quos meritò felicissimos, propterea ducimus, atq; adeo non opinamur, vt nos calumniatur D. Andreas, sed vere affirmamus. Hactenus Beza.

regnum Dei introire non potest. Rationem subiungit, quæ & infantibus competit: quia quod ex carne natum est, caro est. Non igitur nascuntur filij Dei, vt Beza turpiter errans contra hæc manifestissima verba scribit in 2. part. respons. ad acta colloq. Mompelg. pag. 102 103 sed renascuntur: iuxta primam nativitatem sunt filij iræ, Eph. 2 iuxta secundam verò, quæ dicitur regeneratio, fiunt filij Dei, Ioh 1. qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri nati sunt. Quod hic formulam fœderis Genes. 17 obijciunt, quasi ex illâ sint sancti, & peccatum eis non imputetur, licet in peccato concipiantur & nascantur, frustra eos obijcere monstrabimus seculariter sect. 36. Interim sequitur conclusio nimirum iuxta Calvinianos quosdam salvari, qui non regenerantur, quæ est absurda. Ergo altera utra propositio. Non Maior in syllogismo hypothetico, vt patet. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum.

Quibus verbis aperte docet, quosdam infantes baptizatos ante ætatem adultam morientes salvari. Idem docet Calvinus libr. 4. Institut. cap. 16. sect. 17.

21. *Si nulli infantes regenerantur ante ætatem adultam, sequitur nullos infantes ante ætatem adultam esse baptizandos. Nam quicunq; non sunt participes fructus baptismi, nempe regenerationis, sine quâ baptismus non est salutaris (vide finem huius sectionis) illi non sunt baptizandi. Hanc propositionem Zacharias Vrsinus aliquoties concedit in 1. part. volum. oper. Theolog. in defensione argumentorum Bezæ pro pædobaptismo, & ratio ipsa testatur: otiosus namq; & inutilis sic esset baptismus, tum quando absq; fructu administraretur. Atqui nulli infantes, iuxta Calvinianos, sunt participes fructus baptismi, nempe regenerationis ante ætatem adultam. Ergo iuxta Calvinianos*

Anabaptismus Calvinianorũ.

nianos nulli infantes ante ætatem adultam sunt baptizandi. Conclusio est absurda & Anabaptistica, testibus ipsis Calvinianis Heidelbergenses seu Palatini Theologi hoc absurdum animadvertentes prolixè concedunt in notis in der andern Sprossen der gülden Leiter pag 22 artic. 14. Item pag. 43. & pag. 201. quod & Vrsinus volum. 1. oper. Theol in defensione argumentorum Bezæ pro pædobaptismo fol 600 609 617. largitur, infantes regenerari, nec tamen se pugnare cum Bezâ contendunt: quia dicunt infantes regenerari, sed non actu, nicht würcklich (ubi hæc distinctio fundata est in scripturâ, mei Domini? Et ubi docetur, quod talis regeneratio vel sit, vel sufficiat ad salutem & baptismum? Dicam: libro nullo: capite erasо: folio invisibili. Longè apertior vobis est Beza Laudo ipsius candorem: detestor vestras verborum præstigias, quibus incautos & simpliciores, ab qua conscientia, decipitis) Regenerari item, quia accipiant sacramentum regenerationis. Absurdum rursus: Nam sic & hypocritas regenerari posse affirmare, quia accipiunt Sacramentum regenerationis.

Repetunt in eodem loco declarationem Bezæ, quemodo infantes regenerentur: sed illa declaratio est contradictoria, facies regenerationem non regenerationem: Confer illam declarationem cum Bezæ verbis in 1. part respo. ad acta coll. Mompelg pag. 22: & apparebit contradictio aperta philosophatur ibi Beza absq; scriptura & ex parte vera dicens sibi contradicit.

Vrsinus addit hanc causam: regenerari, quia habeant spiritum regenerationis. Rectè quidem hoc, si fidem infantibus largiretur Vrsinus, quam quia eis adimit, tum credam aliquem habere spiritum regenerationis (quæstio est de præsentiâ gratiosâ spiritus, quæ definitur operatione gratiosa spiritus sancti) & non habere fidem, quando mihi probabit caulam sufficientem & efficientem actu esse posse sine effectu, relatum sine correlato, de quo in sequentibus plura, ubi de infantum baptizatorum fide agetur. Vbi etiam scriptura talem regenerationem & inhabitationem Spiritus regenerationis, quæ absq; fide sit, desinit Vrsinus? Nullibi, nullibi inquam: vt Christus non nisi per fidem gratiosè inhabitat in cordibus nostris, sic & spiritus sanctus. Hungari allegant in sua Panharmonia pag 224 Rom 8. vers. 26. 27. Gal. 4 Sed Paulus ibi de adultis loquitur, & ipsam

fidem includit, quemadmodum contextus apertè testatur. Beza apertius est, & ex ipsa definitione regenerationis (quibuscunq; non competit definitio regenerationis, illi non possunt dici regenerari vel regenerati ex perpetua Dialecticorum regula. *Atqui iuxta Bezam* definitio regenerationis non competit infantibus baptizatis (*quod tamen nos non simpliciter concedimus*) *Ergo iuxta Bezam infantes baptizati non possunt dici regenerari vel regenerati. Solvite hunc nodum vos Palatini absq; verborum involucris & ambiguitate*) *negat* infantes regenerari in *præfat. 2. part. respons. ad acta colloq. Mompelg. pag. 21. Denig, nonne & sic iuxta vos licebit colligere:* Infantes nascuntur; seu non actu, sicut illud vestrum: Infantes renascuntur, sed non actu? *Absurdum.* Heidelbergenses Calviniani candidè agunt: sed non actu: Palatini Calviniani laudantur: sed non actu. *Cum itaq; conclusio syllogismi ab initio sect. allati sit absurda, & Maior, vt ostensum, sit vera: sequitur Minorem, quæ est Calvinianorum, falsam esse, ex qua necessariò sequitur. Vt enim infantes excludantur à cœna Domini, quia non sunt participes probationis sui ipsius, seu quia semetipsos, iuxta mandatum Pauli, probare non possunt, nec frustra vtantur sacrâ cœnâ: Ita etiam* excludi debent à Baptismo, quia non sunt participes (*iuxta Calvinianos*) regenerationis: Vt enim cœna Domini non est salutaris, nec salutaris esse potest cuiquam sine probatione suiipsius, & annunciatione mortis Domini: Ita nec absq; regeneratione salutaris esse potest baptismus: Nam qui non regenerantur, ij manent in prima nativitate, in qua sunt filij iræ. *Ioh. 3. Ephes 2.*

NB.

Si igitur infantibus non prodest baptismus, eo tempore, quo baptizantur, quare non differunt in id tempus,

22. *Nec est vt obijciant baptismum hypocritarum: nam ille quidem verus est ratione substantiæ seu substantialium partium: sed non est salutaris, nec prodest hypocritis tum, cum baptizantur: quia non regenerantur hypocritæ Et si constaret certò,* hunc vel illum esse hypocritam, nec regenerari, non baptizaretur. *Quapropter sic retorqueo: Vt hypocrita,* quem constat esse hypocritam, non est baptizandus, quamdiu constat, eum esse hypo-

hypocritam, propterea quod ei Baptismus non est salutaris, nec ei prodest (*non excludo reliquas causas, ob quas eiusmodi hypocritæ non admittuntur ad baptismum, sed hanc, quæ etiam una est, pono; quia convenit ad præsens propositum* cum inde non regeneretur: ita etiam infantes propter hanc eandem causam non erunt baptizandi, quoniam iuxta Calvinianos constat, eos non regenerari. *Rursus absurdum.*

quo salutaris esse, & cum fructu percipi queat? *Vide quæ infra disputabuntur de fide infantum.*

23. *Sed opponunt: Baptismum infantibus ideo esse salutarem, quod in eis obsignet adoptionem fœderis, in quo sint nati (Beza 2 part respons ad acta colloq. Mompel pag 122) & gratiam remissionis peccati originis: Nam incidunt in alia absurda: sine fide Sacramenta non obsignant, vt supra ex Chrysostomo & ipsis Calvinianis sect 17. fuit ostensum. Infantes autem baptizati, iuxta Calvinianos, non habent fidem. Quapropter in ijs nihil obsignare poterit. Deinde si obsignat in ys gratiam remissionis peccati originis, sequitur peccatum originis esse remissum: quæro igitur: an* sit propter meritum Christi remissum, an sine merito Christi? *Sine merito Christi est absurdum dicere:* sic namq; pro peccato originis non esset satisfactum. Si autem propter meritum Christi, quæro an propter meritum Christi fide apprehensum, vel non apprehensum? *Si dicas posterius, propter meritum Christi fide non apprehensum, absurdum dicis:* quia sic meritum Christi est alienum, *quod non fit nostrum nisi per fidem: alienum autem meritum, quâ alienum non prodest nobis: sed necessum est,* vt fide fiat nostrum. *Si dicas prius, necessum est vt infantibus largiaris fidem: quam cum totis viribus denegent infantibus Calvinistæ, sequitur quod in infantibus Baptismus nihil obsignet. Sunt itaq; fumi verborum. Sed hac de re postea copiosius. Præterea implicat hoc effugium contradictionem: Si infantes baptizati adoptantur in filios Dei. Ergo regenerantur: quia qui adoptantur in filios à Deo, illi sunt heredes Dei. Impossibile autem est, vt qui non est regeneratus sit hæres Dei. Ioh 1. vers.*

Necessariò sequitur Anabaptismus ex hoc dogmate Calvinianorum.

verſ. 13 & Ioh. 3. verſ. 3. Hi enim ſunt filij Dei, qui ex Deo ſunt nati & regenerati: Ex primâ enim nativitate ſunt filij iræ & carnis, Ioh. 3. Epheſ 2. Quicunq; igitur non regenerantur, ſunt filij iræ, iuxta hæc infallibilia Chriſti & Pauli verba.

NB. „ Manifeſtâ itaq; implicat contradictionem adoptari in filium Dei „ & non regenerari. Hæc enim indiviſo nexu cohærent; credere „ in nomen Chriſti, regenerari, renovari, heredes Dei, filios Dei „ eſſe, adoptari in filios Dei. *Ioh. 1 verſ 12. 13. Tit 3 Negat autem Beza infantes regenerari. Ergo negabit etiam adoptari in filios Dei. Si autem concedit, adoptari, neceſſariò cogitur etiam concedere, quod regenerentur. Negat etiam Beza, infantes fidem habere: Ergo negabit eos etiam adoptari, quia hæc, vt oſtenſum, indiviſo nexu cohærent.* Detur enim præter fidem aliud adoptationis in filios Dei medium, quo adoptentur. *Non poſſunt ex ſcripturâ dare, vt poſtea pluribus docebitur. Quoquo igitur ſe vertant hoc loco Calviniani, manifeſtum abſurdum & implicationem contradictionis apertam effugere nequeunt.*

NB. *Calviniani ſunt in rei veritate Anabaptiſtæ: Et licet praxi damnent: in θεωρίᾳ autem & dogmatibus fundamenta Anabaptismi defendunt, & quantum in illis ſtabiliunt.*

24 *Si infantes non ſunt capaces partis ſubſtantialis Baptismi. Ergo ſequitur infantes non eſſe baptizandos: ratio eſt aperta: qui non capit partem: ille multò minus totum: & ampta parte tollitur totum.* Atqui infantes iuxta Bezam non ſunt capaces partis ſubſtantialis Baptismi. Ergo infantes iuxta Bezam non ſunt baptizandi. *Concluſio eſt abſurda teſtibus ipſis Calvinianis. Maior patet. Minorem probo: quia Beza negat infantes regenerari & renovari (2 part. reſponſ ad colloq Momp. pag. 122. In præfat. 1. part. reſponſ. pag. 22 & 23) & facit nihilominus aſperſionem ſanguinis Chriſti, quo regeneramur, & renovationem partem ſubſtantialem Baptismi. 2. part reſponſ. ad acta colloq. Momp pag. 42. 44 45 46. 47. vbi & interiorem baptismum Spiritus expreſsè nominat partem eſſentialem Baptismi Verba hæc ſunt:* Rectè igitur partes eſſentiales Baptismi & ipſius materiam eſſe dixi, aquam vt rem terrenam, & Chriſti ſanguinem, vt rem cœleſtem: Et rectè actionem hominis externam,

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0221
Mecklenburg Vorpommern

nam, quæ est baptismus externus, cum interna Spiritus, quæ est baptismus internus composui. Pag. 41. Aquam & sanguinem appellat duas propriè essentiales partes baptismi, quibus respondent, ait, καθ' ἀναλογίαν ablutio sordium corporis per aquam terrena sive externa, & ablutio per sanguinem Christi ac renovatio cœlestis & interna. *Sic infantes ne sanguinis quidem Christi sunt participes, cum fide careant, iuxta Bezam & omnes Calvinianos, & aspersio sanguinis Christi, comprehendens remissionem peccatorum, regenerationem & renovationem, fiat demum in adulta ætate, vt Beza inquit, in 2. part quæst. & resp. quæst. 111. Aut igitur Beza negabit cum Anabaptistis, infantes baptizandos: Aut concedet, infantes in ipso baptismo aquâ regenerari & renovari: Aut interiorem ablutionem per sanguinem Christi ac renovationem cœlestem non esse partem substantialem baptismi.* Eligat quodcunq; voluerit, & aut absurdum non evitabit, aut sibi contradicere cogetur. *Denique nulli veteres homines Deo placent.* Omnes infantes baptizati iuxta Bezam sunt veteres homines. (*negat enim in verbis supra allegatis in sect. 20.* infantes renovari ac fieri novos homines: manent igitur veteres homines, qui quatenus non fiunt novi, non possunt Deo placere:) Ergo nulli infantes baptizati placent Deo *Conclusio est absurda. Ergo & alterutra propositio. Non Maior: quia est scriptura. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, absurda erit, quod erat ostendendum.*

Calvinus hoc argumento vtitur etiã contra Anabaptistas libr. 4. Institut. cap. 16 sect. 17. Si igitur Calvinus rectè argumentatur contra Anabaptistas: Ergo etiam rectè argumentabor contra Bezam: quia est idem argumentum

Legatur locus Calvini.

25 Constans est Calvinianorum sententia, Infantes baptizatos non credere, ex quâ sententiâ quàm tetra & horrenda sequantur absurda, breviter ostendemus (tribuimus autem infantibus baptizatis fidem iuxta expressam scripturam, quamvis ratio vel conditio illius fidei nobis non sit nota.) Verba Calvinianorum sunt hæc. Beza in 2. part. quæst. & respons quæst. 124. pag 94. & 95. Sed cur addis in adultis? Resp. Quoniam infantium

An infantes baptizati credant & actu fidem habeant.

Argumenta Calvinianor.

prius meritorum quàm doceantur, alia est ratio, cum fides sit ordinario quidem modo, ex auditu: Extra ordinem verò ex solo intrinseco Spiritus sancti motu, quorum vel alterum infantibus competere, ex nullo scripturæ loco, neq; vllâ levissimâ conjectura colligeris. 1. Fides enim (sive ex auditu, sive extra ordinem oriatur) necessariò præsupponit notitiam gratuitæ in Christo promissionis, quam is, qui credit, sibiipsi applicet: quod nullo modo in infantes cadit. *Item in 1 respons ad act. colloq. Momp. pag. 22 edit. 2.* 2. Præterea si Apostolicum illud dictum verum est: ides est ex auditu, & quidem ex prædicantis ore, vide tandem fides vestra infantilis. *Item in 2. part resp. ad act. colloq. Momp. pag. 91:* Aliorum autem, eorum videlicet, qui adolescunt, dixi & adhuc dico renovationem non esse ad baptismi, sive in infantia, sive in adolescentia collati, momentum restringendam: sed ab eo demum tempore, quo Christum actuali vera fide ex auditu apprehendunt: quæ fides neq; infantibus tribui (vt mihi quidem videtur) potest, neq; necessariò cohæret cum baptismi præbiti tempore. *Hungari in sua Panharm Christi & Calvini pag. 214.* Infantes Christianorum cum nec audire, nec intelligere, nec meditari possint verbum Dei, nec legatur in scripturis, occulta spiritus sancti operatione fidem in ipsis creari, dici non possunt propriè loquendo fidem habere: salvari tamen & regnum Dei consequi meritò censentur ij omnes, qui sunt ex illis prædestinati æterno immutabili q; Dei decreto ad vitam æternam, cùm quòd sint electi, tùm quod habeant Spiritum sanctum radicem, fontem & auctorem veræ fidei, spei, charitatis, regenerationis, sanctificationis, qui cum sit arrhabo hereditatis nostræ, defectum fidei vi ture sua interna supplere in ipsis non absurdè creditur. *Hactenus illi. Primum autem absurda colligam, & postea quid excipiant Calviniani in nova absurda prolabentes videbimus.* *Absurda hæc sunt.*

Idem docet Zach. Vrsinus in 1 p. rt oper Theol fol 609. 610. sic inquiens: Tota Ecclesia habet sicut vnam fidē, sic vnum spiritum & vnum patrem & vnū baptisma Eph. 4. Adulti sine fide nō habent: Infates autem sine fide habent vnum spiritum & vnū patrem. Ergo & vnum baptisma cum adultis, etsi fidem non habeant actu;

1. 25. *Quicunq; non crediderit, non salvatur. Ioh. 3 Marc. 16. Nulli infantes baptizati credunt ante ætatem adultam. Ergo nulli infantes baptizati ante ætatem adultam morientes salvantur.*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0223
Mecklenburg Vorpommern

tur Conclusio est absurda testibus ipsis Calvinianis. Ergo alterutra propositio. Non Maior, quia est scripturæ. Ergo Minor quæ est Calvinistæ absurda erit.

II. 27. Si quis non diligit Iesum Dominum sit anathema maranatha inquit Paulus 1 Cor. 16 Infantes iuxta Calvinianos non diligunt Dominum Iesum: quia dilectio illa absq; fide, qua infantes carent, esse nequit. Ergo infantes sunt anathema maranatha. Conclusio absurda. Ergo & Calvinianorum Minor propositio, ex qua hoc sequitur: Maior enim propositio est Apostoli Pauli.

III. 28. Impossibile est DEO placere sine fide Ebr. 11 Ratio est: quia omnes sumus naturâ peccatores. Nisi autem peccata sint remissa & tecta, Deo placere non possumus. Nec autem remittuntur nec teguntur peccata nisi per & propter meritum Christi nobis fide imputatum: non autem nisi per fidem imputatur Rom 3. & 4. Ad Gal. 2. Eph. 2. Nemo igitur sive infans sive adultus Deo placere potest, qui non habet fidem: *Quomodo enim placebit si non novit essentiam & voluntatem Dei? Nulli Infantes baptizati ante ætatem adultam iuxta Calvinianos habent fidem. Ergo impossibile est Infantes baptizatos ante ætatem adultam Deo placere Conclusio absurda Ergo & Minor propositio, quæ est Calvinianorum, cum Maior sit S Scripturæ.*

IV. 29 *Quicunq; non habent fidem, illorum non est regnum cœlorum Atqui nulli infantes baptizati ante ætatem adultam habent fidem iuxta Calvinianos Ergo nullorum infantum baptizatorum ante ætatem adultam est regnum cœlorum. Conclusio est absurda & apertè contradicit Christo, qui sic inquit Lucæ 18. Sinite infantes ad me venire talium enim est regnum cœlorum. Idem Marci 10 Matth 18 & 19 Ergo alterutra propositio Non est Maior, quia est sacræ scripturæ, consentanea. Ergo Minor quæ est Calvinianorum.*

V. 30. *Quicunq; Sacramentum sine fide sumit ei nihil prodest:*

ctu; sed tantùm potentiâ sive inclinatione Quomodo igitur tota Ecclesia vnâ habet fidem Vrsine? Et quomodo erit vnus salvandi modus Vrsine? Adulti per fidem: Infantes sine fide.

NB.

NB. Calvinus vniversaliter, loquitur, & ratio quã assignat vniversalis est tam infantibus quàm adultis vera.

dest: Ita enim scribit Calvinus lib 4 instit. cap. 14 sect. 14. Quid verò est Sacramentum citra fidem sumtum nisi certissimum Ecclesiæ exitium? Nam cum nihil inde extra promissionem sit expectandum: promissio autem non minus iram incredulis minetur, quam fidelibus gratiam offerat: Fallitur qui plus aliquid per Sacramenta sibi conferri putat, quam quod verbo Dei oblatum, vera fide percipiat. *Idem docet cap. 15. sect. 15. vbi sic scribit:* Cæterum ex hoc Sacramento, quemadmodum ex alijs omnibus nihil assequimur nisi quantum fide accipimus. Si fides desit, erit in testimonium ingratitudinis nostræ, quo rei eorum Deo peragamur, quia promissioni illic datæ increduli fuerimus. *Hunc sequitur Vrsinus fol 340 341. volumine 1. thes 7 de Sacramentis in genere. Item, Hungari pag 203. Atqui infantes sumunt baptismi Sacramentum sine fide iuxta Calvinianos, quia iuxta eos, nec ante baptismum habent fidem, quod & nos fatemur, nec in baptismo accipiunt, nec post baptismum ante ætatem adultam habent fidem. Ergo infantibus nihil prodest Sacramentum baptismi. Pergo. Quibus non prodest Sacramentum Baptismi illi non debent baptizari. Atqui infantibus non prodest baptismus. Ergo non debent baptizari. Conclusio absurda & Anabaptistica Ergo Calvinianorum paradoxon infantibus baptizatis fidem denegans, ex quo sequitur, cum Maior propositio sit scripturæ, absurdum est.*

Quæro hic, quando Baptismus administretur. Nonne in Infantia? At infantibus fidem denegãt Calviniani.

Loquor de eo tẽpore, quo baptizantur & quo fide carent. Scio quod postea, cum fidem percipiunt, baptismus illis prosit. De ipso actu baptismi est sermo. Sic velim restringi propositiones & conclusiones horum duorum syllogismorum.

VI. 31. *Nihil habet rationem Sacramenti extra vsum à Christo institutum:* Sine fide autem nullus est verus & legitimus vsus juxta Caluinianos. Atqui infantes baptismi ceremoniã absq; fide juxta Calvinianos percipiunt. Ergo juxta illos etiam in infantibus non habebit rationem Sacramenti, & per consequens cum non accipiant Sacramentum baptismi, rebaptizandi erunt. *Absurda est conclusio. Ergo & Calvinianorum opinio ex qua hoc sequitur. Quicunq; enim non habent fidem, illis nihil est Sacramen-*

Pezelius pag. 342. & 343. Vrsinus fol. 145. thesi 25. de Sacramentis in genere. Embdenses im Historischen

crementum iuxta Calvinianos. Infantes baptizati non habent fidem. Ergo infantibus baptismus non est Sacramentum.

VII. 32. Illi sunt Filij Dei qui credunt, sic enim describuntur: dedit potestatem filios Dei fieri his qui credunt Ioh. 1. vers. 13. Nulli infantes baptizati iuxta Calvinianos credunt. Ergo nulli infantes iuxta Calvinianos sunt filij Dei. Conclusio est absurda testibus ipsis Calvinianis, qui quosdam baptizatos salvari & electos esse dicunt.

VIII. 33. Tantum duæ sunt classes hominũ; Classis credentium & non credentium; Nullum datur tertium, quia credens & non credens sunt termini contradicentes, inter quos nullum datur tertium, quam distinctionem Christus ipse tradit Marci 16. Ioh. 3. Sicuti autem non credentes dicuntur illi qui non habent fidem, sic & credentes dicuntur qui habent fidem. Qui igitur carent fide, sunt non credentes: Infantes baptizati juxta Calvinianos carent fide. Ergo omnes baptizati infantes sunt non credentes. Non credentes non sunt Christiani, nisi forsan solo nomine Christianos definias, quia ira Dei manet super eos Ioh. 3. Omnes infantes baptizati juxta Calvinianos sunt non credentes. Ergo nulli infantes baptizati sunt Christiani sed ira Dei manet super eos. Conclusio absurda ergo & alterutra propositio. Maior non, quia est scriptura Ergo: Minor quæ est Calvinianorum.

IX. 34. Si nulli infantes baptizati habent fidem ante ætatem adultam, qua possint ratione vti, mentitus est Christus (absit: Sequitur autem ex dogmate Calviniano) qui apertè dicit Marci 9: Qui offenderit vnum ex pusillis qui in me credunt. Credere enim & fidem non habere dicitur ἀντιφατικῶς. Atqui iuxta Calvinianos, Nulli infantes habent fidem ante ætatem adultam, qua possint ratione vti Ergo Christus est mentitus Marci 9. vbi inquit: Qui offenderit vnum ex pusillis istis qui in me credunt. Conclusio absurda Ergo alterutra propositio. Non Maior cuius ratio est redacta. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum.

V 3 35. Qui-

bericht vom Abendmal.

cap. 1. num. 5. & 6 Regula autem illa intelligitur de vsu substantialium partium Sacramenti, nõ de effectu, vt Calviniani errant: opposita enim est põtificiorum Missæ in qua non observatur vsus substantialium partiũ Sacramenti cœnæ. Aliud enim est loqui de vsu, per quem Sacramentum est salutare & aliud est vsus, per quem observantur substantiales partes Sacramẽti. Est igitur ambiguitas in voce vsus.

X. 35. Quicunq; non habent fidem, non sunt Electi: quia e-
NB legit nos ἐν ἁγιασμῷ τοῦ πνεύματος καὶ πίστει τῆς ἀληθείας. 2. Thes. 2. & quos elegit hos iu-
stificavit Rom 8. Nemo autem iustificatur sine fide Rom. 3 & 4.
Gal. 2 Nulli infantes baptizati credunt Ergo nulli infantes ba-
ptizati sunt electi. Conclusio est absurda testibus ipsis Calvinia-
nis qui statuunt quosdam infantes baptizatos, qui ante ætatem
adultam moriuntur esse electos Ergo etiam alterutra propositio:
Non Maior, quæ est sacræ scripturæ Ergo Minor, quæ est Cal-
vinianorum.

XI. 36. Quicunq; non habent fidem, non justificantur Gal 2.
NB. Non nisi per fidem, & Rom 3 Atqui nulli infantes baptizati
ante ætatem adultam habent fidem. Ergo nulli infantes bapti-
zati ante ætatem adultam justificantur. Conclusio absurda,
quia sic sequeretur, nullos salvari, cum nemo salvetur in futuro,
qui non justificatus est in præsenti seculo, aut si nihilominus qui-
dam salvarentur, sequeretur aliquos salvari, qui non prius fue-
rint justificati: Absurdum. Ergo & alterutra propositio. Non
Maior, quæ est sacræ scripturæ propositio Ergo Minor, quæ est
Calvinianorum. Item quicunq; non habent fidem, ij absq; Christo
salvantur, quia Christus nemini absq; fide prodest Atqui infan-
tes quidam morientes in infantili ætate, non habent fidem, iu-
xta Calvinianos. Ergo absq; Christo salvantur

XII. 37. Beza in altera parte responsionis ad Act. Coll. Momp edit.
Genev. pag 101. sic scribit: Assentior quoq; tribus istis, vt ce-
rtissimis & immotis enunciatis: Ad infantes in Ecclesiæ corpore
NB. Contradi- natos pertinere regnum cœlorum: neminem ingredi in regnum
ctio Bezæ. cœlorum nisi in Christo justificatum: neminem nisi sola fide in
Christo justificari. Hactenus Beza. Ex quibus verbis sic argu-
mentor: Quicunq; ingrediuntur regnū cœlorum habent fidem.
Quidam infantes baptizati ingrediuntur regnum cœlorum. Er-
go quidam infantes habent fidem. Viramq; propositionem con-
cedit Beza, negat tamen conclusionem Est igitur verè absurdus
NB. Beza, cum syllogismus legitimè sit dispositus, & vtraq; præmissa
sit concessa: contradictio aperta.

38 Sed

38. *Sed excipit Beza his verbis in loco allegato: Infantibus tribuitur fides sic aliena, quoniam in ipsis non inest, vt tamen pro sua in illis ex Dei pacto censeatur:* ea videlicet fides, quâ parentes non sibi solis: Sed suis quoq; posteris æternæ in Christo vitæ jus Deo semper, vt sæpè dixi, relictis particularibus, in hac discernenda sobole judicijs, per Dei misericordiam receperunt. *Hactenus ille sed incidit in Scyllam, dum vult vitare Charybdim.* Propositiones illæ Syllogismi quas Beza concessit, vt ex loco allegato apparet, loquuntur de fide propria & non aliena: propria autem dicitur, definiente ipso Beza, quæ sibi inhærente quis præditus est. *Et commentum hoc pugnat cum tota sacra scriptura:* Iustus sua fide vivit, non aliena. *Habac. 2. Rom. 1 & 4. Corde creditur ad salutem, inquit Paulus Rom. 10. Nemo autem credit alieno corde. Ezech. 18.* Iustitia justi super illum & impietas impij super illum & sicuti incredulitate sua parentes non nocent liberis: ita nec sua fide apprehendunt salutem liberis, si liberi propriam fidem non habeant. Sicuti nemo aliena anima intelligit, sic nec aliena fide credit. *Et nonne adhuc manet illud absurdum, quod ipse Beza absurdã esse dixit, aliquem iustificari, in quo non est fides? Nec iuvat Bezam, quod dicit, fidem parentum in infantibus sic alienam, vt ex pacto Dei censeatur pro sua: Caret namq; omni scripturæ testimonio imò pugnat cum dictis scripturæ modò allegatis: Iustitia iusti super illum.* Quod nam verò est illud Dei pactum? Nullum tale omnino extat in tota sacra scriptura, quo Deus testetur, Se fidem parentum reputaturum pro fide infantum, aut parentes sua fide sibi & suis liberis salutem apprehendere posse. *Ideoq; eadem facilitate hoc rejicitur, quâ profertur. Verba illa Gen 17. vers. 7. Ero Deus tuus & seminis tui post te, nihil iuvant Bezam, sed potius ei obsunt. Formula enim illa fœderis nihil prodest, nisi quisq; per propriam fidem eam sibi applicet: aliàs enim Absolon, Iudas, & omnes posteri Abrahami quotquot sunt, iuxta hanc formulam fœderis salvarentur, quod est absurdum Et formulam*

Hungari similiter pag. 211. in sua panharmonia.

Vbi illud pactum Beza? Nullibi.

NB.

NB.

Frivola Beza exceptio.

NB.

Vbi igitur manet fœderis formula in illis im-

infantibus, qui morientes ante ætatem adultam, iuxta vos Calvinianos morientes non sunt electi, neq; salvantur:

lam illam fœderis non nisi cum determinatione fidei propria esse intelligendam. Paulus clarè testatur Gal. 3. his verbis: qui ex fide sunt hi sunt filij Abrahæ, & mox: Itaq; qui ex fide sunt benedicuntur, cum fideli Abrahamo: Quibus verbis clarè significat, qui nam sint genuini filij Abrahæ, & ad quos fructus promissionum pertingat. Etsi igitur iuxta illam fœderis formulam, omnium fidelium liberis pateat aditus ad media, per quæ divino fœderi inseruntur, & ad salutem: tamen fructum promissionis illius non percipiunt, nisi qui propriam fidem habent. Denique Beza, quid fiet illis infantibus baptizatis quorum parentes non credunt, & propterea nec pro se nec pro filijs (cum fide careant)

NB. " salutem apprehendere possunt? Tunc illos omnes damnabis? Haud
" opinor. Absurdum namq; Attamen ex tua opinione sequitur,
" cum iuxta te nec pro se nec respectu parentum, vt ostensum est
habeant fidem. Vnde apparet, quam verum sit illud Aristotelis libr. 1. physicorum cap. 3. Vno dato absurdo, sequuntur infinita.

ALIA EFFVGIA.

39. Sed audiamus & aliorum effugia non minus absurda. Cæteri Calvinioni hoc dogma Bezæ de fide aliena nimis absurdum esse, vt ut Beza id autoritate Augustini, qui nec Christus, nec Apostolus, nec Evangelista fuit, palliare conetur, animadvertentes alias elabendi rimas quærunt, sed non minus absurdas falsas & contradictorias, vt videbimus: dicunt infantes credere & fidem habere potentia: non actu: habere Spiritum S. radicè, fontem & autorem ueræ fidei, spei, charitatis, regenerationis, sanctificationis, qui cum sit arrhabo hæreditatis nostræ possit supplere in infantibus defectum fidei virtute sua interna: item infantes non habere ipsam actualem fidem seu habitum, sed semen fidei: Vt autem semen tritici quamvis sit semen, cum in terram projicitur, dicitur triticum: ita etiam semen fidei fidem rectè appellari. Item, fideles esse prorsus eodem modo quo & ratione præditi dicuntur, non quod iam valeant ratiocinari, sed quod mentem habeant, qua cum per ætatem licuerit,

Hungari in sua panharmoniâ pag. 214. Vrsinus volum 1. theologicorū operum fol 210. Güldene letter in der andern spossen pag. 21 artic. 13 pag. 79 80 83. & 202.

reipla

reipsa ratiocinentur. *Item verba Christi.* Qui offenderit vnum ex pusillis, qui in me credunt, sic interpretantur (*in aurea scala, secundo gradu pag 83*) id est, credunt, sed non actu. *Hactenus illi.*

Responsio generalis.

40. *Omnia absurda notare, esset nimis prolixum: potissima tantum notabo. Primum sacra scriptura has distinctiones simplicissimè ignorat nec illa quæ de semine & radice fidei; & de fide impotentia dicuntur vllo scripturæ dicto confirmari possunt, sicuti nec hactenus vllum scripturæ dictum pro ijs astruendis attulerunt, nec afferre potuerunt.* Nullibi namq; scriptura dicit, qui habent radicem vel semen fidei, aut qui δυνάμει fidem habent, seu credere possunt: *Sed qui credunt, qui fidem habent salvantur Eadem itaq; facilitate reijciuntur, qua ab illis adseruntur. Turpe enim, Theologum loqui absq; scriptura: hoc ne est observare ὑποτύπωσιν τῶν ὑγαινόντων λόγων, Vt Paulus monet 2. Timoth 1?* NB.

Examen effugii primi.

De fide potentiali

41. *Deinde averta est hæc sophisticatio, imo & perversio verborum Christi: credunt sed non actu. Simili etiam ratione, totam scripturam evertere possem: Christus patitur, sed non actu: Electi salvantur, sed non actu: Sicuti & supra sic ludebant: Infantes regenerantur, sed non actu: quasi vero non esset manifesta implicatio contradictionis: cum de* nemine dici proprie possit, quod credat, qui actu non credit, sicuti de nemine proprie dicitur, quod vivat, qui actu non vivit. *Quid ni & sic colligere licebit? Heidelbergenses Calviniani oderunt sophisticationes & verborum præstigias: sed non actu? Sol movetur, sed non actu? Item, Ille currit, licet sedeat, sed non actu? Calvinistæ salvantur, sed non actu? Ille loquitur, licet taceat, sed non actu? Hypocritæ, Iudæi, imò incredituli seu non credentes credunt, & fidem habent, licet sint crediti, sed non actu, quia possunt habere fidem Sic aliquem adhuc in cunis iacentem doctorem Theologiæ δυνάμει appellabo, quia potest talis fieri: nonne hoc est præstigijs verborum ludere?*

illud posse credere, solvitur per id nõ posse. Est contingens.

NB

42. Sed propius ad rem. Vocabulum δυνάμεως est ambi- 3
" guum: aut intelligunt de potentiâ remotâ, quæ utriq; actui &
" primo & secundo opponitur: aut de potentia propinqua, quæ
nihil aliud est, quam ipse actus primus, & opponitur duntaxat
actui secundo, qui est ἐνέργεια seu operatio actus primi, vt videre
est apud Aristotelem in fine libri περὶ ἐφαντείας & libro secundo
de anima textu secundo: Vbi de duplici actu disserit. Si de potentiâ
proximâ, quæ nihil aliud est, quàm ipse actus primus vel in-
terdum actus cum potentia, quæ minus propriè potentia dicitur,
laqueretur Calviniani (sic quis in somno scientia præditus dici-
tur etiamsi tum actu secundo non sciat: Philosophus est actu
primo & δυνάμει licet actu non philosophetur) & sentirent in-
fantes ita δυνάμει esse fide præditos, Vt illos habitu fidei verè
imbui, atq; sic ipsam fidem actu primo in cor illorum per Spi-
ritum S. inscribi concederent, & fidem illam parvulorum actu
existere, & quiddam positivum esse crederent, controversia
esset sublata. Sic namq; infantes haberent instrumentum, quo
Christum apprehenderent, cum non solum actio fidei: sed
etiam ipse habitus relationem habeat ad Christum: non enim
habitum, vt habitum hic intelligo, sed vt habet relationem ad
Christum: Sicuti & ipsa actio fidei ita consideratur. Atq; sic S. S.
præstare poterit, vt ea fides in arcanes quosdam motus se profe-
NB. rat, vt testatur exemplum Iohannis Baptistæ, quod non allego,
quasi eodem modo omnes infantes credere, credam (absit) sed vt
NB. " doceam, infantes capaces esse fidei, quod Calviniani negant.
Nam si nullo modo sunt capaces, neq; Iohannes baptista potuit
esse capax, quod est absurdum: Absurda igitur inficiatio Cal-
vinianorum ex qua hoc sequitur. Verum nolunt hoc Calviniani:
negant namq; vt verba illorum allegata testantur, infantes actu
habere fidem, negant illis competere habitum fidei. Loquuntur
itaq; de potentia remotâ, quæ utriq; actui opponitur, qua ratione
Zabarella libr. 1. de prima re- solemus dicere effectum esse potentiâ, quando nondum est actu,
rum materia esse tamen potest, quia est in potentiâ agentis: Vbi nihil aliud
cap. 9. /
signifi-

significamus, quam dari causas, à quibus effectus produci potest.
Atqui ita sensus illarum hic est: Infantes δυνάμει habent fidem,
id est, licet modo in infantili ætate neq; actum seu habitum fidei neq; motus seu ἐνεργείας *fidei habeant, tamen possunt aliquando tempore futuro ex auditu verbi Dei fidem concipere, quando adoleverint vt Beza in 2 part. respons. ad colloq. Momp explicat. Sic verò fumes verborum vendentes absq; scriptura loquentes, nec formam sanorum verborum iuxta gravissimam Pauli admonitionem 2. Timoth 1. observantes, prolabuntur in absurda de quibus in sect 39. & 40. est dictum.* EXAMEN SECVNDI. de opatione Spiritus S.

43 *Præterea ita non satis fit absurdis supra obiectis: Sacramenta namq; si salutaria esse debent* requirunt actu fidem, vt quis actu credat, non solum, vt credere aliquando possit: *Sic namq; Sacramenta hypocritis essent salutaria tum quando baptizantur, propterea quod aliquando per operationem S. S fidem concipere possunt Et cum infantes baptizati accipiant regnum cœlorum, teste Christo Marci 10 quod concedunt & ipsi Calviniani de quibusdam infantibus baptizatis, (quos per suum absolutum decretum, Electos esse statuunt) sequitur quod actu habeant fidem. Nam si actu accipiunt regnum cœlorũ (illi qui mox post baptismum moriuntur) Ergo actu habent fidem, quá accipiant:* Si non habent actu fidem, nec actu accipient, nisi forsan per contradictionem dicere velint, aliquid actu accipi eo, quod actu nondum est, cum absq; fide tanqaam vnico instrumento apprehendente (*aut dent Calviniani aliud ex scriptura, si possunt*) non possint accipere, nisi forsan & hæc verba Christi sic eludere velint: accipiunt regnum cœlorum: sed non actu: *Vnde tandem sequetur: infantes eiusmodi qui moriuntur ante ætatem adultam salvari, sed non actu: Si fides actu, iustificatio actu: Si illa non actu, neq; hæc: quia nemo absq; fide iustificatur Rom 3. & 4. Gal. 2 Absurdum & contradictorium.* NB EXAMEN TERT

44 *Non minus absurdi sunt* qui semen seu radicem fidei *pro fide in infantibus substituunt. Nam primum & hi loquuntur* De semine seu radice fidei Calvinianorũ.

absq; vllo scripturæ testimonio neq; observant ὑποτύπωσιν τῶν ὑγιαινόντων λόγων: *Quapropter & similiter sunt absurdi, donec illud suum semen fidei ex scriptura clarissimè probaverint. Scriptura non dicit,* qui habet semen vel radicem fidei, sed qui credit, qui habet fidem, salvabitur, *etiamsi fides interdum sit parva.*

45. *Deinde quicquid intelligant* per semen fidei *absurda evitare nequeunt: Si naturâ statuunt semen fidei inesse infantibus, Pelagiani sunt: Fides est solius Dei donum & opus Ioh. 6. & Philippens. 1. Sed hoc nolunt.* Si motum aliquem actu in eis per spiritum S. accensum intelligant, qui tamen motus non sit ipsa fides, rursus sunt absurdi, dum concedunt, talem motum à spiritu Sancto in ijs accendi posse, qui non sit fides ipsa, *& tamen fidem, qua sit verè & actu fides in ijs per spiritum S. non accendi, cum tamen sine fide salvari nequeant: nec scriptura*

NB. 3. " vllibi docet, infantes per talem motum, qui non sit fides ipsa salvari ac justificari; *neq; etiam superioribus obiectis absurdis, quæ sequuntur sublatâ fide in infantibus, satisfaciunt, nec denique definire poterunt, quid sit ille motus si non sit ipsa fides. Nam dicant, an sit spes, charitas, noticia, vel ignorantia vel quid sit: quicquid dixerint capti erunt.* Et si ille motus suppleret vicem ipsius fidei sequeretur duplex esse ὄργανον apprehendens justificationem, vnum, fidem, alterum verò, illum motum à S. Spiritu in infantibus accensum, & aliud erit instrumentum apprehendens salutem & remissionem peccatorum pro adultis, aliud pro infantibus. Et vbi manebit illud, solâ fide (*tanquam instrumento apprehendente*) justificamur *& salvamur, quod hactenus vnâ nobiscum Calviniani contra pontificios vrserunt, quod est absurdum, & toti sacræ scripturæ contradicit. Sed quantum colligere possum ex illorum scriptis, neq; hoc volunt omnes, quamvis Palatini Calviniani suâ similitudine de semine tritici id indicare videntur, quod tamen simile ista retorqueo.* Vt semen tritici quod in agrum proijcitur, ideirco & non ob aliam causam, quia actu ipso est triticum: sic etiam semen

NB. *Absurdum Calvinianum.*

illud

illud fidei, si fides est appellanda, fides propterea dicetur, quia actu fides est: aliàs similitudo non constabit. *Si verò per Metalepsin velint semen tritici triticum appellari* (*vt taceam quod prior ratio appellationis non excludatur*) *semen nimirum tritici idcirco triticum appellari, quia producat triticum & in hoc similitudinem consistere, ego nihilominus ad absurdum deducam illos: Vt enim semen tritici triticum dicitur, quia producit triticum: sic etiam semen fidei fides appellabitur, quia producit fidem. Per semen fidei igitur illud intelliget, quod fidem producit? Quid nam est illud? Nonne solus Spiritus sanctus? Ergone Spiritus S. appellabitur fides, ut tritici semen appellatur triticum? Absurdum rursus. Si relabaris ad materialem causam, & dicas tritici semen esse causam materialem tritici, non nego, sed dico & suo modo efficientem, & sic etiam triticum appellatur, nihil faciet hoc ad propositum, siquidem fides, quæ est qualitas & sic forma accidentalis, eiusmodi materiam non habet: qualitates namq; sunt simplices formæ: aut quæ nam est materia fidei, ex qua constet, quæ non sit ipsa fides? Absurdum rursus. Fatearis itaq; oportet illud semen fidei aut nihil esse, aut esse ipso actu veram fidem, nisi velis in commemorata absurda incidere.* NB. NB.

45. *Alij deniq; ex Calvinianis, vt allegata illorum verba testantur, per semen seu radicem fidei intelligunt ipsum Spiritum sanctum, qui si non magis attamen æquè absurdi sunt, quam priores. Hi negant eos actu fidem habere, sicuti vidimus supra & tamen concedunt spiritum sanctum gratiosè habitare in infantibus & quidem tanquam radicem & fontem ac autorem veræ fidei* (nam de generali præsentia non est quæstio, nec quicquam ad rem facit) *Digni certè qui fustibus, non rationibus refutentur: Largiuntur causam in actu & negant effectum: cum tamen posita causâ in actu necessariò ponatur effectus. Subsumo: Spiritus S. est causa veræ fidei & quatenus causa veræ fidei ponitur actu in infantibus: ipsi enim Calviniani concedunt, quod* Aliorum eadem non minus absurda.

gratiosè inhabitet in infantibus (nam iuxta generalem præsentiam, quâ adest omnibus creaturis, non est causa fidei. Ergo iuxta præsentiam gratiæ quæ definitur operatione gratiæ, fidei &c. neq; generalis præsentia Spiritus S. quicquam ad hanc controversiam facit) Ergo etiam actu fidem in infantibus (quamvis nobis non constet, quomodo id fiat, licet etiam tales operationes fidei non sint in infantibus, quales in adultis) *largiri eos oportet, aliàs sequitur manifesta contradictio: causa & effectus sunt simul natura, & posita causa in actu ponitur effectus, aliàs non esset causa nec poneretur in actu. Discere hoc poterant Calvinizant ex Fortunati Crellij Logicâ, qui in Logicis suis in doctrina de postprædicamentis sic scribit:* Spiritus S. & fides viva (*quæ certè est actu*) convertuntur. In quo Spiritus S. est, is fide viva præditus est, & qui fide ista præditus est, is Spiritum S. habet: Sed non fides Spiritus S. Sed hîc illius causa est Natura igitur, licet Non tempore prior est Spiritus Sanctus.

Ergo ex his Crellij verbis sic concludo: In quo est Spiritus S. is actu habet fidem.

Atqui iuxta Calvinianos, vt verba illorum allegata testantur in infantibus baptizatis est Spiritus Sanctus. Ergo infantes baptizati actu habent fidem. Vtraq; propositio est Calvinianorum, & tamen negant conclusionem.

Hactenus Crellius Calvinianis expresè suis fraterculis contradicens. Neq; est vt dicant, Crellium hic loqui de adultis, non de infantibus: litera nam q. expressa reclamat: loquitur generaliter: ratio etiam ex mutua σχέσει causæ & Effectus desumta est vniversalis. Etsi Spiritus sanctus gratiosè inhabitat in Infantibus, quæritur an otiosè inhabitet vel ἐνεργητικῶς. Si otiosè non est præsentia gratiosa, quæ definitur operatione. Si ἐνεργητικῶς dicant nobis, non ex suo cerebro, sed sacrâ scripturâ, quid operatur in Infantibus si non sit fides. Aut nihil gratiæ: aut aliquid. Si dicant operari sanctificationem & regenerationem, vt sanctificati & regenerati dicantur, quemadmodum Visinus 1. part. volum. fol. 6. o. loquitur, aut actu aut potentia operabitur: Si potentia tantum, nihil gratiæ operatur. Si actu: Ergo & fidem operabitur, sine qua nulla regeneratio esse potest, vt *Beza ipse inculcat in præfat. 1. part. confess. ad acta coll. Memp pag 21.*

Hungari in sua Panharmonia pag. 215. negant Spiritum sanctum extraordinario modo seu arcano & occulto modo extra auditum verbum posse fidem in infantibus operari & excitare, quâ Christũ apprehen-

vrsus

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0235
Mecklenburg Vorpommern

rursus quæritur si alia gratiæ dona operari possit & operetur, cur non etiam fidem operetur, absq; quâ nemo salvari potest. Deniq; monstrent vnico scripturæ dicto, quod Spiritus sanctus in aliquo gratiosè inhabitare possit, in quo non sit fides? certè per quod Christus habitat in nobis, per id etiam Spiritus sanctus. At Christus per fidem Eph. 3. Ergo & Spiritus sanctus. *Quoquò se vertant Calviniani contradictiones palpabiles & absurda evitare non possunt nisi largiantur in infantibus actu fidem.* Examen quarti ~~absurdi sequitur~~ Effugij.

45. *Adhæc & illi sunt inepti, qui negant infantes baptizatos* actu habere fidem, & tamen infantes prorsus eodem modo fidē habere, quo & ratione præditi dicuntur, non quod iam valeant ratiocinari, sed quod mentem habeant, quæ cum per ætatem licuerit, reipsa ratiocinabitur. *Nam illud acceptans ita eos redigo ad absurdum: Aut actu infantes habent rationem aut* δυνάμει *tantum Si* δυνάμει *tantum, sic argumentor: Quicunq;* δυνάμει *tantum habent rationem, quæ est forma substantialis hominis illi* δυνάμει *tantum sunt homines. Atqui infantes* δυνάμει *tantum habent rationem. Ergo infantes* δυνάμει *tantum sunt homines, Conclusio est absurda. Ergo & alterutra propositio. Non Maior, quod patet ex mutua relatione effecti & causæ, Ergo Minor quod erat ostendendum.*

47. *Si dixerint actu habere rationem sicuti verè habent, sic concludo:* Vt infantes habent rationem ita habent fidem. Sèd ipso actu infantes habent rationem. Ergo ipso actu infantes habent fidem. *Maior est Calvinianorum Minorem probavimus. Firma igitur est conclusio, quod erat ostendendum. Sciant namque, aliud esse rationem quam infantes ipso actu habent, aliud verò* ratiocinationem: aliud formam, aliud operationem formæ, per rationem tanquam per formalem causam constituitur essentia hominis: Per operationem verò rationis seu per ratiocinationem non item: sed tantum declaratur homo. *Applica si vis ad fidem & videbis te constrictum teneri in tua similitudine allata.*

dant: & tamē exemplis Hieremiæ & Ioh. Baptistæ moti ac victi largiuntur ætatem infantilem esse capacem Spiritus sancti non autē fidei quæ est aperta contradictio.

Ratio mihi idē quod Aristoteli aliàs νοῦς, seu animæ pars λογικὴ: absurdum namq; duco animam rationalē absq; ratione esse.

Non ignoro interim reliqua significata vocabuli huius.

48. Sed

Beza in loco supra alle-gato. Hungari pag 216. Vrsinus vol 3. sper theolog. in de-fensione argu-mentorum pro pædobaptismo.

48. *Sed dices:* Calviniani nihilominus infantes baptizatos (*si non omnes, attamen illos quos per absolutum decretum Electos esse censent*) annumerant credentibus seu fidelibus. *Sed:* *sed per pudendam contradictionem: Dicunt illos fideles absq; fide neq; propter propriam, neq; propter alienam fidem. Ergo propter nullam. Credentes absq; fide: perinde ac si quis dicat, Calvinianos esse eruditos absq; eruditione, esse homines absq; humanitate parietem esse album absq; albedine. Contradictio aperta. Beza dicit eos fideles propter fidem parentum, quod supra explosum est: Hungari etiam in loco allegato rejiciunt. Nam cum fides parentum neq; insit infantibus neq; illis imputetur (quo enim scripturæ dicto illa fictitia imputatio probari posset?) Sequitur quod propter fidem parentum fideles dici nequeant absq; contradictione. Nemo alienâ eruditione est eruditus, nemo alienâ vitâ vivit.*

NB.

κεκρυμμένον Calvinianorũ.

49. *At dicunt illos fideles, quia fidei Sacramento, qui baptismo est cooptantur* (*scio unde hoc habeãt sed depravatè citãt*) *in corpus populi fidelis.* a *Elenchus causæ, propterea quod negant per illud fidei Sacramentum infantibus conferri fidem, absq; qua tã vero dici potest fidelis, quam quis absq; incredulitate non dicitur incredulus, contrariorum autem contraria est ratio. Deinde nonne hac ratione omnes hypocritæ possent dici fideles, quia Sacramentum, fidei nempè baptismum percipiunt? Et nonne sic necessario omnes infantes promiscuè fideles censebitis, quod aliàs negatis, cum restringatis ad solos electos.*

a. Solut.

Effugiũ aliud. Resp.

50. *Deinde fideles eos dicunt, quia habeant radicem & semen fidei, Sp. S. At hoc iam supra confessum est. Nam similiter Elenchus causæ, cum doceant Spiritum S. ita esse in infantibus, vt non efficiat fidem, absq; qua nemo dici potest verè & propriè fidelis, quicquid etiam fabulentur de suo surculo fructifero, qui nondum fructus fert, sed ferre potest, quod partim supra, vbi de συνάμει fidei agebatur, confessum est, partim non*

convenit

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0237
Mecklenburg Vorpommern

convenit ad rem, cum surculum non cum infantibus: sed cum fide, & fructus surculi cum fructibus fidei conferre debebant.

51. Denig fideles dici posse contendunt, quia electi & prædestinati sint, non tantum ad vitam æternam, sed etiam ad hoc, vt credant. Rursus Elenchus causæ vt iam toties ostensum. Nam vt taceam insignem ἀκυρολογίαν esse, cum dicitur aliquem esse prædestinatum ad fidem (scriptura sic non loquitur nec locus Actor. 13. vers. 48. quem allegant hoc evincit, sed expressè contrarium testatur cum non ad media propriè loquendo, sed ad finem, nempè vitam æternam prædestinati esse dicamur, quod & græca vox προορισμὸς innuit) inepta est hæc consequentia: Electus est vt credat. Ergo est credens sive fidelis, etiamsi fidem nondum habeat: perinde ac si quis dicat: electus est ad vitam æternam: Ergo etiam vivit vitam æternam, etiamsi ad huc sit in hac vita Elenchus apertus causæ. Elumbis instantia Calvinianorum. Resp. Hungari pag. 216.

52. Et quid multis? glossæ hæ omnes & singulæ destituuntur præsidio scripturæ: Scriptura namq; eos vocat verè & propriè fideles qui habent fidem & illos incredulos qui habent incredulitatem. Vbi verò scriptura vllum hominem vocat fidelem, qui non habeat actu fidem, ego non memini: nec extat in tota scriptura Et nõne hinc sequeretur hoc absurdissimũ absurdũ? in sacra scriptura tradi duo genera credentiũ seu fidelium: vnum genus eorum, qui essent fideles seu credentes per fidem, quia ipso actu fidem habent (& hoc genus est verum) alterum verò genus eorum, qui essent fideles & credentes absq; fide? Sed hoc posterius genus vbi extat in scriptura? in libro nullo, capitulo crasso, folio corrupto, Quicquid igitur Calvinistæ prætendant necessariò sequitur ex illorum dogmate, omnes infantes baptizatos annumerãdos esse incredulis sive non credentibus & per consequens damnandos, quod est absurdum. NB.

53. Porro aiunt infantes placere Deo etiamsi non habeant fidem, placere Deo sine fide: Expressè contradicitur scriptu- Vrsinus volu. 1. Theolog. oper. fol. 610.

Hungari pag. 216. 217. contradictio: Impossibile est Deo placere sine fide. Non impossibile seu possibile est Deo placere sine fide, nempe infantes.

re Ebr. 11. *Impossibile est Deo placere sine fide. Item Rom. 14. Quicquid non ex fide, est peccatum. Respondent de adultis loqui illa dicta. At supra evicisect 28. dict. Ebr. 11. esse universale quia ratio est universalis, etiamsi adulterorum exempla recenseantur, quæ causa non est sufficiens Et nonne sciunt* ejusmodi *propositiones modales,* qualis *est illa Ebr. 11 esse universales? Discant logicam: Nonne cum dico: Impossibile est hominem esse equum, sequitur legitimè hoc: Ergo nullus homo est equus? Consulant suum Philippum hac in parte: nam Aristotelem plerique negligunt Præterea Paulus universaliter loquitur. Denique nullum aliud est instrumentum,* quo apprehendant meritum Christi & remissionem peccatorum (monstrent Calviniani aliud ex scriptura si possunt: radix vel semen fidei, vt ostensum non sufficit, nec semine vel radice fidei: sed ipsa fide apprehenduntur) absq; remissione autem peccatorum, quæ contingit tantum propter meritum Christi fide apprehensum, nemo potest placere DEO, quia propter peccata à Deo disjungimur. *Et si Deo infantes possunt placere absq; fide, vbi manebit* hæc propositio, solâ fide justificamur, *quam hactenus Calviniani contra pontificios nobiscum sunt tutati?* Alione medio salvabuntur & placebunt Deo infantes: alio vero adulti: vbi illa diversitas in scriptura? *O quàm verum est dato vno absurdo, sequi infinita.*

Gal. 2. non nisi per fidē. Rom. 3. Itē Gal. 3. Omnes estis filij Dei, eò quod (nota causā) credidistis Filio Dei.

Obiectio Calvinianorum.

54. *At dicunt placere infantes Deo propter fœdus Dei Gen. 17. Ero Deus tuus & seminis tui post te. Iterum nihil proficiunt.* Aut enim hæc fœderis formula absolutè est accipienda, aut determinatè cum determinatione fidei. Si absolutè: Ergo etiam increduli Iudæi Deo propter illam fœderis formulam placebunt, quod absurdum. Si determinatè, cum determinatione fidei, *Vt Paulus Gal. 3.* Qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ, infantes propter hanc fœderis formulam Deo placere non possunt, siquidem juxta Calvinianos fidem actu non habent. Nemo enim placet Deo quia potest habere fidem; sed quia habet fidem Christum apprehendentem. *Hoc namq; invictum fundamentū:*

Confutatio.

Propter

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0239
Mecklenburg Vorpommern

Propter solum Christum Deo placent homines; sive adulti sive infantes: ratio est, quia hic est vnicus mediator Dei & hominum 1. Timoth. 2. propiciatio pro peccatis nostris 1. Ioh. 2. Christus autem fide non apprehensus non prodest: alias etiam prodesset infidelibus & reprobis ad salutem, quod est apertè falsum. Manet itaq; absurdum Calvinianum, nullos infantes Deo placere, nullos infantes salvari. Effugium Caluin. NB.

55. Ad dicta Christi Marci 9. 10 Matth. 18. 19. Lucæ 10 Superius allegata, respondent: Christū non loqui de puerulis ætate; Sed conditione, hoc est, de adultioribus pijs, qui mundi iudicio parvi dicantur, & Christum noluisse ibi docere, quod infantes seu parvuli veram fidem habeant, sed eorum exemplo discipulos ad humilitatem & simplicitatem qualis est in pueris, hortari. Beza in loco superius allegato. Hungari in sua panharmonia pag. 217.

Responsio.

56. Sed apertè textui contradicunt: Christus inquit: Qui in me credunt. Evangelista Lucas cap 18. appellat τὰ βρέφη, τὰ παιδία (ergo non tantum de adultioribus loquitur pueris) Legitur etiam, quod in vlnas sumpserit, vt taceam, quod quoad intelligentiam capitum & mysteriorum fidei nullum sit discrimen inter infantes & illum puerum, quem Christus statuit in medio. Et si illa loca intelligere velint tantum de adultioribus pueris, excludentur Infantes à regno cœlorum, quod absurdum: totus enim contextus ibi clamat, Infantes non posse excludi Addo illud Psal 8 Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, cum quo iungatur locus Matth 21. Vbi pueri vsum rationis nondum habentes acclamant Christo: Hosianna in altissimis Id ne absq; fide dices fieri? Absurdum. Relaberis ad adultos? textus evidentia in Psalmo non patitur.

57. Deniq; dicunt infantum esse regnum cœlorum, & infantes ingredi regnum cœlorum, non quod actu credant, sed quod habeant semen & radicem fidei. At rursus absurdum. Sic enim duplex erit via salutis: duplex medium apprehendens Christum, & meritum Christi. Aliter salvabuntur adulti: aliter infantes.

Elumbe Calvinianorum effugium, cuius ne vestigium quidem in tota sacra scriptura apparet.

fantes. Adulti salvabuntur fide: infantes sine fide: Adulti propter Christum fide apprehensum: infantes absq; Christo fide apprehenso. *Absurdum absurdissimum. Vbi rursus illa propositio: Sola fide iustificamur? & non nisi per fidem Gal. 2? Vbi traditur duplex illa ratio salvandi in scriptura?* Quod etiam Spiritus S. in infantibus hoc modo suppleat defectum veræ fidei, vt infantes salventur nihilominus etiamsi fidem actu (*non loquor de externis fructibus & operibus fidei, quæ in solis adultis cernuntur*) non habeant, vbi docet scriptura? aut quo medio apprehendunt Christum? Num forsan absq; Christo fide apprehenso salvabuntur, aut Spiritus sanctus pro eis apprehendit Christum?

NB. „ *Absurda vestra videtis ne? Nam si infantes salvantur, aut*
„ *absq; Christo aut propter Christum salvantur. Absq; Christo di-*
„ *cere est impium: Si propter Christum: aut propter Christum fide*
„ *apprehensum aut non apprehensum. Posterius propter Christum*
„ *non apprehensum negat universa scriptura: quia* Christus fide
NB. „ non apprehensus manet alienus & nemini prodest ad salutem:
„ Sic namq; & reprobi propter Christum salvari possent, licet
„ Christum fide non apprehendant, quod falsum. *Ergo propter Christum fide apprehensum. Quo autem instrumento apprehendunt infantes? non fide: quia iuxta Calvinianos fidem actu non habent. Ergo semine vel radice fidei. Cum autem iuxta illos radix fidei sit Spiritus sanctus, qui suppleat defectum veræ fidei:*
NB. Ergo Spiritus sanctus pro infantibus apprehendet Christum vel meritum Christi. Absurdum & sine omni scriptura. *Si respondeant Spiritum sanctum infantibus applicare meritum Christi, rursus quæritur,* quo medio vel instrumento infantes apprehendant meritum Christi? *Semper itaq; relabuntur in iam commemorata absurda. Absurdum itaq; illorum dogma ex quo hæc absurda sequuntur.*

Beza in 2 part. respon ad acta colloq Momp. p 44.45.46. Hungari in sua panharmonia pag. 200. 201. 202.

DE DVPLICI BAPTISMO.

58. *Vltimo in hoc capite excutiendum est etiam absurdum Calvinianorum de duplici baptismo. Scribunt: Baptismum esse quidem unum τυπόλως consideratum: duplicem vero κατα μέρη:*

Vnum

vnum videlicet externum propriè sic dictum: alterum verò internum, sic translatitiè vocatum. Item, duplicem esse baptismū: externum, quem minister aquâ nos abluens peragat: & internum, quem Christus ipse per Spiritum sanctum & ignem in electis perficiat. Hactenus illi. Baptismum externum vocant ablutionem corporis externam: baptismum internum, ablutionem animæ internam, purificationem internam, regenerationem cordium & aspersionem sanguinis Christi, vt verba illorum in locis allegatis habent. Quibus vnicum Pauli locum opponimus Eph 4. Satis clarum: Vnus Deus, vna fides, vnus baptismus. Hæc indiviso nexu cohærent, & ab horum vnitate Paulus ad vnitatem seu concordiam hortatur. Si igitur duplex baptismus: ergo duplex fides, duplex Deus, duplex concordia spiritualis. Absurdum.

Idem docet Schvvenchfeldius epist. 74. ad Iohannem VVernerum Anno 1541. scripta in tomo centum epistol. pag. 503.

†De duplici Calvinianorum baptismo: Interno & externo.

EXCEPTIO BEZÆ.

59. Sed scoptìcè excipit Beza contra Iacobum Andreæ, inquiens: cum hæc audirem valde sum admiratus, cuiquam venire in mentem potuisse, vt putaret, quod in duo distribuitur, in totidem tota secari. Num enim quæso vnum hominem in duos homines dividimus, cum ex duobus componi totum vnum hominem dicimus, corpore videlicet & anima? aut plures numero animas esse sentimus, cum hominem exteriorem & interiorem, vt loquuntur Paulus & Petrus, in vno eodemq; subiecto (sed Beza sùntne, exterior homo & interior τὰ μέρη vnius σωνόλε, vt tu facis partes baptismi aut potius accidentales notationes diversæ vnius eiusdemq; hominis? non congruit itaq; exemplum) considerauimus? Respondet autem illa animæ & corporis distributio ad amissim istis baptismi, imo etiam omnium Sacramentorum partibus essentialibus. Item pag. 46. 47. Rectè igitur partes essentiales baptismi & ipsius materiam esse dixi aquam, vt rem terrenam, & Christi sanguinem, vt rem cœlestem: & rectè actionem hominis externam, quæ est baptismus externus, cum interna Spiritus, quæ est baptismus internus composui: aeq; inde efficitur duos totos esse baptismos: sed vnius totius duas

Pag. 44. 45. in libro allegato.

NB.

partes. *Sic pag 42.* baptismum internum vocat ablutionem peccatorum per sanguinem Christi ac renovationem cœlestem & internam. *Hactenus Beza.* CONFVTATIO:

60. *Verum sic nondum satis factum est Paulo: qui* ἁπλῶς 1.
vnum baptismum esse dicit, vt & vnus Deus, una fides. Qua-
NB. *propter neg. duos partiales baptismos, neg. specie duos baptismos agnoscit. Paulus dicit vnum: Calviniani dicunt duplicem. Contradictio aperta: Vnus, non vnus. Et si Paulus hanc Bezæ distinctionem in baptismum internum & externum (qui iuxta Calvinianos distinguuntur tempore, baptizatore, obiecto, fine, instrumento, definitione & sic tandem etiam specie: non enim distinguunt, vt quidam orthodoxi fecerunt, qui significationem vocabuli in vna tamen indivisa actione, sic distinxerunt, sed distrahunt vt videbimus) non dixisset* ἁπλῶς *vnum esse baptisma, neg. cum vnitate fidei coniunxisset vnitatem baptismatis, si verè esset duplex baptismus. Quicquid itag. prætendat Bezæ contradicit Paulo* & non observat ὑποτύπωσιν τῶν ὑγιαινόντων λόγων, ut præcipit *Paulus 2. Timoth. 1.*

61. *Deinde: Quicunq. baptismi differunt* definitione, ob- 2.
jecto, tempore, ut unus absq; altero esse possit, causa efficiente, finali, & instrumento, & quorum quidam homines unum duntaxat accipiunt, quidam verò utrumq., illi sunt revera non duo partiales, seu duæ partes unius baptismi, sed duo toti baptismi: Quæcunq. enim istis circumstantijs enumeratis simul omnibus differunt, ea differunt ut tota & non ut partes solùm unius totius. Nulla potest dari instantia: ideoq. universalis est hæc propo-
Beza 2. part. responſ. ad act. coll. Mompelg. pag 52. dicit has duas numero actiones natura ipſa di- *sitio Maior. Atqui hi duo baptismi iuxta Calvinianos externus & internus, differunt definitione, obiecto, tempore, vt vnus absq. altero esse possit, causa efficiente, finali, instrumento, quorum quidam homines vnum duntaxat percipiunt, quidam verò vtrumq. Ergo iuxta Calvinianos hi duo baptismi differunt non tanquam duo partiales vel duæ partes vnius baptismi: Sed tan-*

quam

quam duo toti baptismi. Conclusio est absurda apertè contradicens Paulo Eph. 4. Maior est certa nec à quoquam sanè negari poterit. Minorem sic probo: Vt enim verba illorum allegata ostendunt, differunt definitione. sicuti Beza expressis verbis fatetur: quia externus iuxta illos est ablutio sordium corporis: internus ablutio sordium animæ: Objecto differunt; quia iuxta illos corpus est obiectum Externi: anima obiectum interni baptismi (ac si sola anima absq; corpore peccatis esset polluta, novum absurdum Calvinianorum) tempore: quia dicunt externum baptismum peragi in infantili ætate; internum verò quibusdam nunquam contingere, quibusdam verò demum in adulta ætate, cum neminem actu regenerari doceant in Infantili ætate, vt supra ostensum: Causa efficiente: Externi efficiens causa est minister Ecclesiæ: Interni verò Spiritus sanctus: finali causa: quia externi baptismi finis iuxta illos est purificatio corporis: Interni, purificatio animæ: instrumento seu medio: quia Externus fit aqua: Internus sanguine Christi. Hypocritæ & iuxta illos etiam Infantes non Electi accipiunt tantum externum: Internum verò & externum electi adulti & infantes, hoc tamen discrimine: adulti simul: Infantes autem electi diverso tempore, vt iam dictum Cum igitur tot modis differant hi duo baptismi, iuxta Calvinianos, quis non dicet, eos duos totos statuere baptismos?

versas non posse vnica baptismi appellatione significari vna & eadem definitione.

62. Sed propius ad rem: nego istos duos baptismos (vtor illorum terminis) esse duas partes essentiales vnius totius baptismi vt Beza scriptitat in libro allegato pag 45. 47. & 110. Nego ad amussim istis baptismi partibus respondere illam animæ & corporis distributionem, vt Beza ibidem inculcat: dico per turpissimam & crassissimam ignorantiam confundi causam instrumentalem cum suo effectu, absurdissimè causam instrumentalem & eiusdem effectum constitui vnius totius partes essentiales. Ablutionem illam sordium animæ, quam vocant baptismum

„ NB.
„
„

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0244
Mecklenburg Vorpommern

mum internum, dicimus esse fructum & effectum baptismi tanquam causæ instrumentalis, *vt à sectione nona huius capitis vsq. ad 18. inclusivè invictis argumentis ostendimus vndè fit vt hypocritæ nihilominus percipiant totum baptismum ratione substantiæ, etiamsi nec regenerentur nec renoventur nec fructum seu effectum salutarem baptismi consequantur.*

63. *Quod dixi, deductione ad absurdum evincam & obtinebo: Si baptismus Externus & Internus sunt partes essentiales baptismi, quæ constituunt vnum totum baptismum, sequitur quod hypocritæ imò etiam Infantes (saltem ex hypothesi Calvinianorum) non percipiant actu totum baptismum, sed tantum partem baptismi. Ratio consequentiæ est: quia hypocritæ non percipiunt Internum baptismum: non enim abluuntur à peccatis, non regenerantur, non renovantur, non aspergunt sanguine Christi: his autem omnibus definitur baptismus internus. Similiter infantes iuxta Bezam actu internum baptismum non percipiunt ob eandem causam. Sed iuxta Bezam & alios Calvinianos in verbis allegatis, Baptismus Externus & Internus, sunt partes substantiales Baptismi, quæ constituunt vnum totum baptismum. Ergo iuxta Calvinianos hypocritæ & Infantes non percipiunt totum baptismum, sed tantum partem baptismi. Conclusio est absurda, vt monstrabitur. Ergo alterutra propositio. Non Maior, vt iam ostensum. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum absurda erit, & per consequens, erit duplex illorum baptismus absurdus.*

Hypocritæ iuxta Calvinianos percipiunt tantum partem substantialem Baptismi.

» » 64. *Conclusionis absurditatem sic demonstro: sublatâ parte essentiali tollitur essentia totius. Atqui in baptismo hypocritarum tollitur pars essentialis baptismi ex sententia Calvinianorum, vt ostensum. Ergo tollitur ibi essentia totius baptismi (aut si Beza absq. interno baptismo nihilominus manere salvam essentiam totius baptismi dicat, & tamen duos baptismos faciat, nonne duos tetos baptismos contra Paulum statuet?) & per consequens*

sequens hypocritæ non percipiunt essentiam baptismi. Qui non percipiunt essentiam baptismi illi sunt rebaptizandi: quia si essentiam baptismi non percipiunt ne quidem baptizati sunt, sicuti ne quidem homo est, qui essentiam hominis non habet (retineo exemplum Bezæ) Atqui iuxta Calvinianos, vt ostensum, hypocritæ & infantes non percipiunt essentiam baptismi (nec est, vt Beza recurrat ad distinctionem essentiæ externi baptismi & interni: Sic namq; duos totos essentialiter distinctos baptismos statuet, quorum vnus absq; altero esse possit: nam vbi non sunt omnes substantiales partes simul, ibi nec est totum: totum enim nihil aliud est quam omnes suæ partes simul sumtæ: Dixit autem Beza baptismum internum esse partem essentialem vnius totius baptismi.) Ergo hypocritæ & infantes erunt rebaptizandi. Conclusio est absurda & Anabaptistica: Ergo & dogma Calvinianorum de duplici baptismo (quem nunquam vllus orthodoxus eo sensu & iis verbis docuit & proposuit) & partibus essentialibus baptismi, ex quo hoc necessariò sequitur, vt clarius demonstrabo.

NB. Infantes iuxta Calvinianos rebaptizandi erunt: sequitur enim ex illorũ dogmate.

NB.

65. Si ad amussim illa distributio animæ & corporis respondet istis baptismi partibus sequitur quod quemadmodum sublata anima vel corpore tollitur essentia hominis, ita vt homo nullo modo propriè dici possit: Sic etiam sublato Externo vel interno baptismo tollatur essentia baptismi, vt nullo modo propriè baptismus dici possit. Ratio consequentiæ est aperta. Sed ad amussim illa distributio animæ & corporis respondet iuxta Bezam istis baptismi partibus. Ergo sequitur, quod quemadmodum sublata anima vel corpore tollitur essentia hominis, vt nullo modo propriè homo dici possit: Sic etiam sublato externo vel interno baptismo tollatur essentia baptismi, vt nullo modo propriè baptismus dici possit. In hypocritis autem & infantibus (iuxta Calvinianos) tollitur baptismus internus, vt ostensum in sect. 63. Ergo tolletur in illis essentia baptismi & sequetur absurdum iam obiectum.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0246
Mecklenburg Vorpommern

66. *Vlterius: Si illa distributio animæ & corporis* ad amussim *respondet istis baptismi partibus, sequetur quod quemadmodum nec anima nec corpus rectè appellatur homo: ita etiam nec Internus, nec Externus baptismus rectè baptismus appelletur: pars namq; non sortitur appellationem totius nisi sint partes homogeneæ & similares, quales Externum & Internum baptismum esse non dicent Calviniani, sicuti neq; anima & corpus eiusmodi partes sunt. Sed iuxta Bezam in verbis allegatis in sect. 59.* ad amussim *respondet illa distributio animæ & corporis illis baptismi partibus Ergo sequitur, quod quemadmodum nec anima nec corpus rectè appellatur homo, sic nec baptismus internus nec externus rectè appelletur baptismus.*

Dilemma Invictum contra Calvinianos.

67. *Deniq; Si* ad amussim *respondet illa distributio animæ & corporis istis baptismi partibus, sequitur aut vnum hominem esse duplicem hominem, vnum qui vocetur corpus, alterum qui vocetur anima, aut non propterea esse duplicem baptismum, etiamsi sint duæ diversæ actiones in baptismo: Aliàs enim non* ad amussim *respondebit distributio animæ & corporis illis baptismi partibus. Sed prius est absurdum Ergo posterius erit verum. Atq; sic rursus ruit Calvinianorum duplex baptismus.*

De Homine Externo & Interno.

68. *Neq; est, vt Beza opponat distinctionem inter hominem Interiorem & exteriorem: illa namq; vt iam ostensum in sect. 59. nihil ad rem. Non enim corpus, vt somniant Anabaptistæ vnà cum Calvinianis, dicitur homo externus & anima homo internus: Sed vnus idemq; totus homo anima & corpore, secundum diversam considerationem status vel gratiæ vel peccati, dicitur homo Externus vel Internus: Internus quatenus Dei Spiritu renatus eiusdem ductui obsecundat: homo enim renatus & homo internus in sacra scriptura æqui pollent: Externus di-*

NB. *citur idem totus homo corporis & animæ ratione definitus, quatenus* menti, voluntati, cæterisq; animæ potentijs adhuc inhæ-

rer

vel peccatum, & in membris corporis affectus inordinati vigent, vt Paulus indicat in epist. ad Rom. 7. Quicquid enim in homine repugnat Spiritui sancto, sive dicatur anima, sive corpus Paulus appellat carnem Gal. 5. (vbi & multa animæ peccata, vt sunt cultus simulachrorum, ira lites &c. carnis opera appellat, sicut & vicissim ab operibus Spiritus quæ ibidem enumerat, vt sunt mansuetudo, lenitas, temperantia. &c. corpus simpliciter excludi non potest,) & ad externum sive veterem hominem refert: quicquid autem spiritui obsecundat, sive sit anima sive corpus dicitur Paulo homo internus, novus, interdum etiam à principaliori parte, mens, veluti Rom. 7. Obsecundat autem Spiritui S. non solum anima, sed etiam corpus, vnde templum dicitur Spiritus S. 1. Corinth. 6. & corpora nostra dicuntur membra Christi ibidem. Sic &1. Thess. 4. Corpus dicitur vas sanctificatum in honorem. Impium igitur corpus à notatione hominis Interni excludere. Et si vetus homo idem est, quod corpus hominis, erit vetus homo pars essentialis hominis & per consequens etiam vetus homo manebit in altera vita, quia ibi corpus hominis manebit, tanquam pars substantialis hominis, quod est absurdum. vt taceam quod neq; in sacra scriptura neq; apud orthodoxos Theologos ita definiantur externus homo & novus homo, quemadmodum Anabaptistæ & Calvinitani definiunt. Ex quibus omnibus luculentissimè apparet, quanta absurda sequantur ex dogmate Calvinitano, dum duplicem baptismum docent, Internum & Externum & simul baptismum Internum & Externum faciunt duas essentiales partes vnius totius baptismi. N3.

69. Obycit quidem Bezæ locum Matth. 3 & Luc. 3. vbi Ioannes baptista inquit: Ego baptizo vos aqua ad pœnitentiam. At ille qui post me venturus est fortior me est, ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni. Verum ipse Beza, nisi in castra pontificiorum concedere velit, largiri cogetur, his verbis non statui duplicem baptismum: alias namque sequeretur alium fuisse baptis- Beza in 2. part. respons. ad alt. colloq. Momp. p. 47.

baptismum Ioannis, alium verò Christi ratione substantiæ & efficatiæ, quod absurdum: Sic duo essent baptismi in novo testamento, quod contra Paulum, qui expressè dicit, vnum esse baptisma. Iohannes baptista igitur nihil aliud indicare vult, quam efficaciam & operationem salutarem baptismi, nec ex aqua per se & in se considerata nec ex Externa actione, sed à virtute & efficacia Christi pendere, & dum minister extrinsecus aqua baptizat Christum simul intrinsecus per hanc externam actionem ministri tanquam per ordinarium & efficax instrumentum in

NB. hunc finem à Christo institutum & ordinatum (*nisi sint hypocritæ, in quibus per accidens effectus baptismi impeditur*) largiri fructum & effectum baptismi. *Aliud Beza inde non eliciet, etiamsi verba Ioannis baptistæ etiam in mortario contundat, nunquam certè duplicem Calvinianorum baptismum, prout illi eum duplicem faciunt inde fabricabit. Perpendat etiam Beza, quod hic Ioannes baptista digitum intendat ad baptismum Christi miraculosum, quo Apostoli leguntur baptizati in festo Pen-*

NB. *tecostes Act. 1. & quo etiam postea alij sunt baptizati. Quæ interpretatio multorum orthodoxorum Theologorum ex collatione dictorum scripturæ desumta Bezæ propositum prorsus in fumos redigit: de miraculoso enim baptismo Spiritus sancti non est sermo nec controversia inter nos & Calvinianos, cum de duplici baptismo disputamus. Quod baptismum propriè sic dictum attinet, qui à Paulo definitur lavacrũ regenerationis, & renovationis, nullibi dicitur Christus in propria persona eo baptizasse.*

Instant. 70 *Similiter obijcit locum ex epistola priori Pet. 3 quem adeò nihil facere pro Beza, vt eundem apertè confundat, monstrabimus ex ipso contextu. Verba Petri sunt hæc: Cum semel expectabatur Dei bonitas in diebus Noë, cum apparabatur arca in qua paucæ, hoc est, octo animæ servatæ fuerunt per aquam cuius figuræ nunc respondens baptismus nos quoq; salvos reddit: quo*

In 2. resp. ad act. coll. Mom. pag. 47. *non carnis sordes abijciuntur, sed quo sit vt bona conscientia benè respondeat apud Deum. De his verbis inquit Beza: Petrus expressè*

preſsè baptismum, quo ſordes corporis abluuntur, à baptismo ſtipulationis bonæ conſcientiæ apud Deum per reſurrectionem Ieſu Christi, non ſeparat, ſed diſtinguit. Hactenus Beza. Quis autem adeò demens eſt, qui non videt Bezam hic non ſumos verborum vendere, aut præſtigijs ludere, ſed apertè Apoſtolo Petro in faciem contradicere. Petrus expreſsè negat baptismo ſordes corporis ablui: Beza autem expreſsè id affirmat. Non quidem negamus aquâ Sacramentali ſordes corporis poſſe ablui: Sed in eum finem illam eſſe inſtitutam negamus, quia Petrus dicit, Baptismo non ablui ſordes corporis. Non autem niſi vnicum cum Paulo baptismum agnoſcimus.

Zacharias Vrſinus 1. part. volum. oper. theol. fol. 558. in defenſione 5. argumenti pro fidei per Sacramenta confirmatione expreſsè contradicit Bezæ & hunc locum totum de baptismo externo & ceremonia baptismi interpretatur & dicit illum baptismum qui eſt ἀντίτυπον diluvij ſalvos facere. Atq; ſic non duplicem hinc extruit baptismum ſed totum hunc locum de vnico baptismo accipit.

VI. Deinde quæ aut qualis eſt hæc conſequentia: Petrus dicit nos ſalvos reddi baptismo, quo non ſordes corporis abluuntur, ſed quæ ſit, vt bona conſcientia benè reſpondeat apud Deum: Ergo eſt aliquis baptismus, quo ſordes abluuntur? Nonne ſatis inepta? nonne Elenchus oppoſitorum? Nonne & ſic concludes Beza? Chriſtus eſt Deus, non qui ante omnes creaturas primo loco ſit creatus & poſtea per ipſum omnia, vt Arrius voluit: Sed qui ab æterno cum patre fuit: Ergo eſt talis Deus, qui ante omnes creaturas fuit primo loco creatus & poſtea per illum omnia? Nonne conſequentia abſurda? Adde & hanc: autor epiſtolæ ad Ebræos capite 4 ſic inquit: non habemus pontificem, qui non poſsit ſenſu affici infirmitatum noſtrarum, ſed tentatum per omnia. Ergo eſt talis pontifex, qui non poſsit ſenſu infirmitatum noſtrarum affici? Abſurdum. Scias itaq; Beza, vnam eandemq; rem affirmativè & negativè deſcribi, vnde non neceſſum eſt id, quod de aliqua re negamus, eſſe. Dicimus rectè: Deus eſt ſubſtantia, non quæ finita ſit, ſed quæ eſt immenſa & infinita. Nec tamen ſequitur idcirco eſſe aliquem verè *Deum,*

De loco Petri 1. Epiſt. 3.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0250
Mecklenburg Vorpommern

qui sit substantia finita. Vnde falsitas consequentiæ Bezanæ clarissimè elucet. Quia enim Petrus dicit nos salvos reddi baptismo (qui baptismus est lavacrum aquæ in verbo Eph 5 Tit. 3 Ioh. 3.) quo non corporis sordes abluuntur: idcirco etiam talem baptismum, quo corporis sordes abluuntur non agnoscimus: Vnum enim tantum baptismum habemus. Quamvis enim talis collatio inter ablutionem sordium corporis & sordium animæ instituí possit, quando baptismus confertur cum suo effectu, tamen baptismum aquæ vel aquam Sacramentalem in hunc finem principaliter esse institutum, vt sordes corporis abluantur, apertè cum Apostolo Petro negamus. Sic significare aliquomodo concedimus: sed non nisi significare, vt Beza vult, negamus. Quomodo autem baptismus aquæ nos salvos faciat, supra est dictum. Et tantum de baptismo.

NB.

NB.

CAPVT V.

DE PRÆDESTINATIONE.

I.

VEnio nunc ad articulum de prædestinatione, cui immiscent Calviniani quæstionem de causa peccati. Tanto autem hic breviores erimus, quanto crassiora in hoc articulo Calviniani fovent absurda: necessitas namq; non exigit, vt operosè & multo labore lectori absurda Calviniana in hoc articulo patefaciamus, cum per se sint manifesta: tam enim portentosa dogmata hic effutiunt, vt pius animus ea vel legere vel audire horreat. Sufficiet itaq; paradoxa illorum recitasse, eaq; non omnia cum id nimis

nimis foret prolixum, seu præcipua duntaxat. Agemus autem primo loco de causa peccati, *de qua quæstione nos sic docet scriptura sacra: quod Deus peccati nec autor nec causa sit, illudq; non velit, multo minus ad id prædestinet vel impellat: Deus non volens iniquitatem, inquit David Psalmo 5.* Deinde monstrabo Calvinianorum errorem de voluntate Dei erga genus humanum, Nos docemus, Deum nolle interitum peccatoris: Calviniani docent Deum absolutè velle *damnationem impiorum, Ezech. 18. 33. 2. Pet 3. docemus Deum velle, vt omnes salvi fiant & ad veritatis agnitionem perveniant 1. Tim 2. Rom 11.* Tertio Dei decretum de salvandis hominibus non esse absolutum nec in sola & absoluta ipsius voluntate acquiescere, sed in Christo esse factum & merito Christi fide apprehenso esse determinatũ *Eph 1 2.* Th. 2. Similiter nec decretũ de quibusdam hominibus reprobandis absolutum esse probabimus. Deniq; Christum pro omnium & singulorum hominum peccatis satisfeciſſe, quod Calviniani præcisè negant, etiamsi eius satisfactionis fructum non omnes, sua culpa, percipiant. *2 Corinth. 5. 1. Tim 2. 2. Ioh. 2: etiam pro* reproborum peccatis *Rom. 14 1. Corinth. 8. 2. Pet. 2.*

1.

2.

3.

4.

2. *Primum vt sine fuco ac fallaciis ostendamus* Calvinianos revera Deum constituere autorem & causam peccati, *propria illorum verba ponemus & postea absurdum hoc ex illorum verbis per infallibilem consequentiam syllogisticam colligemus. Zvvinglius in sermone de providentia ad principem Hassiæ Philippum Anno 1530. cap. 5. Porro iniustitiam in sese nobis ostendere numen cum nulla ratione posset, vt quod vndiq; verum, bonum, sanctum natura sit, per creaturam* injustitiæ exemplum exemplum produxit, non quasi creatura illam suo marte produxerit, quæ nec est, nec vivit, nec operatur sine numine sed quod numen ipsum autor est ejus (NB) quod nobis est injustitia illi verò nullatenus est. *cap. 6. Quod Deus facit, non est peccatum, quia non est contra legem. illi enim non est lex posita, vt*

Status controversiæ de causa peccati.

Deus produxit.

autor.

pote

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0252
Mecklenburg Vorpommern

pote iusto, nam iustis non ponitur lex, iuxta Pauli sententiam.

NB. Vnum igitur atq; idem facinus, puta adulterium, aut homicidium, quantum Dei est autoris, motoris, ac impulsoris opus est crimen non est: quantum autem hominis est, crimen ac scelus est. Illa enim lege non tenetur: hic autem lege etiam damnatur. Quod enim Deus facit, liberè facit alienus ab omni affectu noxio: igitur & absq; peccato, vt adulterium David, quod ad autorem Deum pertinet, non magis sit peccatum, quam cum Taurus totum armentum inscendit & implet. *Et postea: Cum* movet *ad opus aliquod quod perficienti* instrumento fraudi est, *sibi tamen non est: ipse enim liberè movet, neq; instrumento facit iniuriam, cum omnia sint magis sua, quam cuiusquam artificis sua instrumenta, quibus non facit iniuriam, si nunc limam in malleum, & contra malleum in limam convertat.* Movet ergo latronem ad occidendum, innocentem etiam ac imparatum ad mortem. *Nec dicet quisquam: innocens igitur est latro;* Deo enim impulsore *egit. Nam* contra legem peccavit. *At inquies,* coactus est ad peccandum. Permitto, inquam, coactum esse, sed in hoc vt alter transferretur & alter cruci adfigeretur &c. *Martinus Bucerus in 1. Rom. cap. sic scribit: Si quis videat cæcum impingentem, nec posse non cadere. Si ei suam manum non porrigat, cumq; regat, nolit autem ille manum suam cæco præbere & patiatur eum cadere, obsecro quis non dicat eum casum cæci huius voluisse, eiusq; causam fuisse: Iam DEVS Hoc* amplius mei peccati causa est, quam ille, qui negat cæco ducatum, causa est, vt cadat cæcus, quod Deus in vtero matris meæ me cum hac perversitate ingenij mei atq; peccandi, necessitate condidit atq; formavit. *Calvinus lib 1. institut. cap. 17 sect. 11. Vbi in memoriam revocant, diabolum totamq; improborum cohortem sic omnibus partibus manu Dei tamq; fræno cohiberi, vt nec concipere vllum adversus nos maleficium nec conceptum moliri, nec ad perpetrandum si maximè moliantur, digitum movere queant, nisi quantum ille permiserit, imò* nili quantum mandarit:

Crassum simile Zvvinglij.

Deus impulsor, motor.

Homo coactus ad peccandum.

Vide volum. 1. Vrsinum fol. 222. hoc negantem & refutantem.

Deus peccati causa.

Deus conditor perversitatis ingenij & necessitatis peccandi.

Deus mandat & quasi fræno cogit, vt maleficia impij

mandarit: *nec compedibus tantum eius teneri ligatos, sed etiam* ad obsequia præstanda fræno cogi, *habent vnde se prolixè consolentur Nam vt* Domini est eorum furorem armare *& convertere, quò libuerit: ita & modum finemq; statuere, ne pro sua libidine licentiosè exultent libr. 1. cap. 18. sect. 1. Et si permissio deinde subijci videtur, vt sanctum virum affligat: quia tamen vera est illa sententia, Dominus dedit, Dominus abstulit: Sicut Deo placuit ita factum est: colligimus eius probationis cuius Sathan & sceleſti latronis ministri fuerunt, Deum* fuisse AVTOREM. *Et paulò ante in eodem loco: absurdum videtur* volente ac jubente Deo excæcari hominem, *qui mox cæcitatis suæ pœnas daturus est.* Tergiversando itaq; effugiunt, Dei permissu tantum, non etiam voluntate hoc fieri: ipse verò palam se facere pronuncians effugium illud repudiat. *Item libr 1. cap. 18 sect. 2. Dicitur etiam idem Sathan excæcare infidelium mentes:* Sed vnde hoc nisi quod à Deo ipso manat efficacia erroris, *Vt mendacijs credant qui renuunt parere veritati? Item libr. 2 institut. cap 4. sectione 2 Dicitur Deus modo suo agere, quod Sathan ipse instrumentum cum sit iræ eius) pro eius nutu ac imperio huc atq; illuc se inflectit ad exsequenda eius iusta iudicia Omitto hic* vniversalem Dei motionem, vnde creaturæ omnes vt subsistentur, ita efficaciam quidvis agendi ducunt. De illa speciali actione tantum loquor, quæ in vnoquoq; facinore apparet. *Ibidem sect. 3. sæpissime excæcare dicitur Deus & indurare reprobos, eorum corda vertere, inclinare, impellere. Item libr 3 cap. 23 sect. 1. Vt illis concedam diversa loquendi forma Paulum leuire asperitatem prioris membri: minimè tamen consentaneum est,* præparationē ad interitum aliò transferre quàm ad arcanum consilium Dei. *sect. 2. hoc vno satis armabuntur (pij homines si reputent quaniæ sit improbitatis, causas divinæ voluntatis duntaxat percontari, cum omnium quæ sunt ipsa sit causa & merito esse debeat. Nam si vllam causam habet aliquid eam*

concipiãt & sic obsequia Deo præstent.

Deus armat furorem.

Deo volẽte ac jubente excæcãtur homines.

NB. Non permissione tantum.

Efficacia erroris nõ nisi à Deo.

Si tanquã pœnam Calvinus id tantùm intelligeret non pugnaremus: Sed plus vult.

Nutu ac imperio Dei fiunt mala.

NB.

Voluntas Dei omnium causa. Ergo & peccati.

Regionalbibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0254
Mecklenburg Vorpommern

eam antecedat oportet, cui velut alligetur, quod nefas est imaginari. Adeo enim summa est iustitiæ regula Dei voluntas, vt quicquid vult, eo ipso quod vult, iustum habendum sit. Item sect. 4. nonne ad eam, quæ nunc pro damnationis causa obtenditur, corruptionem DEI ordinatione prædestinati antefuerant? *Cum ergo in sua corruptione pereant, nihil aliud, quam pœnas luunt eius calamitatis,* in quam ipsius prædestinatione lapsus est Adam, *ac posteros suos præcipites secum traxit. An non itaq; iniustus, qui creaturis suis tam crudeliter illudit? Fateor sanè in hanc, qua nunc illigati sunt,* conditionis miseriam Dei voluntate decidisse vniuersos filios Adam: atq; id est quod principio dicebam, redeundum tandem semper esse ad solum diuinæ voluntatis arbitrium, cuius causa sit in ipso abscondita. *Item sect.* 6 *Sic ergo profanæ linguæ obganniunt, cur ea vitio Deus impunitaret hominibus,* quorum necessitatem sua prædestinatione imposuit? *Quid enim facerent? An cum decretis eius luctarentur? At frustra id facturi sint, cum omninò facere non possint. Et paulo post: Si quis* cauletur nullam ejus inferri necessitatem ex Dei providentia, sed potius ea conditione esse ab ipso creatos, quoniam futuram *eorum prauitatem præviderit:* neq; nihil dicit, neq; totum. *Solent quidem interdum hac solutione vti veteres,* sed quasi dubitanter. *Et paucis interiectis: Si hominum eventa præviderit Deus duntaxat, non etiam suo arbitrio disponeret ac ordinaret, tum non abs re agitaretur quæstio, ecquid ad eorum necessitatem valeat ipsius providentia. Sed cum non alia ratione, quæ futura sunt prævideat, nisi quia ita vt fierent decrevit: frustra de præscientia lis movetur, vbi constat ordinatione potius & nutu omnia evenire. Ibidem sect. 7. Iterũ quæro,* Vnde factum est, vt tot gentes vnacum liberis eorum infantibus æternæ morti involueret lapsus absq; remedio, nisi quia Deo ita visum est? *Hic obmutescere oportet tamen dicaces alioqui linguas. Decretum quidem horribile fateor: inficiari tamen nemo poterit, quin* præsciverit Deus, quem exitum esset habiturus

Solus Deus causa corruptionis: Sola corruptio causa damnationis. Ergo solus Deus causa damnationis valet, quia hic est nexus necessarius causæ & effectus.

Infertur necessitas peccandi.

Ergo solus Deus causa peccati.

Regionalbibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0255
Mecklenburg Vorpommern

turus homo, antequam ipsum conderet, & ideo præsciverit, quia decreto suo sic ordinarat. *Item sect. 8 Hic ad distinctionem voluntatis & permissionis recurritur, secundum quam obtinere volunt, permittente modò non autem volente* Deo perire impios. Sed cur permittere dicemus, nisi quia ita vult? *& mox ibidem:* Lapsus est primus homo, quia Dominus ita censuerat. Cur censuerit, nos latet. *Item sect. 9. excusabiles peccando haberi volunt reprobi, quia evadere nequeunt peccandi necessitatem,* præsertim cum ex Dei prædestinatione sibi injiciatur hujusmodi necessitas. Nos verò negamus ritè inde excusari, quandoquidem Dei ordinationi, qua se exitio destinatos conqueruntur, sua constet æquitas: Nobis quidem incognita: Sed illa certissima.

Aperte hic rejicit permissionem, quod notari diligenter velim: postea namq; hoc inserviet meo proposito.

Necessitas peccandi à Deo.

NB.

Quam frigida hæc responsio mi Calvine!

Theodorus Beza volum 1 oper ipsius fol. 417. Quod subijcis non tantum ad damnationem, sed etiam ad causas damnationis prædestinasse *quoscunq; libuerit: Verum esse agnosco. Item in 2. respons. ad act. colloq. Mompelg pag 175. Certe* Si quid, quod Deus factum nolit, vel non fit, quod factum velit, Deum nullum supereſſe vel *Epicureus esset confessus, si ausus esset. Dei verò* voluntatem ab ipsius decreto, vel decretum à voluntate separare, eius est hominis qui planè insanit. *Qui nam enim velle possit aliquid esse, quod non decreverit, ut sit:* vel invitus decernere, quod nolit? *At si quod tale est decretum, omninò vel nihil ab eo excipiendum est, vel quantum de ipsius providentia, tantundem de ipsius Deitate detraxeris Item in dicta 2 respons pag 177. Ego verò istud minimè dixi: Sed neq; invito, neq; ignorante, neq; otiosè præsciente ac proindè* revera sic volente & decernente Deo fuisse lapsos *& pag 178 aliá necessitate dicendus est Adam necessariò lapsus, nempè quod ad Dei ordinationem attinet, quæ falli non potest. Item pag. 185. Sæpè iam inculcavi, unum videlicet Deum esse à se ipso & per se. Unde consequitur,* nihil fuisse, vel esse vel futurum, nisi quod Dei potestate & voluntate fuerit, sit, & futurum sit. Quoties

Deus præ-destinavit ad causas dãnationis.

NB.

Non sequitur Bezà, ut postea monstrabitur.

Adam necessariò lapsus.

Ergo & peccata à Dei volũtate Nam pro-

fert Beza hæc in quæstione de causa peccati vbi nō de ipsis rebꝰ, quatenus res sunt, quæritur: sed quatenus vitiosæ seu peccata sunt.

Nihil fit, nisi Deo volente.

NB. Hæc tria etiam in malis concurrere dicit Beza.

Est Elenchus homonymias in tua ratiocinatione, Beza, vt postea ostendā

Non consequitur Beza vt infra monstrabitur.

Deus causa ruinæ hominum.

ergo de rebus præteritis agitur nulla est consecutio firmior quam ista à posteriore, vt in scholis loquuntur, sumta: hoc factum est, Ergo Deus voluit, vt fieret. Ex hoc facto istud consecutum est, Ergo Deus fieri hoc voluit, vt hoc inde consequeretur. *Item pag 152. ait, quod nihil absurdius de DEO dici possit*, quam futurum, quod fieri nolit &c. *Item cum tam* boni quam mali sint in rerum natura & cum tam mala quam bona fiant: tam in his, quàm in illis, hæc tria necessario conjungi oportere, Dei videlicet æternam præscientiam, cum ipsius immutabili voluntate & decreto. *Ibidem Beza pag 182 Quæro igitur ex illis, qui hanc permissionem aliter interpretantur, volenti an nolenti, an verò vt otioso spectatori & quasi gubernatori clavum navis deserenti, & obstinatorum nautarum arbitrio navem permittenti, permissionem istam attribuant.* Si volenti Deo, *nobiscum faciunt: nec inde consequetur quod metuunt, vt iam ante ostendimus & iterum ostendemus. Si nolenti & invito, quis est Deus cui vis afferatur; Si gubernationis mundi desertori, quantum ab Epicuri impietate abfuerint? Mitigant igitur istam sententiam nonnulli, qui nullam quidem permissionem & ipsi statuunt ab omni voluntate & actione segregatam, sed opus malorum divinitus tantum ordinari, id est suis limitibus circumscribi, & tum ad Dei gloriam, tum ad piorum salutem, & malorum exitium dirigi volunt. Hæc autem sententia si vera est, consequetur providentiam DEI, cum infinitis partibus plura malè, quàm benè in mundo fiant, mundonon præesse: Sed Sathanæ & malorum arbitrio, excepta duntaxat illorum arbitrij, & conatus limitatione, subesse, Molietur ergo Sathan cum suis adversus Ecclesiam quicquid ipsis libebit, quamvis non quicquid libuerit perficiant. Et pag 183.* Qui enim permittit eum ruere, quem servare potest, an non illius exitio causam præbet? *Alij igitur quandam aliam rationem excogitant, qua Deus, minimè certè hominum patrocinio indigens excusari posse videntur. Aiunt enim,* vt apparet ex libr sent. 2 distinct 45. & 46.

& 46. Deum respectu mali culpæ, non habere actum positivum, nec volendi nec nolendi, sed tantum actum negativum non volendi, qui sit indifferens, & permissionem significet. Illos enim permittere, non qui velint aut nolint, sed qui non velint prohibere. Hæc illi, quibus si creditur, multò apertius consequeretur eorum, quæ in mundo aguntur, longè maximam partem, vel Deo imprudente, vel non curante fieri, quorum illud ab eius providentia, istud ab eius potentia penitus est alienum. Hieronimus Zanchius in lib. 3 de natura Dei cap. 4 pag. 331. scribit: Pharaoni iubet (DEVS) per Mosen, vt dimittat populum nec tamen volebat Deus simpliciter, vt dimitteret: ideo dixit: Ego indurabo cor Pharaonis, ne dimittat populum: Fuit igitur voluntas signi: quia Pharao habuit signum voluntatis divinæ nempè præceptum Dei: Sed non beneplaciti, quia non placuit Deo, vt populus dimitteretur. Item pag 342 cap. 4 thesi 2. Quare nihil est in mundo, aut fit, quod DEVS nolit. Item lib. 5. cap 2 pag. 654 Est tamen etiam illud verum, Deum nolle simpliciter reprobos servari: atq. ita fit, vt illos non donet fide, nec servet. Cum his consentit quod scribit in Miscellan. pag. 219. Ac primum quidem sacræ literæ, quod impij vel non credant in Deum ac Christum, vel non benè operentur, apertè aiunt, hoc ideò fieri, quia non sint prædestinati à Deo ad fidem & bona opera. Ibidem pag. 735. 736 Fatemur, Dei ordinatione Adamum in peccatum fuisse lapsum. Quid enim opus est tergiversationibus? Si simpliciter Deus noluisset illum peccare, non peccasset: quasi verò Deo invito aliquid fiat: Occasionem illi dedit peccandi, dum legem tulit, quam sciebat ipsum non servaturum Creavit serpentem & diabolum qui Evam tentarent. Dedit ei vxorem, quæ illum alliceret, denig. permisit eum suo arbitrio malè vti. Quomodo igitur dici potest, Adamum esse lapsum citra Dei ordinationem ac prædestinationem? Fatemur ergo factum fuisse Dei consilio ac voluntate, vt Adamus lapsus

Et Beza hic permissionē aperte reycit.

Non sequitur. Est Elenchus causæ vt posteà

Deus itaq. insit, quod sibi nō placuit. Absurdus es Zanchi.

NB. Simpliciter.

Cur reprobi nō credant: quia nimirum Deus simpliciter non vult eos salvari. NB.

Nonne igitur Deus causa incredulitatis, cū prædestinationis causam efficientem factas solam Dei voluntatem?

Mentitur quod dederit Adamo occasionē peccandi Est Elenchus accidentis.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0258
Mecklenburg Vorpommern

Consilio ac voluntate Dei lapsus Adam.

sit, & vt nos omnes in hanc conditionis miseriã, qua nunc sumus irretiti deciderimus. *Et paulo post.* An non voluit (Deus) Adamum peccare & nos omnes vna cum illo in hanc corruptionem
„ decidere, qua fit, vt non possimus non peccare, nisi nos juvet
„ sua gratia? Voluit. Noluit, nec vult omnes ab hac peccati con-
NB. „ tagione, eoq; à morte liberare *Sed contra voluit ac vult multos*
„ *esse vasa iræ suæ, ac proinde etiam eos ad interitum creat. In eo-*
„ *dem capite pag 738. Remota verò causa (perditionis) est vo-*

Nõ vult omnes liberare à peccato.

luntas Dei æterna & omnipotens, sine qua nihil fit. Hac voluntate Deus quam plurimos morti destinavit, vt dictum est Hac
NB. „ *etiam voluntate* voluit & ordinavit peccatum Adæ, vt in eo omnes peccarent, & in peccatis conciperentur, *ac proinde omnes etiam rei mortis æternæ fierent Vnde enim factum est, vt omnes homines in vno Adamo sint obnoxij facti peccato ac morti, idq; absq; remedio: nisi quia sic voluit Deus? & paulo post:* hæc vo-

Non nisi volũtas Dei prima & inevitabilis causa perditionis.

luntas est causa prima & inevitabilis perditionis eorum omnium, qui pereunt. *Ibidem pag 744* non dubitamus itaq; co. fiteri, ex immutabili reprobatione necessitatem peccandi & quidem sine resipiscentia vsq; ad mortem peccandi, eoq; & æternas pœnas dandi reprobis incumbere. *Plura Calvinianorum loca cumulare desino, cum ex his abundè pateat, Calvinianorum dogma Deo peccati causam assignare, Deum peccati autorem facere: quod vt clarius innotescat, id sequentibus invictis syllogismis ex proprijs illorum verbis hactenus bona fide allegatis demonstrabimus.*

Necessitas peccandi ex reprobatione.

Calviniani verè faciunt Deum autorem peccati.

3. *Quicunq; scribunt ac docent* Deum produxisse exemplũ iniustitiæ per creaturam, autorem esse eius quod nobis est iniusticia, esse autorem, motorem, ac impultorem adulterij aut homicidij, Deum impellere, movere & cogere latronem ad occidendum, Deum peccati causam esse, conditorem esse perversitatis ingenij & necessitatis peccandi, Deum mandare & quasi fræno cogere, vt impij concipiant maleficia & sic ipsi obedientiam præstent, Deum armare furorem impiorum, Dei nutu

ac

ac imperio Satanam mala agere, efficaciam erroris non nisi à Deo esse, Deum speciali actione concurrere ad quodlibet facinus, Adamum volente, ordinante, & censente Deo lapsum, Adamum consilio & voluntate Dei peccasse non aliunde factum, quod lapsus Adæ omnes involuit, vt obnoxij sint peccato, quàm quod Deus sic voluit, impios idcirco peccare, quod Deus illos non prædestinarit ad bona opera & fidem, Deum prædestinasse reprobos ad peccata propter nudum suum voluntatis arbitrium, Deum dedisse Adamo occasionem peccandi eo quod tulerit legem, creaverit serpentem & diabolum, vt tentarent Evam, & dedisse vxorem, quæ alliceret, illi revera Deum faciunt non solum autorem: Sed primarium autorem omnis peccati. Atqui Calviniani hæc omnia de Deo scribunt & docent, vt apparet ex verbis illorum in proxima sectione allegatis. Ergo Calviniani Deum faciunt non solum autorem: Sed primarium autorem omnis peccati. *Maioris propositionis ratio est omnibus manifesta:* qui enim alium ad opus aliquod impellit & cogit, is est primarius eius autor, & qui mandat aut imperat is magis est autor alicuius operis, quàm qui exequitur. *Et quomodo quæso is non esset primarius operis autor, ad quod tot modis, quot dictum, concurrit? Nam quid aliud est autor, imo quis est autor, si is non est?*

4. *Deinde:* Qui vtitur instrumento autor est primarius eius operis, quod ipsum instrumentum facit. Atqui Deus vtitur impijs tanquam instrumentis eo ipso quod peccant, vt Calvinus pariter & Beza scribunt in locis allegatis. Ergo Deus est primarius autor peccati. *Deus primario peccati autor iuxta Calvinianos.*

5. *Præterea: Quicunq; ex mero & absoluto suo beneplacito vult, ordinat, decernit & prædestinat peccatum, is eius peccati primarius est autor. Atqui Deus ex mero & absoluto suo beneplacito vult, ordinat decernit & prædestinat peccatum, vt loca illorum allegata de primo Adæ lapsu testantur. Ergo Deus iuxta sententiam Calvinianorum primarius peccati autor.* NB.

6. *Insuper:*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0260
Mecklenburg Vorpommern

6. *Insuper: Quicunq; decreto* suo absoluto, immutabili destinat & ordinat alterum ad peccatum suaq; virtute ad id incitat & impellit, *& quidem* ita impellit, vt aliter prorsus agere non possit, *is est illius peccati prima & principalis causa: minus principalis causa is qui inflexibili decreto & virtute impellentis actus non potest non peccare. Atqui iuxta Calvinianos Deus immutabili & absoluto suo decreto prædestinat & ordinat hominem ad lapsum, ad peccatum, suaq; virtute adeo impellit & incitat vt aliter agere prorsus non possit. Ergo Deus est etiam illius peccati prima & principalis causa: minus principalis homo qui inflexibili decreto & virtute impellentis actus non potest non peccare. Maior patet ex descriptione causarum, Minor est Calvinianorum in verbis allegatis.*

NB.

Exceptio Calvinianorum.

7 *Sed respondent quidam: Deum actionis tantum causam esse efficientem: vitij verò causam efficientem non esse. Sed hoc illorum effugiũ multis modis illis ipsis contradicit.* Primum in peccato tria potissimum concurrunt, ipsa actio, quatenus actio, determinatio finium & ipsa ἀταξία seu vitium in actione. *Hic alterutrum eligant, oportet Calviniani: aut dicent, voluntatem Dei esse causam efficientem actionis vt actionis & determinationis finium & non ἀταξίας seu vitij, hoc est, Deum velle, efficere, & procurare duntaxat ipsam actionem, determinare & dirigere actionem in bonum finem: non autem velle efficere & procurare ipsam ἀταξίαν seu vitium. Si prius dixerint: Ergo fateantur Deum non velle peccata, nec peccata Deo volente fieri (quod tamen scriptitant, vt loca superius allegata testantur)* quia actio, vt actio non est peccatum; sic enim omnes actiones essent peccata etiam ipsius Dei & bonorum angelorum, quod est impium & absurdum: *neq; determinatio finium est peccatum; sed bona: aliàs Deus efficeret ipsum peccatum, quod rursus absurdum, quia determinatio finium tantùm à Deo. Revocent etiam & fateantur se nostris Doctoribus hactenus iniuriam fecisse, qui ipsi huc vsq; non aliud docuerunt, semper & constanter*

Confutatio.

NB. 1.

Dilemma invictum.

NB. 2.

stanter scripserunt Deum ipsam ἀταξίαν seu vitium actionis nec velle, nec efficere, sed permittere; ipsius verò actionis, quatenus actio est, causam vniversalem esse (non specialem, vt vult Calvinus in libr. 2 institut cap 4. sect 2 Sicuti supra ostensum vel particularem) concurrere actu ipso ad quamlibet secundæ causæ actionem, seu ad substantiam & entitatem (vt scholastici loquuntur actionis) producendam: atq; sic peccati causa non est quia cõcurrit influxu quoddã vniversali & indifferenti ad hanc actionem, quatenus talis vel talis est actio, & contrariam: atq; sic non erit talis actio in specie, quia à Deo, sed quia ab homine procedit & tota culpa erit hominis, qui concursu Dei abuti voluit ad istam actionem. Determinatio namq; actionis non sit à causa vniversali; sed particulari, testibus omnibus Theologis & Philosophis & teste ipsa experientia. Fateantur denique peccata fieri contra Dei voluntatem (non quod efficaciter impediat, sed quod seriò improbet) non autem Deo volente & sic censente: nec dicant tandem in prædestinatione ad interitum & causas interitus, quæ causæ non sunt actiones, vt actiones, sed vitiosæ actiones, quatenus vitiosæ seu quatenus in illis est ἀταξία seu vitium, recurrendum esse ad solum divinæ voluntatis arbitrium, vt superius eos docere vidimus. Atq; sic invitis nostram orthodoxam sententiam, quam hactenus falsò, insciteè & impiè traduxerunt & cavillati sunt, approbare coguntur. Si verò posterius dixerint (quod revera dicunt, quia docent Deum peccata velle: ipsa autem actio, quá actio non est peccatum, cum enim peccatum appellamus non actionem, vt est actio, sed vt est vitiosa, intelligimus) Deum velle & efficere ipsam ἀταξίαν seu vitium actionis, tam quia Deum efficaciter velle dicunt & docent, sequitur adhuc prius absurdum, nempè Deum iuxta Calvinianos esse primarium omnis peccati autorem, quod est blasphemum & horrendum. Breviter: Quæ supertus allegata sunt ex illorum libris, aut intelligunt tantum de ipsa actione quatenus est actio,

NB. De ipsis actionibus, prout actiones sũt, nõ erat cõtroversia vel quæstio inter nos & Calvinianos. De alijs itaq; interrogati, do cæpis, respondent.

In claudicatione duo concurrunt: motus & ἀταξία seu vitium motus. Ipse motus est quidem ab anima & potẽtia locomotiva: Sed ἀταξία seu vitiũ motus non est ab anima, sed à luxatione tibiæ Sic etiã fur, quod ipsum motum attinet, absq; potentia & actione Dei non digitum quidẽ movere potest: Atq; sic motus furis est quidẽ à Deo: sed inordinatio illa

motui, qui fur apprehendit rē illicitā & alienā, nō est à Deo sed à mala voluntate furis: De qua vide legant Augustinum in lib. de perfect. iustitiæ.

& finium determinatione, atque sic falsum est, quod DEVS velit peccata, vt jam dictum, & simul approbant nostram sententiam, quam hactenus male oppugnarunt, aut intelligunt simul de ipsa ἀταξίᾳ & vitio ipsius actionis, & ita incurrunt in absurdum jam illis objectum, Deum nempè autorem esse peccati primarium. Atque hic distinctio allata adeò illis non prodest, vt maximè *illorum sententiam evertat.*

Dilemma invictum.

8. *Sed validius lubet eos hic premere. Distinctionem allatam ipsi destruunt per pudendam contradictionem, dum clarè indicant se loqui etiam de ipsa ἀταξίᾳ seu vitio actionum, quod placet his syllogismis evincere: quicquid sit eius causa efficiens est DEVS:* Sic enim loquuntur Calviniani sine discrimine boni & mali, *vt testantur loca superius allegata, ex Beza & alijs* imo sic loquuntur in quæstione de causa peccati. *Atqui non solùm actiones, vt actiones, sed etiam peccata quatenus peccata fiunt. Ergo etiam peccatorum, quatenus peccata sunt, Deus causa efficiens erit. Maior est Calvinianorum. Minor ab ijsdem non negatur, imò experientia eam comprobat. Conclusio est impia & absurda. Ergo & Calvinianorum dogma ex quo sequitur.*

NB. Vide verba Bezæ & Zanchij.

9. *Quicquid fit Deus vult, testibus Calvinianis in locis allegatis. Atqui non solùm actiones, vt actiones, sed etiam ἀταξίαι vitium seu peccata, quatenus peccata sunt, fiunt. Ergo Deus etiā non solùm actiones, vt actiones, sed etiam ἀταξίαι, vitium seu peccata, quatenus peccata sunt, vult. Conclusio est impia. Ergo & Maior propositio Calvinianorum, ex qua sequitur. Vbi notare velim lectorem, quod Calviniani Maiorem propositionem* indeterminatè & sine distinctione intelligant, quod apparet ex ratione illorum, quam assignant, quia dicunt ideò Deum omnia velle, quæ fiunt, quia nihil possit fieri contra ipsius voluntatem.

NB.

De hac duplici voluntate Calvinianorum opinionem evertente plura in

10. *Si Deus peccata vult, quemadmodum Calviniani Deum docent velle, cum iuxta eos contra voluntatem Dei nihil fieri possit, aut vult ea voluntate signi seu revelata, aut voluntate beneplaciti vel arcana voluntate signi seu revelata, non vult*

Deus

Deus peccata, vt ipsi testantur, Szegedinus in locis communibus (quos D. Iohannes Iacobus Grynæus Basilienſis Calviniſta præfatione ſua exornavit & commendavit) pag. 232. Zanchius in lib. 3 de natura Dei cap. 4. & ratio eſt in promptu: quia voluntate ſigni ſeu revelata, quæ nihil aliud eſt, quam præceptum, vel promiſſio Dei, vt ipſe ex Lombardo libr. 1. diſtinct. 45. loquuntur, Deus peccata prohibet, improbat & deteſtatur. Ergo voluntate beneplaciti ſeu arcana. Si voluntate beneplaciti ſeu arcana. Ergo etiam peccata, Deus facit: quia omnia quæcunq; Deus voluit facit Pſalm. 135. De qua voluntate Szegedinus loco allegato ſic loquitur: Altera Dei voluntas eſt, quæ potens efficax & beneplaciti dicitur, quæ nulla vi ſuperari & vinci poteſt: cum de illa ſcribatur, omnia quæcunq; voluit, fecit. Et Paulus de illa inquit: Voluntati eius quis reſiſtit? Et profectò ſi quid invito & nolente Deo poſſet fieri, debilis & infirmus eſſet. Hactenus Szegedinus, cum quo Zanchius in loco allegato & Beza 2 reſponſ ad act colloq Mompelg. pag. 174 (verba reperies infra ſect. 32.) conſentiunt. Sic igitur hac voluntate Deus peccata vult, ſequitur, quod etiam faciat. Qui autem peccata facit eſt peccator. Deus igitur peccator erit: quod eſt horrendum. Horrendum itaq; dogma Calvinianum ex quo hoc ſequitur. Vnde neceſſarionès colligimus, Deum peccata propriè non velle; ſed tantum permittere, quod & Zanchius tandem agnoſcere cogitur libr. 3. de natura Dei. cap. 4. th. 7. & 8 pag 348. 349. Licet Calvinus in locis ſupra allegatis ſect. 2 Zanchio contradicat, dum contendit Deum idcirco peccata permittere, quia peccata Deus velit. Imò & Zanchius in diverſis locis ſibiipſi contradicit, quod apparet, ſi verba ipſius in ſectione 2. allegata cum hac loco, quem modo citavimus, conferantur. Solet enim iſtis hominibus, qui eiuſmodi portenta defendunt, id accidere. Quamvis autem volens Deus permittat peccata, non tamen ſequitur, quod velit fieri peccata, & quidem voluntate efficaci, vt illi homines

ſecundo membro huius capitis dicemus.

Horrendū Calvinianorum paradoxon.

Deus volens permittit peccata ita vt vel-

le referatur ad fieri & non ad peccata.

mines scriptitant: Sic namq; Deus peccata faceret, vt iam ostensum: aliud enim est velle aliquid fieri, & aliud velle permittere, vt aliquid fiat, de qua relegant Calvinistæ Rupertum Tuicensem libr. de voluntate Dei cap 3 & in lib. de omnipotentia Dei cap 23. 24. 25. Scholasticos & Lombardum in loco superius allegato & Robertum Bellarminum Tomo 3. lib 2. de amissione gratiæ cap. 16 à quibus abundè ad hanc sophisticationem Calvinianorum iam pridem est responsum. Vt quid igitur nobiscum litigant hi homines & nostram sententiam orthodoxam inscitè oppugnant, cum nos Dee permittente, non autem volente fieri peccata dicimus? Si nobiscum verè sentiunt corrigant linguam (iuxta præceptum Pauli formâ sanorum verborum vtentes) & retineant mentem & clarè approbent nostram sententiam: Si non nobiscum sentiunt & tamen nobiscum loquuntur, cauterio notatam habent conscientiam, & verè sunt rei horrendi illius absurdi, quod notavimus.

NB.

Dilemma.

Emblemata Calvinianorum.

II. Ex verbis Szegedini in proxima sectione allegatis sic concludo: quicquid fit, voluntate Dei arcana & beneplaciti fit: alias Deus esset debilis & infirmus. Atqui ἀταξία & vitium seu peccata, quatenus peccata sunt, fiunt Ergo ἀταξία & vitium seu peccata, quatenus peccata sunt, fiunt voluntate Dei arcana & beneplaciti. Quæcunq; Deus vult voluntate arcana & beneplaciti, ea facit, iuxta eadem Szegedini verba Atqui Deus ἀταξίαν seu vitium & peccata, quatenus peccata sunt, vult voluntate arcana & beneplaciti, vt ex eodem Szegedino iam ostensum. Ergo Deus ἀταξίαν seu vitium & peccata, quatenus peccata sunt, facit. Conclusio est impia & blasphema Ergo dogma Calvinianorum ex quo sequitur.

12. Quæcunq; Deus vult, ea vel amat & approbat, & efficit simul: vel quidem non efficit, sed amat & probat tantum: nemo enim id velle dicitur, quod odit & aversatur: Sed quatenus ita vult amat: alias fieret implicatio contradictionis Atqui

Deus

Deus, iuxta Calvinianos vult ipsa peccata, vt offensum est. (nam iuxta illos nihil fit contra voluntatem DEI, quod fit, iam autem & peccata, quatenus peccata sunt, fiunt) Ergo DEVS iuxta Calvinianos peccata vel amat & approbat, & efficit simul: vel quidem non efficit, sed amat & approbat tantum, quod est horrendum dictu. Rationem Maioris propositionis reddidimus, & Vrsinus volum. 1. theolog. oper. fol. 222. eam his verbis confirmat: Deus dupliciter velle & nolle aliquid dicitur, videlicet, velle vel quo ad approbationem & effectionem simul, aut quo ad approbationem tantum, sub qua & mandatum comprehenditur: non autem quo ad effectionem (nempe quando non vult absolutè, sed cum conditione, ibi non operatur, etiã nisi conditio sit impleta, & tamen ibi fit voluntas DEI & est efficax semper eo modo, quo semper vult sed conditione impleta, qua non impleta non vult: Ergo nec facit. Si aliter intelligatur haec posterior particula Vrsini est falsa, quia statueret ociosam voluntatem) Nolle autem dicitur quippiam, quo ad improbationem per inhibitionem effectus simul aut quo ad improbationem tantum, non autem quo ad inhibitionem. Et paulo post ibidem: Nihil „ NE. Deus velle potest, nisi ipsius naturæ & bonitati conveniens: „ nec vsquam, quæ naturæ ipsius adversantur, quatenus talia sunt, velle Deum sacra scriptura dicit. Hactenus Vrsinus Calvinianorum aliàs socius, cum quo transigant si possint. Apertè namq; Vrsinus negat Deum velle peccata, quod Beza, Zanchius, Calvinus, & alij asserunt: apertè negat, velle permittere peccata idem esse, quod velle peccata, quod reliqui tamen scribunt, vt supertius ex Calvino ostendimus. Nam si vult peccata aut approbat & efficit simul, aut approbat duntaxat, non efficit: neutrum dici potest sine blasphemia. Plura tamen ad voluntatem non requirantur, vt ex Vrsino, quem non repudiabunt opinor tanquam fratrem suum, evicimus. Nam si quis vellet obycere. Deum eatenus peccata velle, quatenus ea efficaciter non impedit:

„ dit: negamus hoc ipsum præcisè; nam non impedire, non est
„ velle, sed permittere, & simul etiam nolle, quatenus seriò ipsi
NB. „ displicent, quæ non impedit, vt illorum Vrsinus ibidem lucu-
„ lenter docet. *Neq; ullius est momenti, quod Beza 2. part respons. ad act. colloq. Mompelg pag. 153. regerit: Volendi verbum accipit in genere pro velle (Velle pro Velle NB.) ac proinde decernere & constituere, vt sint (hoc non est in genere velle, mi Beza, sed in specie, implicas contradictionem) quæcunq; futura sunt: quo sensu quædam etiam vult, id est, futura decernit & ordinat, quæ tamen non vult, id est, in seipsis non probat &c. Nullius, inquam, est momenti: nam primum ficta est illa significatio, & absurdum est aliquid decernere & constituere, quod quis nolit & improbet: sibypsi namq; contrarius est. Si igitur ipsa peccata quatenus peccata sunt, decernit & statuit, etiam ipsa peccata volet & probabit: Si verò non volet,* nec peccata
NB. quatenus talia sunt, constituet & decernet, sed tantum decernet & constituet bonum finem, qui inde consequi potest; ipsa autem peccata quatenus peccata sunt per se non decernet nec constituet, nec volet: sed tantum propter illum finem bonum permittet. *At sic adhuc manet verum, Deum peccata non velle: sed tantum permittere, quod si nobiscum credunt Calviniani: quare nostram sententiam, improbant? Si non credunt, rei sunt absurdi illius horrendi, quod ostendi necessariò sequi.*

Puerilis Bezæ exceptio.

Solutio.

13. *Deinde si quæsiverim ex Beza, quæ nam sit illius decreti causa? Respondebit mihi ex suo Calvino, vt supra vidimus,* NB. *nullam aliam,* nisi solam Dei voluntatem. *Vnde ego sic concludo: Si sola voluntas Dei est causa peccati, sequitur solum Deum prò prìè esse autorem peccati. Atqui iuxta Calvinianos, sola voluntas Dei est causa peccati Ergo iuxta eosdem solus DEVS prò prìè est autor peccati. Minorem probo: Si quæras ex Calvino, Beza & Zanchio cur Adam sit lapsus seu peccaverit? (NB. est primum peccatum) respondebunt tibi decretum divinum esse in causa: lapsus est, inquit, Calvinus supra, primus homo, quia*

Calvinus lib. 3. Instit. cap 22. sect. 11. circa finem qui locus allegabitur infra in sect. 30.

eta

ita expedire censuerat, & redeundum est tandem ad solum divinæ voluntatis arbitrium. *Si pergas: Cur Deus hoc decrevit? respondent*, quia sic voluit. *Collige terminos: Sola DEI voluntas est causa decreti, decretum est causa necessaria lapsus seu peccati Adæ, Audivimus enim supra ex Calvino*, ex Dei decreto necessitatem peccandi inferri hominibus. *Nam si his hominibus maximè objicias voluntatem hominis, regerunt tamen, non ideò præsciviſſe Deum Adæ peccatum, quod Adamus voluerit peccare,* " NB.
sed potius contra, quia Deus decreverit, vt Adamus peccaret, "
ideirco Adamum peccasse, & voluisse peccare, imò Adamum "
prædestinatum fuisse ad peccandum, vt supra vidimus, prædestinatione immutabili, vt videas hos homines decretum DEI non solum facere causam voluntatis, sed etiam voluntatis peccandi. NB.
Cum igitur hic sit necessarius nexus terminorum, vt ex illorum dictis patet, valebit etiam hic regula: Quicquid, est prædicatum prædicati est etiam prædicatum subiecti: & quicquid est causa causæ est etiam causa causati, *inprimis cum Calvinus dicat in institutionibus (locus supra est allegatus) Deum non solum ut universalem causam, sed etiam specialiter concurrere in peccato, quod probè notari velim. Scio non valere hanc regulam, vbi nexus prædicati & subiecti, causæ & effectus est per accidens & contingens: Valet tamen semper vbi est nexus necessarius, vt hic.* NB.

14. *A quocunq; solo* est necessitas (*non dico simpliciter agendi*) peccandi, *is etiam solus propriè peccati autor erit. Atqui a solo Deo vel ex sola Dei prædestinatione est necessitas peccandi, vt supra ex Calvinianis audivimus. Ergo solus Deus proprie peccati autor erit.*

15. *Quecunq; Deus vult voluntate beneplaciti & arcana, ea non punit, nec de ijs conqueritur aliàs sibi ipsi contrarius foret. Atqui iuxta Calvinianos Deus voluntate beneplaciti & arcana vult peccata, vt supra ex Zanchio Szegedino & alijs audivimus.*

Absurdè Zanchius lib. 5. de nat. Dei cap. 2. pag. 743. Contendit maiorē

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0268
Mecklenburg Vorpommern

hanc propositionem tantum de hominibus veram esse non autem de Deo, cum Deus noster legibus nõ sit subiectus. sed supra omnes leges, cuius exceptionis vanitatẽ vide in sect. 25.

Hoc vrgeo, quod etiam diligenter notari velim, vt dicatur, quod nã sit signatũ voluntatis signi quia enim signũ est, habebit etiam signatũ ex naturâ relatorũ Si igitur voluntas beneplaciti non est hoc signatum, dicatur quidnã sit in ipso Deo? Nihilne, aut aliquid? Hic respondeatur sũt enim signum & signatũ Relata.

divimus Ergo peccata non punit, nec de ijs conqueritur, quod est absurdissimum absurdum. Nec est vt mihi hic opponant distinctionem voluntatis beneplaciti & signi, quasi voluntate signi Deus peccata puniat, & conqueratur de peccatis: Non autem voluntate beneplaciti: hoc namq; est ἀκόλουθον, quod sic evinco Praeceptum divinum prohibens peccata dicitur voluntas signi: quaero ob quam causam? non idcirco, quia est signum voluntatis in Deo? evolve omnes scholasticos & ipsum Lombardum lib. 1 sentent distinct. 45. quorum haec est distinctio, quaq; in vero sensu non mala, & aliud non invenies? Illud signum itaq; aut est signum voluntatis beneplaciti, aut alius voluntatis interna in Deo: alius non: sic namq; duæ & quidem contrariæ voluntates essent in Deo, vna qua vellet altera qua nollet peccatum, quod absurdum & pugnat cum simplicissima Dei essentia. Calvinus tamen aliam esse dicit libr. 3. institut. cap. 20 sect. 43. in expositi 3 petitionis orationis Dominicæ, qui quomodo absurdum, quod dixi inde sequi, evitare possit, videat. Ergo erit signum beneplaciti voluntatis in Deo: Si est: Ergo consentiet aut dissentiet. Si consentiet: Ergo sicut Deus non vult peccata voluntate signi, ita nec volet voluntate beneplaciti & interna Si dissentiet, sequitur quod signum dissentiat à signato, & sic ne verum quidem signum sit, aut nullum habeat signatum, quod est absurdum: nam sublato signato tollitur signum ex natura omnium relatorum (sunt autem signum & signatum relata) quorum posito vno tollitur alterum & ablato vno auffertur alterum. Manet itaq; hoc firmum: Si vult voluntate beneplaciti Ergo & voluntate signi: Si hac non vult. Ergo nec illâ: quia reipsa est eadem, tantum diverso respectu diversus habet appellationes, vt evicimus. Sed de hac duplici voluntate postea plura.

16. Neq; illud κρησφύγετον quorundam, qui aliàs cum Calvino, Beza & Zanchio per omnia non consentiunt, Deum vnâ eademq; voluntate diverso tamen respectu & sine velle peccatum

(Vrsinus

(Vrsinus volum. 1. oper Theolog. fol. 224 & Paræus in Catechismo Vrsini edit Genev. Anni 1093 pag. 91 hac in parte sibipsis contrarij) ex. gr Venditionem Ioſephi Deum voluiſſe, quatenus eâ Ioſeph evehebatur ad honores, conſervabatur fami.ia Iacobi & implebatur oraculum de ſervitute Abrahami in AEgypto: non autem voluiſſe hanc venditionem, quatenus erat peccatum. atq; ſic nullam eſſe contradictionem in DEI voluntate, illud, inquam, effugium illos ſublevare non poteſt: nam ſupra evicimus ex Calvinianorum ſententia, quod Deus etiam peccata quatenus peccata ſunt, velit voluntate beneplaciti, cum omnia quæ fiunt, voluntate ipſius beneplaciti fiant, iuxta illorum mentem. Manet itaq; ad huc firma contradictio ex principijs Calvinisticis deducta: Voluntate ſigni, quam reipſa eſt eadem cum voluntate beneplaciti Deus peccata quatenus peccata non vult: Voluntate autem beneplaciti, peccata quatenus peccata vult.

An Deus voluerit venditionem Ioſephi?

Deinde negamus Deum vel ipſam venditionem Ioſephi vel vllum peccatum propter bonum finem velle, ſed permittere duntaxat vt Vrſinus & Paræus ipſi contra ſuos fraterculos in locis tum & in ſectione 12 allegatis contendunt etiam contra ſeipſos (legantur & apparebit contradictio) quod igitur Ioſeph dicit ſe voluntate Dei miſſum eſſe in AEgyptum, id intelligit non de ipſa venditione (quam permittebat, non volebat) ſed de fine, quem Deus inde eliciebat: quod patet clarè ex verſu 8. iſtius 45. cap. Gen. Vbi ſic inquit: Non veſtro conſilio ſed DEI voluntate huc miſſus ſum, qui me fecit quaſi patrem Pharaonis, ſeu vt vatablus & 70 interpretes habent: Non vos me miſiſtis huc, ſed Deus, qui & poſuit me in patrem ipſi Pharao, hoc eſt, ut vatablus addit: in verbis in patrem eſt Ebraismus, pro effecit, vt eſſem Pharaoni vice patris. Hæc verba non poſſunt de ipſa venditione intelligi, quia illa fiebat conſilio & voluntate fratrum & quod ipſam venditionem attinebat, per eam omnino fratres Ioſephi Ioſephum mittebant in AEgyptum, quod & ipſum factum clamat.

Non mittebant fratres vt ad iſtam dignitatem evheretur:

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0270
Mecklenburg Vorpommern

sed vt periret: attamen mittebant.

clamat. Quod verò consilium Dei attinet, quod finem respiciebat, illius ignari erant fratres Iosephi, non enim in hunc finem vendebant fratres Iosephum, propter quem Deus venditionem permittebat. Quod igitur bonum finem attinet eius respectu voluntate fratrum Ioseph non erat missus in AEgyptum sed solius DEI consilio & voluntate. Neq; est, vt quis obijciat: Deum voluisse ipsam venditionem tanquum medium, cum voluerit finem inde sequentem: Nam hæc regula vniversaliter vera non est, ne quidem in humanis rebus, cum magistratus velit bonas leges ex malis moribus ortas, ipsos autem mores malos nolit: tantum valet in medijs necessarijs & quæ per se sunt media: non autem in illis, quæ per accidens sunt media. Manet itaq; adhuc contradictio, cum Calviniani dicunt: Deum voluntate signi seu lege nolle peccata; Voluntate autem arcana seu beneplaciti velle, ex qua in æternum se non expedient.

Obiectio.

Solutio.

17. Præterea, si voluntate signi Deus non vult ipsam ἀταξίαν seu peccatum propter turpitudinem & quia divinæ iustitiæ adversatur (vt non vrgeam, quod tamen probè notari velim, vnde sciant illi quod Deus arcanâ voluntate peccata velit; Si enim arcana & non revelata, vnde eam norunt? aut si norunt eam, quod eâ peccata velit, iam non est arcana) & voluntate beneplaciti vult, sequitur quod Deus voluntate beneplaciti non adversetur turpitudinem, nec curet, licet aliquid cum sua iustitia divina pugnet: nam sublata causa tollitur effectus, & posita eadem causa ponitur effectus. Sed iuxta Calvinianos DEVS voluntate signi non vult ipsam ἀταξίαν & peccata propter turpitudinem & quia iustitiæ divinæ adversantur: Voluntate autem beneplaciti vult peccata. Ergo iuxta Calvinianos DEVS voluntate beneplaciti non aversatur turpitudinem nec quicquam curat, an aliquid pugnet cum sua iustitia divina, Impium, blasphemum absurdum. Nec multis vrgebo, apertam contradictionem, quæ hinc sequitur. Nam si Deus vult hominem peccare,

Vide verba Zanchij sect. 72.

Zanch. lib. 5 de nat. Dei pag. 743. sic inquit: Licet homo cum pec-

peccare, vult hominem velle id, quod non vult eum velle. Sed iuxta Calvinianos Deus vult hominem peccare. Ergo vult Deus hominem velle quod non vult eum velle. Contradictio aperta. Maioris consequentia est manifesta, quia iusta voluntas hominis est ea tantum, quæ vult id, quod Deus eam vult velle: iniusta verò, quæ id vult, quod Deus eam non vult velle.

cat, faciat quod vult Deus voluntate sua arcana, eaq; iustissima, hominem tamen excusari nó posse, certum est.

cum faciat contra illam Dei voluntatem, ex qua novit sibi omnia esse agenda.

17. *Insuper: quæcunq; Deus præscit, illa etiam vult & facit.* nam hæc tria decretum, præscientia, & voluntas Dei efficax ac operans semper & necessariò, *iuxta Calvinum & alios*, semper cohærent. *Verba ipsorum vide supertus in sectione secunda. Atqui DEVS, quia omniscius, non solum ipsas actiones, sed etiam ipsam ἀταξίαν & vitia actionum ac peccata, quatenus peccata sunt, præscit. Ergo Deus iuxta Calvinianos non solum actiones vt actiones, sed etiam ipsam ἀταξίαν vitia actionum, & peccata quatenus peccata sunt, vult & facit. Horrendum absurdum.*

Emblema Calvinianum.

19. *Qui voluntate efficaci prædestinat homines quosdam ad causas damnationis, is prædestinat etiam voluntate efficaci & operatrice homines ad ipsam ἀταξίαν & peccata quatenus peccata sunt:* non enim ipsæ actiones vt actiones, sed peccata quatenus peccata & quatenus vitiosæ actiones, damnationis sunt causæ. Atqui iuxta Calvinianos Deus voluntate efficaci & operatrice prædestinat homines quosdam ad causas damnationis. Ergo etiam Deus iuxta eosdem voluntate efficaci & operatrice prædestinavit quosdam homines ad ipsam ἀταξίαν vitia actionum & peccata, quatenus peccata sunt. *Impium. Nam qui voluntate efficaci & operatrice prædestinat quosdam ad peccata, quatenus peccata sunt, is est autor peccatorum.*

20. *Quicunq; docent nullam esse firmiorem consecutionem, quam istam à posteriore: hoc factum est. Ergo DEVS voluit, vt fieret. Ex hoc facto istud consecutum est. Ergo DEVS hoc fieri voluit, vt hoc inde consequeretur, illi docent DEVM velle voluntate*

Si hoc verum est Beza tum ego sic colligo: David commisit adulterium.

Ergo Deus voluit, vt committeret adulterium. Cain interfecit fratrē. Ergo Deus voluit, vt interficeret fratrem Item: Ex obiectate secutum est homicidiū. Ergo Deus voluit, ut consequeretur homicidiū Adhuc ne negabis te Deum facere, autorē peccati?

luntate efficaci & operatrice ipsam ἀταξίαν vitia actionum, & peccata, quatenus peccata sunt, ac proinde DEVM verè faciunt autorem peccati. Atqui Calviniani (Beza 2 part. respons. ad act. colloq. Mompelg. pag. 185. vide sect. 2.) dicunt nullam esse firmiorem consecutionem quàm ist im à posteriore, hoc factum est. Ergo DEVS voluit, vt fieret, ex hoc facto istud consecutum est. Ergo DEVS voluit, vt inde consequeretur. Ergo Calviniani docent, Deum velle voluntate efficaci & operatrice (quia voluntas Dei semper efficax, vt ipsi superius sunt testati) ipsam ἀταξίαν vitia actionum & peccata quatenus peccata sunt. Maior patet: quia non solum actiones, vt actiones fiunt & ex aliquo consequuntur, sed etiam ipsa peccata quatenus peccata sunt, ἀταξία & vitia actionum fiunt & ex aliquo consequuntur. Ex his omnibus abundè constat, distinctionem superius à Calvinianis obiectam inter actionem & ἀταξία, seu vitium actionis ne tantillum illis prodesse, nec ab obiecto crimine, quo Deum verè peccati autorem & causam efficientem faciunt, eos liberare.

Aliud Calvinianorum effugium.

21. Sed vt omnes elabendi rimæ illis obstruantur, reliqua effugia, quibus vtuntur (continentur autem omnia verbis illorum supra in sect. 2 allegatis) examinabimus. Quidam dicunt, Deum velle & operari peccata tanquam iustam pœnam, non tanquam culpam. Atq; sic Deum non esse autorem peccati. Sed hæc responsio duplici morbo laborat. Primum non valet in primo peccato Adami & diaboli: in quo nil nisi culpa: non enim poterat pœna esse prioris peccati siquidem primum erat peccatum. Ergo ad hanc rationem primi peccati, iuxta Calvinianos, peccati autor erit. Deinde ostendimus ex Calvinianorum sententia sequi, Deum omnia omnino peccata velle. Ergo & illa volet, quæ non sunt pœna (non enim omnia peccata sunt pœna) Sed quæ tantum sunt culpa. Atq; sic nondum liberantur Calviniani ab hoc paradoxo.

Solutio.

Alia exceptio.

22. Alij prætendunt (sed non seriò) Deum peccata non facere,

facere, sed permittere, & vt iudicem in promeritam & infla-
pœnam ordinare. Verum & hæc exceptio nihil ad rem. Primò
namq; si aliter non sentiunt, cur nostram doctrinam oppugnant,
cum nos aliud non doceamus? Deinde Calvinus, Zanchius, &
Beza, ut testantur loca in sect. 2 allegata, hanc ressponsionem
tanquam insufficientem reijciunt, & providentiam DEI spe-
cialem sic negari (sed falsò) conqueruntur. Deinde huic permis-
sioni adiungunt voluntatem DEI efficacem & operatricem, ut
verba illorum superius producta clarissimè testantur. Merus
ideoq; fucus est in hac illorum ressponsione.

Ressponsio.

Calvinus dicit, ideo Deum permittere, quia vellit. Vide verba supra allegata.

23 *Alij denique & verè omnes ad hanc ressponsionem tan-*
quam ultimum asylum, sed minimè tutum, confugiunt, dicentes:
peccata sive scelera, quatenus fiunt Deo volente, decernente,
& impellente non esse peccata sive scelera, sed quatenus pro-
cedunt à mala impiorum voluntate: idcirco Deum illud iusse
velle & decernere, quod hi injustè faciunt, & proinde non Deo-
um sed ipsos homines peccatorum & scelerum autores esse.
Rationes huius effati afferunt tres, ut supra vidimus ex Zvvin-
glio, Calvino & Beza, quibus etiam Zanchius astipulatur pri-
mùm vitij originem, ut Beza inprimis in 2 ressp. ad act. colloq.
Mompelg. pag. 184. 185. 186. & in ressp. ad Sebastianum Ca-
stellionem in refutatione secundæ calumniæ prolixè contendit,
quemadmodum & Calvinus non solum in institutionibus: Sed
etiam in instructione adversus libertinos cap. 14. pag. 89. edit.
Argentorat. Anni 1546. quærendam esse in ipso sponta neo
instrumentorum motu & natura humana, quæ vitio primi ho-
minis tota corrupta est: non autem in voluntate Dei quæ sem-
per bona ac justa sit. *Sed hæc ratio nullo labore diluitur. Quod*
objiciunt de corrupta hominis natura, non habet locum in primo
peccato hominis: quia primum peccatum non est exortum ex a-
liqua præexistente naturæ corruptione. Ergo ad hanc rationem primi
peccati manet absurdum Calvinianorum. Deinde nec in cæteris
peccatis quicquam valet: nam si DEO impellente, ut Calvinus,

Aliud effugium.

Hungari in sua Panharmoniá pag. 245.

Confutatio.

Regionalbibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0274
Mecklenburg Vorpommern

& Deo cogente, ut Zvvinglius supra loquebantur, homines peccant, quomodo sponte & liberè peccant? quomodo vitij origo in spontaneo instrumentorum motu quærenda? supra etiam ex propriis Calvinianorum verbis audivimus, homines necessitate decreti divini à DEO impelli ad hæc vel illa flagitia perpetranda, ita ut impellenti ipsius voluntati resistere non possint: Item necessitatem peccandi à DEO esse. Item evicimus ex doctrina adversariorum sequi, etiam Deum ipsius malæ voluntatis quatenus mala est, autorem esse, cum tum à eos omnia voluntate DEI efficaci & operatrice fiant, quæ sunt & fiunt. Effugium itaq; hoc illorum nullius est momenti, Denique hæc tota responsio laborat petitione principij: quæritur namq; an illa Dei voluntas & quidem efficax ac operans sit iusta, quæ vult peccatum? Negamus nos (nec obstat, quod dicere solent, Deum peccata velle propter bonum finem, nam id mox in sequente sectione confutabitur) idq; ex hoc fundamento: Quæcunq; voluntas vult iniusta ea non est iusta (actionem quidem ut actionem vult: de quo non est controversia: sed non ut vitiosam actionem) si igitur DEI voluntas vult peccata, quæ sunt iniusta, non erit iusta: nam quomodo iusta erit. Si vult efficaciter & decreto efficaci ac impellit homines ad transgressionem legis, quæ est ipsum peccatum (ἀνομία inquit Ioannes) & quomodo non DEVS peccati autor erit, si est autor operis lege divina prohibiti? Neq; quicquam præsidij habent in eo quod dicunt, in spontaneo instrumentorum motu, quærendam originem peccati, & hominem sponte ferri ad peccandum: nam ut tam toties ex illorum verbis supra allegatis ostendimus, hunc ipsum spontaneum motum & hoc ipsum sponte vel liberè ferri, suspendunt à decreti divini necessitate, vi cujus decreti hominibus incumbit necessitas peccandi, ita ut hoc ipsum etiam, quod homines sponte ac liberè volunt peccare, juxta Calvinianos, non aliunde pendeat quam à Dei voluntate efficaci, ordinante & efficiente. *Ideoq; adhuc culpa & origo peccati redundat iuxta illos in Deum.* Si enim ipse spontaneus motus

An Dei voluntas volens peccatũ sit iusta?

tus malæ voluntatis, quatenus fertur in determinatum & certum objectum, non nisi à Deo, *ut Calviniani scribunt in locis quæ mox allegabuntur*, quomodo non & ipsum peccatum non nisi à Deo? *Nam causa per se causæ etiam est causa causati. Deus iuxta illos est per se causa spontanei motus malæ voluntatis: Spontaneus motus malæ voluntatis est per se causa peccati. Ergo & DEVS iuxta illos erit per se causa peccati. Nam valet hæc regula in causis per se & in causis & effectis necessariò cohærentibus: Necessariò autem hæc iuxta Calvinianos cohærent. Sed audiamus ipsos loquentes. Beza sic inquit 2. part. respons. ad act. colloq. Mompelg. pag 207.* Sed rursus cum in alterutram partem habeant quoque flexibilem illam servilem & peccato, mancipatam vtrinq; libertatem, itidem in eam semper partem sponte inclinant quam Deus ab æterno determinavit, prout etiam Deo visum est efficere ut ipsi sponte ferantur, efficaciam Spiritui erroris & ipsorum concupiscentijs tribuenti. *Et Zanchius libr. 5. de natura DEI cap 2. pag. 744. Impij cum peccant, scientes ac volentes, & cum delectatione peccant: ita ut si eos velis impedire ne scelus admittant, mox tibi irascantur. Quare etsi non rectè dixeris, eos cogi peccare.* Interim tamen non possunt aliud facere: & ad id necessitate quadam ex Dei ordinatione constringuntur. *Hactenus illi. Vnde apparet simul, quid respondendum sit ad illud, quod Calvinus in instit. & Beza in respons. ad act. Mompelg. objiciunt: Adamum sponte Deo permittente & iustè deserente sibi hanc malæ voluntatis corruptionem & pravitatem attraxisse. Ad hoc enim sequitur, illam spontaneam attractionem, Adami pendere ex necessitate decreti divini vt supra illorum verbus probavimus. Nam si quæras an DEVS propter aliquod peccatum vel præteritum vel futurum deseruerit? negant apertè, rationem hanc assignantes: æterna reprobationis causam non esse vllum peccatum vel præteritum vel futurum* sed solum Dei beneplacitum & decretum, ex quo postea peccata necessariò sequuntur. *Qua ratione permissio & desertio*

NB.

desertio fiunt causæ peccatorum committendorum in Adamo: Vnde necesse est sequi tandem Deum esse primam peccati causam, inprimis cum passim doceant, hanc permissionem & desertionem non esse talem, qua Adam sufficientibus viribus instructus ad persistendum relictus sit suæ rationis arbitrio, sicuti scriptura dicit, hominem relictum esse in manu consilij sui (sermo est de homine ante lapsum) sed talem esse permissionem & desertionem Dei, quæ sine futurorum peccatorum & inobedientiæ ratione, cum immutabilis voluntatis efficacia coniuncta sit, ad efficiendum id, quod ab æterno permittere decretum fuit. Vnde quilibet non cæcus videt etiam Deum huius perversæ voluntatis primam causam ab illis constitui.

Alia exceptio Calvinianorũ.

24. *Secundam rationem hanc reddunt: voluntatem Dei esse bonam, dum homines ad peccata impellit, vel ea per sua instrumenta perficit, quia Deus bonum finem sibi vropositum habeat Deum enim velle homines peccare, vt habeat quos iuste damnet, & quorum liberaliter misereatur, vt ea ratione iustitiæ & misericordiæ gloriam manifestet. Impiorum verò voluntatem esse malam, quia in illo opere, quod Deo mandante, impellente & movente faciunt, spectent malum finem, vt nempe suæ libidini serviant, non gloriæ Dei. Calvinus in instructione adversus libertinos cap. 14. p. 89. edit. Argentorat. Anni 1546.* Impios sua avaritia aut ambitione, aut invidia, aut crudelitate imitatur ad facinus suum, nec alium finem spectat. Ideo ex radice illa, id est, ex animi adfectione & fine quem spectat: opus qualitatem sumit, & merito malum judicatur. Sed Deus respectum omninò contrarium habet. Nempè vt justitiam suam exerceat ad conservandos bonos: gratia & bonitate sua vtatur erga fideles: malè autem meritos castiget. *Et Rennecherus in aurea salutis catena pag. 32. & 33. Sic* impij non evadunt boni, neq; excusabiles redduntur, licet ea faciant, quæ Deus facta vult, quia in actione sua Dei voluntatem studio obsequendi non respiciunt, sed sua prava consilia & impia desideria sequuntur.

rur. Sic etiam Deus non evadit malus & injustus, sed bonus & sanctus manet: tametsi ea velit, quæ mali faciunt, quia Deus ea longè alio consilio & fine vult, quam illi ea volunt & faciunt. *Hactenus illi Cum his consentiunt Beza in resp. ad Sebastianum Castellionem in refutatione secundæ calumniæ, dum sic inquit:* Ideo oportuit Adamum condi sanctū & innocentem, sed qui sua sponte & sine vlla Dei culpa vitiosus factus viam patefaceret æternis Dei consilijs, id est tum misericordiæ tum severitati ipsius declarandæ. Oportuit ergo Deum quoq; hanc vnicam viam sibi aperire, id est, Adami lapsum ordinare, sed ad eum quem dixi finem, qui cum sit justissimus & sanctissimus, justam quoq; ipsius ordinationem esse consequitur: *Et Zanchius in libr. de nat Dei. Verum hæc exceptio multis modis vna esse ostenditur. Nam primum* hæc exceptio non valet in primo peccato. *Deinde* Confutatio. *hanc ipsam hominum peccantium inclinationem à DEO esse contendunt, vt videre est apud Rennech. in aurea salutis catena pag. 28 & 29 vbi primam vitij originem æternæ præscientiæ & ordinationi divinæ attribuit, quod & Beza in respons. ad Sebast. Castell. aphorismo 22 facit inquiens: Sic agit DEVS per* illa instrumenta, vt non tantum sinat illa agere, nec tantum moderetur eventum, sed etiam excitet, impellat, moveat, regat, atque adeo, quod omnium est maximum etiam creet vt per illa agat, quod constituit *Hactenus ille. Si igitur DEVS impellit hominem ad peccatum. Ergo & ad intentionem malam, cum peccatum actuale non sit sine intentione mala. Etsi ab æternitate decrevit ad misericordiam & justitiam suam ostendendam vt homo peccaret: & peccatum non est peccatum sine mala intentione nec est vt quis objciat bonum apparens, quod peccatores sæpè intendunt, id enim revera bonum non est sequitur manifestè. Deum ab æternitate voluisse & ordinasse, vt homo mala intentione operetur & eo modo caderet sicuti Rennech. expressè in loco iam aliegato docet. Præterea Apostolus Rom. 3 inquit: non sunt facienda mala, vt eve-*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0278
Mecklenburg Vorpommern

niant bona (quem locum Zanchius lib. 5. de nat. Dei cap 2 pag. 729 impiè dantaxat ad homines detorquet, & de DEO falsum esse scribit) Non enim omnis actio iusta & bona est, quæ fit bona intentione, alias Saulus non peccasset, 1. Sam. 15. dum bona intentione quædam spolia Amalekitarum in vsum sacrificiorum reservabat: Bona quidem intentio, nihilominus tamen peccabat, quia contra iussum & mandatum Dei agebat. (Forsan excipient DEVM esse supra mandatum & legem, sed de eo mox) Malitia enim actionis non solum pensitanda est ex mala intentione, sed etiam ex objecto illicito Finis enim seu intentio bona non potest efficere, vt liceat ea efficere, quæ extrinsecè per se & ex objecto ac sua natura mala sunt & peccata, Vt sunt homicidium, adulterium, scortatio, furtum, mendaciũ, injustitia, &c. Perinde ac si quis furetur vt Eleemosinas possit dare, vel si quis adulterium committat, vt suscitet prolem. Homines enim, qui talia faciunt, quæ suâ natura sunt iniusta & peccata, iustissimè puntuntur, etiamsi bona intentione faciant: quomodo igitur DEVS, si eadem velit & faciat, ob solam bonam intentionem culpæ expers erit? Forsan quia ex lex. Sed mox de illo. Non igitur convenit exemplum à Calvino lib. 1. instit. cap. 18 sect. 3. vbi dicit, filium mala voluntate velle patrem mori: Deum verò bona voluntate velle mori. Nam mors, quam vterq; vult, non est malum culpæ: de quo cum Calvinianis dimicamus, sed tantum est malum pœnæ. Istam autem malam voluntatem filij DEVS non vult, sicuti nec alia peccata, vt sunt homicidium adulterium &c vult Calvinistani autem vt supra ex Rennecchero ostendimus, docent Deum velle malum culpæ.

NB.

Calvini effugium Responsio.

Calvinianorum effugium

25. Tertiò tandem confugere coguntur ad hoc Zvvinglij effugium, nempè idcircò hominem peccare (vide verba Zvvinglij in sect 2) in malo, Dei autem voluntatem non esse malam, quia DEVS sit exlex, DEO non sit lex posita; homini autem lex sit posita ac proinde hominem transgrediendo legem sibi positam

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0279
Mecklenburg Vorpommern

sitam peccare, Deum transgrediendo legem sibi non positam non peccare, quod exemplo tauri, cui lex non est posita, omnes vaccas heri absq; adulterio implentis illustrat, cum herus tauri si praeter vnam vxorem plures habeat id licitè facere nequeat, cum ipsi sit lex posita, vt ab initio huius capitis ostendimus. Idem scribit Rennecherus pag. 132. 133. his verbis: Hæc ergo Dei opera, quatenus à Deo fiunt, sunt iusta & bona opera: quod si illa eadem opera, vel illis similia, ab hominibus fierent, iniusta essent, & magna peccata, quia cum lege DEI apertè pugnarent & ei contraria essent. Lex enim mandat, vt alij alios vt se ipsos diligant, illosq; quovis tempore, & quibuscunq; modis & officijs possint, iuvent & servent, & non, vt eos perdant. Itaq; legem alios amandi & servandi Deus hominibus tulit, at sibi non dedit eam. Ipse enim eos iustè odisse potest, quos homines amare lege iubentur. Deus igitur semper & vbiq; iustus est, licet quædam eorum, quæ ipse vult & facit, humanæ rationi & carni valde iniusta & iniqua esse videantur. Quid enim carni iniustius & iniquius videri possit, quam hominē, antequam aliquid mali fecerit sempiterno exitio adiudicare, cum tamen illud sit iustum Dei opus, quod quidem ideo iustum est, quia Deus ita voluit. *Verum hæc exceptio Zvvinglij Rennecheri & aliorum Calvinianorum palam est falsa & blasphema. Nam primò licet DEO non sit lex posita ab aliquo superiore, quem nec habet nec agnoscit, tamen sua sapientia & iustitia sibipsi est lex, & quod nobis est lex, DEO est ingenium & natura. Si itaq; DEVS impelleret homines ad ea, quæ repugnant legi æternæ, sibipsi repugnaret, & seipsum abnegaret: lex enim est regula quasi seu expressa quædam imago æternæ iustitiæ & sapientiæ DEI: plera3, enim præcepta decalogi ad amussim cum æterna DEI iustitia & sapientia DEI & cum iustitia naturali congruunt. Etiamsi igitur nulla lege teneatur Deus ea facere, vel velle quæ pugnant cum lege, sua tamen natura & sapientia qua legis causa, tenetur, ne sibipsi adversetur. Deinde* NB

multa sunt peccata, quæ sua natura sunt mala & non solum propterea, quod præcepto seu lege sunt prohibita, vt abnegatio Dei, blasphemiæ in DEVM, corruptio divini honoris & cultus, quæ si DEVS vlla ratione vellet, sui ipsius abnegationem vellet & sibiipsi contrarium esset. Et si iuxta hanc Zvvinglij & Rennecheri
„ *mentem peccatum tantum ratione præcepti esset peccatum, per*
„ *se nihil esset peccatum, vt Libertini nugati sunt, teste Calvino in*
„ *sua institutione adversus ipsos, quod absurdum, & cum lex non*
„ *sit infirmior in minimis, quàm maximis præceptionibus, sequeretur omnia peccata esse paria, quod similiter absurdum. Sua*
„ *itaq; natura & per se & non solum præcepti ratione sunt mala,*
„ *quæ si DEVS vellet ipsi naturæ & sibypsi adversaretur. Præterea retorquemus hoc in ipsum Zvvinglium & Rennecherum:*

Inversio effugij Zvvinglij.

Nam si DEO non est lex posita, vt iustis non est posita, iuxta Pauli sententiam, quemadmodum Zvvinglius supra loquebatur: Ergo DEVS contra legem facere non audet: Nam iusto quidem non est lex posita, vt eum terreat, quia sponte sua legem servat, nec tamen contra legem agere audet. Denig; hæc responsio implicat contradictionem manifestam: Sequitur enim hinc hominem in vno eodemq; peccare & non peccare, transgredi legem & non transgredi legem. Nam si Deus impellit hominem ad peccatum, vt pote adulterium, homicidium &c: Vt loquitur Zvvinglius in loco ab initio huius capitis allegato, quemadmodum artifex instrumentum ad opus, sequitur quod Deus velit vt homo in perficiendo peccato sibi obtemperet, quemadmodum artifex in opere faciendo vult, vt instrumentum sibi obtemperet. Impulsus itaq; ille Dei erit præceptum & lex, quam homo ita tenebitur implere, vt instrumentum artificis iussum, à quo movetur. *Homo ideireò à DEO ad peccatum, puta, adulterium vel homicidium impulsus simul obtemperabit DEO, & non obtemperabit, transgredietur præceptum DEI de non committendo adulterio, & non transgredietur præceptum Dei, quo impellitur ad adulterium* ἀδύνατον, ἄτοπον, ἄτοπον.

26. Placet

26. Placet hic & paucis examinare similitudinem Calvini, quia vtitur lib. 1. instit. cap. 17. sect. 5. Sic inquiens: Vnde quæso fœtor in cadavere, quod calore solis tum putrefactum tum reseratum fuerit? Radijs solis omnes excitari vident. Nemo tamen illos fœtore ideo dicit. Ita cum in homine malo subsideat mali materia & culpa, quid est quod inquinamentum aliquod contrahere putetur DEVS, si ad suum arbitrium vtatur eius ministerio. Et in instructione aaversus libertinos cap. 14. pag. 90 edit. Argent. Anni 1546 sic inquit: Sicut Sol in cadaver radios suos emittens, & corruptionem quandam in eo generans, nihil incorrupti aut impuri ad se trahit: neq; efficit puritate sua, quo minus cadaver putridum ac fœtidum sit: ita DEVS per impios sic operatur vt iustitia, quæ in ipso est, eos non iustificet, nec ipse eorum nequitia & corruptione contaminetur. Eodem simili vtitur Zanchius libr. 3. de natura DEI cap. 4. pag. 347. th. 5. Verum nihil omninò ad rem facit: est namq; simile hoc nimis dissimile, etiam in ijs partibus in quibus debebat esse simile. Primùm falsum est quod solis radij generent aut excitent fœtorem, vt ἁπλῶς Calvinus loquitur: effectus namq; hic competit causæ non vniversali: sed particulari. Sol autem est causa vniversalis: neq; Sol intendit (NB. Intendit) fœtorem vel excitare vel regenerare, sed calorem duntaxat seu calefactionem, quæ calefactio ex se & per se est indifferens ad varios eosq; contrarios effectus producendos: itaq; ex se etiam non magis est causa fœtoris, quàm boni odoris: quod autem post calefactionem vel bonus odor vel fœter sequitur, id nulla ratione (nisi valde per accidens) à sole: sed à causa particulari, quæ causam vniversalem limitat & determinat modò ad hunc, modò ad illum effectum. Causa igitur excitati fœtoris non in solis radios: Sed in putridam materiam tanquam causam particularem, est referenda. Hæc si applicemus ad DEVM, pro ut Calvinistæ de eo loquuntur, nulla ratione conveniunt. Nam nolunt DEVM tantum

Similitudo Calvini nimis dissimilis.

Confutatio.

NB.

vt causam vniversalem concurrere, sed etiam tanquam particularem & specialem, sicuti expresse Calvinus lib. 2. inst. cap. 4. sect. 2 qui locus supra fuit allegatus, contendit, DEVM non solum vniversali, sed etiam speciali actione concurrere: imo volunt Calviniani DEVM in specie hoc vel illud facinus & peccatum velle & intendere, imperare, & per homines tanquam instrumenta perficere: imo vt Beza in respons. ad Sebast. Castell. aphorismo 22. inquit: DEVM in hunc finem excitare, creare, movere instrumenta, vt per ea agat quæ decrevit. Nulla igitur similitudo hic inter Solem & DEVM. Deinde neq; in subiecto est similitudo: nam ante actionem ponitur iam cadaver, hoc est, corpus corruptum: non enim ex integro & salvo corpore, sed iam corrupto solis radij fœtorem excitare possunt. Verum Calviniani etiam de primo peccato Adami loquuntur, & iuxta principia superius enumerata loqui coguntur, quod volente, decernente, & prædestinante DEO fuerit commissum: At ante illud peccatum primum natura Adami fuit adhuc integra & non corrupta & nihilominus hoc peccatum in Adamo DEVM excitasse volunt adversarij. Similitudo itaq; allata rursus non congruit. Denique etiamsi Sol vt particularis causa concurreret speciali actione, vt Calvinus de DEO scriptitat, ad excitandum fœtorem, tamen corrumpendo alia non corrumperetur: ratio est in promptu, quia non agit libera voluntate neq; per actionem immanentem, sed transeuntem in aliud subiectum. At qui libera voluntate vult alium peccare, is vult actione immanente: quia voluntas, qua vult alium peccare, in ipso est & non in alio subiecto; vt calefactio solis in cadavere: & cum illa voluntas, qua vult peccatum, sit mala, quippe quæ liberè fertur in obiectum illicitum, ac cum vera & iusta ratione imo iustitia DEI pugnans, non potest fieri quin ille sit malus & peccet, qui eiusmodi voluntatem habet. Nihil itaq; prodest hac dissimilis similitudo Calvini.

27. Sed

27. *Sed nondum quiescunt: Vrgent namq; Calvinus, Zanchius & Beza aliquoties in suis libris iam toties allegatis hoc sophisma Opera DEI semper iusta Ergo idem opus quod homini peccatum est, DEO non est. Vnde Rennecherus in aurea salutis catena cap 19. pag. 134. sic scribit: Sunt quædam opera DEI singularia quæ* ad generalem justitiæ regulam non sunt examinanda, quale est Abrahami *factum, qui DEO obtemperaturus filium suum occidere & DEO immolare voluit, cum lex dicat: Non occides Et paulo post:* Sic aliquod opus esse potest, quod Deus non ideo vult, quasi illud in se justum sit: sed illud ideò justum est, *quia DEVS illud vult, & bonum esse iudicat Hactenus ille. Verum quod sophisma obiectum attinet, nulla est in eo consequentiæ ratio, quod clarissimè elucet, si in formam syllogisticam redigatur, quam hanc oportet esse: Cuius omnia opera sunt iusta, ei etiam quæ iniusta aliàs sunt opera, sunt iusta. DEI opera omnia sunt iusta. Ergo etiam DEO quæ aliàs sunt iniusta opera, iusta sunt Mator est* ἁπλῶς *falsa: implicat namq; manifestam contradictionem Hac enim ratione ipsa iniustitia, quatenus iniustitia, aliqua ratione esset iustitia, si DEVS eam faceret, quod est revera* ἄτοπον *& pugnat cum Paulo 2. Cor. 6. Quod consortium iustitiæ cum iniustitia? Invertimus itaq; hanc rationem hoc modo: opera DEI semper sunt iusta Ergo opera quæ in se & sua natura sunt iniusta, non sunt opera DEI. Cuiusquoq; enim opera omnia semper sunt iusta, ei iniusta opera non nisi per apertam contradictionem assignari possunt. Nimis igitur rancidam & elumbe est hoc sophisma Calvinianorum, quod toties inculcant DEI igitur opera semper iusta esse dicimus, non quia absolutè vult, sed quia semper iustè vult (proprietates enim DEI non pugnant) & quia eius opera nunquam deflectunt à iustitiæ regula. Vnde etiam vanitas nugarum Rennecheri apparet, quem sic ad absurdum deduco: Quæ opera ad generalem iustitiæ regulam examinanda non sunt, eà regula generali*

Calvinus lib 3. instit cap 23. sect. 2.

Obiectio.

Solutio.

NB.

NB. Absurdissimum absurdum Calvinianorum.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0284
Mecklenburg Vorpommern

generali iustitiæ deflectunt: aliàs possent examinari. Ratio patet ex natura contrariorum. Atqui iuxta Rennecherum, quædam opera DEI non sunt examinanda iuxta generalem iustitiæ regulam. Ergo iuxta Rennecherum quædam opera DEI deflectunt à generali iustitiæ regula. Conclusio est absurda. Quod sic evince: Quæcunq; opera deflectunt à generali iustitiæ regula, illa etiam deflectunt à speciali iustitiæ regula: Ratio immota est hæc: Sublato genere tollitur species, cum genus sit pars speciei. Sublata igitur generali iustitiæ regula tollitur & specialis, nisi quis per absurdum dicere velit, speciem esse posse sine genere, totum essentiale sine parte essentiali: ex. gr. Si quis dicat, animal in genere quidem esse corpus animatum, sed non in specie: quæ esset aperta contradictio. Species enim & genus non sunt opposita, sed ὑπάλληλα sive subalterna, idcircò genus cum specie non pugnat. Quicquid igitur generaliter iniustum & etiam specialiter iniustum erit: alias rursus fiet contradictio. Atqui iuxta Rennecherum, cum quo alij Calviniani consentiunt, quædam opera DEI deflectunt à generali iustitiæ regula: Ergo etiam deflectunt à speciali iustitiæ regula Quæcunq; autem opera neq; ad generalem neq; ad specialem iustitiæ regulam examinanda sunt, sed ab vtraq; deflectunt, ea prorsus & simpliciter sunt iniusta: Si enim neq; in genere neq; in specie iustum, simpliciter iniustum erit. Sed ex Calvinianorum sententia, vt ostensum est, quædam DEI opera neq; ad generalem neq; ad specialem iustitiæ regulam sunt examinanda, sed ab vtraq; deflectunt. Ergo quædam DEI opera simpliciter sunt iniusta. Conclusio impia & horrenda ptum itaq; & horrendum dogma Calvinianorum vnde hoc sequitur. Neq; est vt mihi reponant tritum illud: lex specialis derogat generali: nam vt illud optimè novi ita verum esse non agnosco, aut magnam ἀκυρολογίαν in eo dicto esse probabo. Nam lex illa generalis, cui derogat specialis, aut fuit generaliter vera aut non generaliter vera. Si non fuit generaliter vera, non fuit

NB.

Insigne Calvinianorum Emblema.

An verum sit quod dici solet: Lex specialis derogat generali?

generalis

generalis lex ideoq; specialis lex vera ei tanquam generali derogare non potuit, quippe quæ nunquam fuit generalis cum non fuerit generaliter vera. Si autem generaliter fuit vera & tamen lex specialis vera ei derogat, sequitur aperta contradictio: Idem simul generaliter verum esse & non generaliter verum esse (eadem est ratio iusti) quod est manifestè contradictorium. Si enim generaliter verum: Ergo etiam specialiter. Species namq; genus non excludit, sed includit: Sic genus speciem non excludit, sed includit. Quodcunq; enim generaliter tribuitur toti generi, id etiam speciei tribui necesse est: Vni quidem speciei tribuitur, quod alteri non competit: sed hoc non fit ratione generis, in quo conveniunt, sed ratione specificæ differentiæ, qua distinguuntur. Vnde apparet regulam illam tritam, si accurratè illam examinemus, veram per omnia non esse: ideoq; illam suis Autoribus defendendam committo. Si hoc voluerunt, legem interdum videri generalem esse & generaliter accipiendam, sed cum revera generalis non fuerit, legem specialem fuisse ferendam, quæ certos casus certis circumstantijs definitos exciperet, magna est in verbis catachresis: siquidem tum illa lex revera generalis non fuit, sed duntaxat apparuit esse generalis: atq; sic verè lex illa specialis non derogat quicquam legi generali veræ: sed ostendit duntaxat illam legem, quæ putabatur simpliciter generalis, simpliciter generalem non fuisse, sed ob certas circumstantias restringendam esse. Regula autem iustitiæ divinæ generalis est generaliter vera. Adhuc igitur sententia Rennecheri absurda. Exemplum Abrahami, quod non solum Rennecherus, sed etiam Calvinus in instit. Beza in resp. ad act. coll. Momp. Zanchius in lib. de nat. DEI & alij inscitè & insulsè (proh pudor) urgent quod attinet, nihil facit ad rem: primo enim serio hoc Deus non volebat, sed tantum probabat (non sui, sed ipsius Abrahami causa) fidem Abrahami: non ideoq; ibi Deus specialiter voluit homicidium, quod verè est homicidium, quodq; Deus

NB.

De immolatione Isaaci.

gene-

generaliter prohibuit. Deinde si maximè DEVS id iussisset. neq; DEVS neq; Abraham homicida fuisset, siquidem definitio homicidij illi facto non potuisset aptari, nisi Rennecherus & reliqui Calviniani velint dicere carnificem (absit invidia à verbo rem ipsam in similitudine propono) esse homicidam, quando exequitur sententiam iudicis, & dicere ipsum iudicem esse homicidam aut velle homicidium, propterea quod ob iustas causas decernit hunc vel illum sontem supplicio capitis adficiendum. Abraham ibi non commisisset homicidium, quia nec propria autoritate nec ex libidine, sed mandato iusti iudicis optemperans tanquam minister DEI in illo opere duntaxat mactasset filium. DEVS autem ob iustas causas, peccata Isaaci, (quæ certè habuit) morti illum tradere potuisset. Nec igitur DEI nec Adami respectu fuisset homicidium, nec facta fuisset transgressio quinti præcepti, quod ita est generale & vetat homicidium, vt non excludat officium magistratus loco DEI constituti, multo minus supremum iudicem, vbi non est homicidium, quod pugnet cum primo præcepto, alias magistratus non deberet quemquam supplicio capitis afficere. Si DEVS voluisset, vt Adamus vel propria autoritate non-iussus à iusto iudice, vel etiam innocentem Isaacum etiam DEI respectu innocentem, occideret, tum pugnasset cum quinto præcepto. Sed in æternum Calviniani non probabunt, quod DEVS verè vnquam voluerit aut velit voluntate efficaci & operatrice homicidium, quod verè est homicidium. Idem dico de spolio Israëlitarum in AEgypto: nego illud factum fuisse furtum: Sed iustam compensationem præmij pro laboribus præstitis, quod præmium cum inferior iudex iniquè negabat & subtrahebat, supremus iudex iustè id Israëlitis isto modo attribuebat: nisi forsan Calviniani & hoc furtum appellare velint, quando magistratus debitori solutionem iustam denegantis tot bona vi iustè adimit, quod creditori satisfieri potest. quod tamen illos dicturum esse non opinor.

De spolio Israëlitarum in Ægypto.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0287
Mecklenburg Vorpommern

28. *Ex quibus omnibus apparet Calvinianos DEVM revera primarium peccati autorem facere neq; se ab hac culpa nisi per revocationem dogmatis sui liberare posse. Dicta scripturæ, quæ pro sua sententia pallianda afferre solent, solidè confutata sunt à nostris Theologis in primis à magno illo Theologo D. AEgidio Hunnio præceptore meo p. m. in libro de providentia & prædestinatione: quædam enim loquuntur & plurima quidem duntaxat de determinatione finium, quod DEVS etiam malas actiones impiorum non solum frænet & cohibeat, sed etiam in bonum finem dirigat, & propter hunc finem etiam peccata, (non dico velit voluntate efficaci, vt Calviniani loquuntur) Sed permittat: quædam loquuntur etiam duntaxat de actionibus bonis, quæ illi perperam ad actiones malas trahunt, vt contextus docet: quædam denique loquuntur tantum de malis pœnæ, non culpæ, quæ illi perperam ad peccata trahunt. Nec propterea sequitur abnegatio specialis providentiæ DEI, aut quasi multa fiant imprudente & non curante DEO, aut quasi Satanas moliri possit contra Ecclesiam quæ ei libuerit, licet perficere non possit. Vt Beza respons. 2. ad act. colloq. Momp. pag. 183. cavillatur:* Nam licet Deus peccata nec velit nec faciat, tamen novit ea futura, & impedire posset si vellet, ideoq; non fiunt ipso imprudente: fiunt eo permittente & sciente, idcirco non simpliciter ipso invito, quatenus τὸ ἀκούσιον invitum opponitur τῷ βιαίῳ violento: est autem τὸ βίαιον, quando quis cogitur & vim patitur, in hac significatione non fiunt peccata Deo invito: *Invito* tamen ipso fiunt, quatenus ea improbat & detestatur: vult etiam peccata Deus ordinare in bonum finem & punire, idcirco non fiunt ipso non curante & otiosè spectante: nec diabolo quicquam tribuitur, quia ne tantillum vel moliri vel movere contra Ecclesiam posset, nisi DEVS permitteret. *Atq; tantum scriptura tradit de providentia DEI, quatenus eius obiectum sunt peccata, vt non necessum sit ad hoc absurdissimum absurdum Calvinianorum recurrere, DEVM velle voluntate efficaci*

Generalis Solutio multarū obiectionum Calvinianorū.

Diluuntur sophismata, quæ in verbis Calvinianorum in sect. 2. allegatis occurrunt. NB.

& operatrice, decernere & prædestinare peccata, DEVM impellere ad peccandum, DEVM omnia quæ præscit futura & quæ fiunt velle & facere. Sed ad alia:

De voluntate Dei erga genus humanum

29. Accedo iam ad secundam huius capitis quæstionem, an Deus omnium omninò & singulorum hominum nemine excepto, salutem benevola sua voluntate velit? *Calviniani negant: nos affirmamus. Vbi ab initio monemus, quamvis voluntas DEI in se sit simplicissima & vna, tamen ratione obiectorum, quando extra ad creaturas quasi progreditur duplicem eius esse considerationem, quo ad volendi actum: quædam enim Deus absolutè vult, & illa etiam semper fiunt, vt sunt creatio, resurrectio mortuorum &c. Et de illis loquitur dictum Psalmi 135. Omnia quæcunq; voluit, fecit. Et Paulus Rom. 9: Voluntati eius quis resistet. De hoc volendi actu hîc non est quæstio. Quædam verò DEVS vult conditionaliter, non nisi conditione impleta, & illa quidem serio vult, sed non semper fiunt, quia conditio addita non semper impletur: & de his intelligenda sunt illa dicta Esaiæ 65. & proverb. 1. Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem mihi. Item Matth 23. Quoties volui congregare te sicut gallina congregat pullos suos. & tu noluisti. Et de hoc volendi actu loquimur, cum dicimus DEVM omnium omnino & singulorum hominum salutem velle. Pro nostra sententia militant hæc scripturæ dicta: Rom. 11. Paulus inquit: Concluſit DEVS omnes sub peccatum, vt omnium misereatur.*

Distinctio voluntatis Dei perutilis.

Confirmatio nostræ sententiæ.

Ex quibus verbis sic ratiocinamur: Quoscunq; DEVS sub peccatum concluſit, illorum vult DEVS misereri, teste Paulo. Sed omnes omnino & singulos homines non solùm electos, sed etiam reprobos concluſit sub peccatum. Ergo DEVS omnium omnino & singulorum hominum, non solùm electorum, sed etiam reproborum vult misereri. Dictum ideoq; hoc Pauli non admittit distinctionem inter genera singulorum & singulos generum: Nam si in posteriori membro huius dicti tantum intelligerentur genera

NB.

singulo-

singulorum, & non singuli generum, sequeretur hoc absurdum, quod etiam in priori membro, concluſit DEVS omnes sub peccatum, tantum intelligerentur genera singulorum & non singuli generum 1. Tim. 2. DEVS vult omnes homines saluos fieri, vbi Paulus non loquitur tantum de generibus singulorum sed de singulis generum, quod contextus clarè indicat. Nec iuvat causam Calvinianorum, quod Paulus mentionem facit magiſtratus: inde enim non ſequitur, Paulum hîc loqui duntaxat de generibus huminum, ſiquidem Paulus non progreditur à genere huminum ad genus hominum, ſed à genere ad ſpeciem: vult enim Paulus in vniverſum preces fieri pro omnibus & ſingulis hominibus maximè autem pro magiſtratu, ſub cuius patrocinio externo & corporali Eccleſia in his terris vivit: Sunt enim reges nutritij Eccleſiæ, vt Eſaias loquitur. Deinde de illis omnibus loquitur hic Apoſtolus Paulus, pro quibus omnibus vult preces fieri: hæc enim duo indiviſo contextu apud Paulum cohærent. Atqui non ſolum pro electis: Sed etiam pro reprobis Paulus vult preces fieri ab Eccleſia, vt Calviniani ipſi fatentur, legantur Calvinus & Marloratus in expoſitione huius loci, & in explicatione 23. capitis Lucæ. Ergo quando Paulus dicit DEVM velle omnes homines ſaluos fieri loquitur non ſolum de electis, ſed etiam de reprobis, atq; ſic etiam de omnibus ac ſingulis hominibus. Petrus 2. Epiſt. 3. Deus non vult, vt vllus pereat: qui locus non poteſt, vt Calviniani volunt ad electos tantum detorqueri: antecedentia enim & conſequentia textus id non patiuntur. Ezech 18. & 33. Nolo mortem morientis &c. Et cum non ſit ſermo de morte corporali apud prophetam, ſed ſpirituali quæ nihil eſt aliud quam damnatio, clariſſimè hinc elucet, quod DEVS nolit eorum damnationem, qui damnantur. Vbi manet ideoq; dogma Calvinianorum de abſoluta DEI voluntate, quâ quosdam abſolutè velit damnari, & qua abſolutè quosdam ſine intuitu peccatorum reprobaverit ac prædeſtinaverit non ſolum ad damnationem: ſed

Non tenemur hic quorundã interpretũ auctoritate, qui illa diſtinctione, in huius loci expoſitione fuerunt vſi, ſuo ſenſu, ſed ſe vocamus ad contextum & conſenſum reliquorum locorum ſcripturæ.

„ etiam ad causas damnationis? Non negamus interim DEVM
„ certo respectu velle mortem morientis: Sed non voluntate ante-
„ cedente & absoluta: verum voluntate consequente; nimirum
NB. „ vult illos damnari propter finalem illorum impœnitentiam &
„ perseverantiam in peccatis, vt postea pluribus dicetur.

Calvinianorū opinio. 30. Cum Calviniani apertè negent hanc piam nostram sententiam, idq; omnibus sit notum pauca solum testimonia ex scriptis illorum proferam. Calvinus lib. 3 instit. cap. 22 sect. 11. *Ergo si non possimus rationem assignare cur suos misericordia dignetur,* nisi quoniam illi ita placet, neq; etiam in alijs reprobandis aliud habebimus, quam eius voluntatem. Cum enim Deus dicitur vel indurare vel misericordia persequi, quem voluerit,

NB. Nihil extra voluntatē Dei. eo admonentur homines, nihil causæ quærere extra eius voluntatem. *Plura Calvini vide in sect. 39 Beza in 2 part respons. ad act colloq Mompelg. pag. 194 sic inquit:* hoc dico cum Apostolo (*nullibi sic Apostolus, Beza, nisi tu Beza sis forsan iste Apostolus*) nunquam tempus fuisse vel esse, vel futurum, quo voluerit, velit, aut voliturus sit singulorum misereri: sed ab æterno pro bona sua voluntate & ea quidem cui resisti non potest, constituisse, & quorum in Christo misereretur, & quos in Christo induraret. *Guilhelmus Perkinsius Anglus in serie causarum salutis hominum pag. 216. edit. Basilien. sic inquit:* verum non est, Deum velle omnes salvari per Christum. *Et paulo post:* Si dicatur DEVM velle omnes *salvos fieri 1. Tim 2.* Sciendum est istud enunciatum non generale, sed indefinitum esse, ideoq; non de singulis hominibus, sed de singulis hominum generibus intelligendum. *Zanchius lib. 5 de nat. Dei cap. 2. pag. 654. Est tamen etiam illud verum* Deum nolle

NB. Simpliciter. simpliciter reprobos servari: atq; ita fit, vt illos non donet fide, nec servet. *Rennecherus in scripto didascalico de prædest. pag 114. sic inquit: Vltimo hic observandum,* quod illi qui Deum omnium misereri & singulos salvare velle sibi imaginantur, toto cœlo errent & magnum peccatum admittant. *Hactenus illi, Et cum*

nihil

nihil decantatius sit in Theologia Calviniſtica desino plura testimonia ex scriptis illorum producere.

31. Hanc fœtidam Calvinianorum opinionem extremè impiam & blasphemam esse non solum clarissima scripturæ loca in sect. 29. allegata, quibus hæc opinio ex diametro adversatur, testantur: sed etiam hac ratione solidissimè demonstratur: quæcunq; opinio DEVM facit hypocritam illa est extremè impia & blasphema: Atqui hæc opinio Calvinianorum, quod DEVS non velit omnes homines salvos fieri, facit DEVM hypocritam. Ergo hæc Calvinianorum opinio est extremè impia & blasphema. Minorem probo: Dutcunq; omnes homines & electos & reprobos vocat ad pœnitentiam & salutem, & tamen non vult serio omnes salvari, sed tantum electos: non autem reprobos is est hypocrita: cur enim omnes vocat si non vult, vt veniant? Simulat ergo. Atqui DEVS vocat omnes & electos & reprobos ad pœnitentiam & salutem & tamen iuxta Calvinianos non vult serio omnes salvari: sed tantum electos: non autem reprobos. Ergo DEVS est hypocrita. Minorem propositionem quod attinet bimembris ea est: posterius membrum, nempè DEVM non velle omnes salvari, Calviniani ipsi docent, vt testantur loca allegata. Neq; prius membrum negare possunt: scriptura namq; clarissimè testatur, etiam reprobos vocari, non solum electos Esa. 65. Proverb 1. Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem mihi. Item vocavi & renuistis. Vocantur contradicentes Act. 13 Vobis primo oportebat loqui sermonem DEI, sed quoniam repellitis illum & indignos vos iudicatis vita æterna, ecce convertimur ad gentes. Vocantur qui spiritui sancto resistunt Act. 7. Qui in pristinum impietatis cœnum rursus provoluuntur & revertuntur 2 Pet. 2. Maioris ratio est reddita & per se est manifesta nec negari potest: Nam fallax est, qui id quod promittit extrinsecus, tamen non vult dare, is ò nunquam voluit nec volet dare: is enim non simplici, sed duplici animo

Confutatio sententiæ Calvinian.

Deus, iuxta Calvinianos fit hypocrita.

„ animo promittit: & nonne vocatio seu verbum promissionis
„ esset futile & fallax, si à Deo non proponeretur fine conversio-
„ nis & salvationis? *Quod enim increduli inde redduntur inex-*
NB. *cusabiles, & fit illis odor mortis ad mortem, id fit per accidens,*
non per se, nec pendet ab absoluta & simplici DEI intentione:
Christus enim non venit per se, vt damnaret; Sed vt salvaret,
& per accidens non per se est lapis offensionis.

Effugium Calvinianorum. 32. *Verum vt hoc absurdum evitent, negant consequentiam Maioris propositionis, & refugiunt ad distinctionem voluntatis beneplaciti & signi, quam (proh pudor) turpiter depravarunt. Beza 2 part. respons. ad act. colloq Momp. pag 173 & 174 sic inquit: Sed quid si quispiam celari à DEO dicamus, ei, quod idem præ se fert & quod patefacit repugnans? an non tunc videbitur à se ipso dissidere & plane hypocritam agere? Nequaquam Includit enim hypocrisis vitium, quo decipere volunt alios hypocritæ, malo cum eorum damno: at non omnis simulatio. Est enim aliquis dolus bonus, sic DEVS voluntate signi sive exterius patefacta, non tantum vult sed etiam iubet Isaacum à patre mactari: Voluntate verò beneplaciti, ipsi Abrahamo ad tempus ignota, voluit duntaxat Abrahami fidem illa tam insigni obedientia explorari. Et paucis intersectis: quid igitur? nempe hominum respectu duplex hic fuit voluntas, & quidem vna nempe signi seu patefacta alteri arcanæ repugnans, quæ non nisi ipso exitu apparet. Quod ad DEVM autem attinet, nunquam aliud voluit nisi quod etiam fecit: Sed quod nolebat factum, facturum se tamen dixit: non hypocritarum more, non mendacij specie, sed pœnæ comminationem, celata respiscentiæ conditione, denuncians perinde ac si pœna esset semel decreta & immutabilis: eorum, nempe bono, quos perdere nolebat iratus, vt sic per terrefactione conscientiæ viam sibi ad respiscentiæ donum recipiendum ijs ipsis patefaceret, quos arcana sua voluntate servare respiscentes decreverat,* idem autem est prorsus iudicandum,

vbi

vbi è contrario voluit Dominus partim patefacta, partim arcana donec illam patefaceret, voluntate iusta sua iudicia exercere, quarum vna videtur alteri ex diametro repugnare. Sic multi communi prædicatione verbi & Sacramentorum externa iam olim vocati sunt & quotidiè vocantur, ex quibus soli beneplacito salutari electi salvantur. *Hactenus Beza Idem docet Zanchius lib. 3. de nat. DEI cap. 4 pag 330. 331. Sic inquiens: Voluntas beneplaciti appellatur, quod sic simpliciter placet DEO fieri hoc vel illud, proinde hæc propria appellatur voluntas Dei Altera dicitur voluntas signi:* quod scilicet præcepta & promissiones cum conditione præceptorum servandorum signa sint, Deum sic velle: quanquam non semper & in omnibus simpliciter velit, quod mandat aut promittit. *Et paulò post: Fuit voluntas signi, quia Pharao signum habuit voluntatis divinæ, nempe præceptum Dei:* Sed non fuit beneplaciti, quia non placuit Deo vt populus dimitteretur. In eodem lib. cap. 4. pag. 369. quæst. 10. Quod mandat Pharaoni, vt dimittat populum: non erat propriè voluntas Dei. Contra verò, Dei voluntas erat, ne dimitteret. *Et palò post:* ad Pharaonis quod attinet exemplum: mandatum illud Dei etsi non fuit propriè voluntas Dei, *vt iam declaratum est: fuit tamen doctrina, qua doceba-*tur Pharao, quid sui esset officij: & fuit mandatum cui omninò obtemperare debebat. Idem dico de omnibus præceptis, quatenus ea fiunt reprobis; & vero etiam electis, per id tempus, quo illa non implent. Est autem officij nostri & omnium hominum mandatis Dei simpliciter parere: non autem in voluntatem arcanam inquirere. Ac proinde, vt Pharao peccavit, non obtemperando illi mandato Dei de dimittendo populo: Sic omnes alij, qui legi Dei non obtemperant, peccant. Neq; enim peccatum est voluntatis arcanæ, sed revelatæ seu mandatorum Dei transgressio, quæ mandata ideo voluntas Dei vocantur, quia his, quid Deo gratum sit, quidve ingratum docemur. *Ibidem pag 370. Caterum sæpè* numero longè aliud est mandatum & aliud voluntas. Aliquid enim mandat Deus, vt Pharaoni,

Placuit ergo peccatũ Pharaonis Deo? & adhuc ne negabitis vos docere, quod peccata Deo placeant, & quod Deũ faciatis autorem peccati?

Quàm multa absurda & quàm multæ cõtradictiones! Pharao itaq; peccavit quod fecit illud, quod Deo placuit, quod Deus voluit Absurdum.

Ergo Pharao debuit ei obtẽperare, quod Deus propriè non voluit? absurdum.

Ergo voluntas signi seu revelata discrepabit à voluntate beneplaciti. &

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0294
Mecklenburg Vorpommern

quia voluntas signi significat id, quod Deo gratum, & tamen id Dei voluntati arcanæ & beneplaciti non placet: sequitur necessariò eundem Deum idem simul velle & nolle, idem ipsi simul gratum & non gratum esse, atque sic in ipsa essentia Dei contrarias esse voluntates. Absurdum certè quomodo Deus ab hypocrisi liberari possit, si præcipiat id quod proprie non vult, & tamen simul punit homines, quod non obtemperant ei, quod proprie non vult, & quod debeant obtemperare ei quod non vult.

raoni, & alijs impijs quod propriè non vult, *quia si vellet, fieret. Item lib. 5 de nat Dei cap. 2. pag. 732. Negat promissiones DEI, etsi omnibus fiant & proponantur ad omnes pertinere. Hactenus illi.*

De voluntate signi & beneplaciti.

33. *Verum hac ratione non evitant absurdum obiectum; sed DEVM magis magisq; ὑποκρίσεως accusant quod breviter ostendam. Primò distinctionem illam voluntatis in voluntatem beneplaciti & signi, quatenus vna alteri repugnat, falsam esse satis evicimus in sect. 15. huius capitis. Nam si est voluntas signi, quæro quod nam sit ipsius signatum & quid significet? Si non habet signatum neq; aliquid significat, ne quidem signum vel voluntas signi erit. Si autem significat aliquid, certè cum eo, quod significat, consentiet aut non. Si non consentiet: falsò significabit atq; sic falsum erit signum. Si consentiet, & aliud signatum, quam ipsa voluntas DEI interna assignari non potest, sequitur, falsissimum esse, DEVM aliquid velle voluntate beneplaciti, quod nolit voluntate signi, aut velle aliquid voluntate signi (ne confundatur autem hic voluntas conditionalis cuius aliqua exempla proferre solent Calviniani, vt exemplum Ninevitarum &c. cum voluntate absoluta) quod nolit voluntate beneplaciti: Falsum namq; esset signum. Invertimus igitur argumentum. DEVS vult voluntate signi. Ergo etiam vult voluntate beneplaciti: quia illa huius est signum. Deinde perpendant Calviniani, quod de vna quaque re vna tantum DEI sit voluntas. Vbi igitur manebit voluntas signi ab hac voluntate dissentiens? Nonne falsum signum erit?*

NB.

NB.

34. *Præterea, quod simulationem attinet, ea est duplex:*

bona

bona & licita: mala & illicita. Bona & licita ea dicitur, quando quis simulat externo sermone se velle mala: interno autem cordis animi motu & affectu vult & tandem facit bonum. Et talis simulationis exemplum est, quod Beza attulit ex 22. capite Geneseos, quod passim, sed ineptè & præter rem Calvinus in inst. Zanchius in libro de nat DEI Rennecherus in aurea salutis catena, inculcant. DEVS namq; præ se ferebat externo sermone se velle natum, id est, mortem Isaaci, quæ respectu Abrahami erat mala, revera tamen volebat bonum, nempe manifestationem & confirmationem fidei Abrahami. Ac eiusmodi simulatio hypocrisis minimè appellari potest. Quapropter ineptè eiusmodi exempla protulerunt Calviniani, qui perpendere debebant expressè addi in textu: Deus tentavit Abraham: ideoq; tentatio fuit, non simplex voluntas Dei. Nihil itaq; ad rem. Nullibi enim in tota sacra scriptura legitur, quod DEVS per promissiones Evangelij & per vocationem ad pœnitentiam re. tet homines, aut quod in illis vita sit tentatio Dei, quod probè notari velim. Exemplum itaq; hoc ab Abrahamo desumtum est valde alienum. Mala verò & illicita simulatio est, quando quis externo sermone significat, se fore benevolum & offert suam benevolentiam: interno autem affectu & voluntate non solum nunquam voluit illi bonum, sed insuper etiam vult malum & ipso actu se declarat malevolum Et talis simulatio verè est hypocrisis. Atqui huius posterioris generis simulationem, quia Calviniani DEO tribuunt, verè DEVM faciunt hypocritam.

De simulatione Theologica & Politica ea, vel bona vel mala.

Mala simulatio quæ?

35. Negant sane simulationem, quam in promissionibus DEI singunt esse malam & hypocriticam: sed tantum negant: & quidem absq; ratione. Contrarium sic evinco: quæcunq; simulatio ex promissionibus Dei & benignis reproborum invitationibus facit meras ludificationes & mera ludibria, quibus Deus hominum miserias ludificatur, illa est mala & hypocritica. Atqui Calvinianorum simulatio, quam Deo tribuunt, ex

promissionibus Dei & benignis reproborum invitationibus facit meras ludificationes & mera ludibria, quibus Deus hominum miserias ludificatur. Ergo simulatio Calvinianorum quam Deo tribuunt, est mala & hypocrita. *Maior per se est manifesta. Minor probatur: quia DEVS, iuxta Calvinianos, externo verbo quidem significat, se illis benè velle, quod tamen voluntate beneplaciti nunquam voluit: DEVS illis externo verbo offert* „ *salutem, quibus nunquam voluit dare salutem, imo quibus de-* „ *crevit æternum exitium, & quos ob solum suæ voluntatis arbi-* „ *trium reprobavit & destinavit ad interitum. Nonne igitur ludi-* „ *ficatur, significans verbo se velle, cum tamen revera minimè ve-* NB. „ *lit, sed potius contrarium velit? Nonne hæc simulatio, qua Deus* „ *reprobis externa specie & externo verbo bonitatem promittit,* „ *& occultè clandestinis consiliis idq; ob solum suæ voluntatis ar-* „ *bitrium, malis implicat, mala, hypocritica & osculo Iudæ vel* „ *Ioabi comparanda? Nonne illud verbum hypocriticum, quod v-* „ *num idemq; existens, diversum habet sensum, continet voluntа-* NB. „ *tem & non voluntatem, vult simul & non vult, vt Zanchij ver-* „ *ba indicant? Nonne illa simulatio mala, quæ exterius significat* „ *bonum, interius vult malum & virus habet reconditum, quæ* „ *externo verbo significat, promissiones Evangelicas proponi in sa-* „ *lutem, iuxta voluntatem autem beneplaciti proponi, vt sint re-* „ *probis exitio & illorum damnatio aggravetur? Denig; ex na-* „ *tura contrariorum idem probatur: nam si bona simulatio, qua* „ *DEVS exterius præ se fert malum, interius autem eidem vult* „ *benè: sequitur ex natura contrariorum illam esse malam qua* „ *DEVS externo verbo significat se reprobis benè velle: interius* „ *autem voluntate sua nunquam illis benè voluit: Sed potius* „ *malè.*

Exceptio Zanchij.

36. *Verum occurrit hic Zanchius lib. 5. de nat. Dei cap 2. pag. 654. vbi putat se posse hac responsione evadere, dicens: DEVS non illudit reprobis cum vocat ad salutem: quia vocat*

eos

eos cum conditione, se velle eos salvare si ipsi velint in Christum credere & ipsi obedire. Ac certum est, si ipsi vellent credere, DEVM illos, sicut promittit, servaturum esse. Ita apparet Deum illis non illudere, quia per ipsum non stat, *quin, iuxta*, promissionem conditionalem serventur: sed culpam in ipsis reprobis hærere, quod nolint credere in Christū. *Certè quos ad cœnam rex priores invitavit, illis minimè illusit, sed seriò vocavit: id quod apparet, quia si venissent excepti fuissent. Ille autem dicitur illudere, qui quos invitat, si veniant, non excipit. Est tamen illud etiam verum.* Deum nolle simpliciter reprobos servari: atq; ita fit vt illos non doñet fide, nec serv et. *Hactenus ille. De qua responsione verè possum vti illud tritum: Incidit in Scyllam qui vult vitare Charybdim. Nam hic primo Zanchius* Confutatio.
fatetur Deum seriò vocare impios & se velle eos servare cum conditione: mox autem sui oblitus dicit DEVM simpliciter nolle eos servari, Si simpliciter non vult, quomodo cum conditione vult? Simpliciter nolle & cum conditione velle sunt ἁπλῶς contradicentia; nimirum simpliciter non velle & aliquatenus velle *Deinde in sect. 32 ostendimus ex Zanchio, Deum hoc proprie & verè non velle, quod hic dicit, DEVM velle, legantur verba ibi allegata. Præterea DEVS sic non liberatur ab hypocrisi, quia non solum ille dicitur illudere, qui quos invitavit, si* Quis dicatur illudere?
veniant, non excipit: Sed etiam ille, qui quos externo sermone invitat, non vult venire cum etiam ipsi venire non possint, sed vult potius illos abesse & perire: perinde ac si Zanchius me invitet ad cœnam nec tamen vellet me venire, cum etiam ego venire nec possim nec velim, imò in discrimen vitæ vel per se, vel per alios conjiceret & præcipitaret. Atqui DEVS iuxta Calvinianos, vt verba superius citata & quæ deinceps citabuntur oculariter testantur, invitat reprobos ad cœnam cœlestem, qui venire nec possunt nec volunt, & tamen non vult eos venire, siquidem simpliciter non vult eos servari, *vt Zanchius loquitur. Ergo DEVS iuxta Calvinianos est hypocrita, quod est ab-*

surdum. Vtut igitur in quibusdam exemplis largiamur esse simulationem bonam, vt in exemplo Abrahami, quod est valde impertinens ob allatam diversitatem, tamen vllam simulationem, inprimis talem qualem fingunt Calviniani, esse in promissionibus Evangelicis ἁπλῶς & practisè negamus, cum DEVS ab hypocrisi liberari nulla ratione possit, si id admittatur. Nam valde ineptum hoc Calvinianorum sophisma: DEVS in quibusdam scripturæ locis simulavit se velle tristia, vbi tamen revera voluit & fecit bona ac læta. Ergo etiam DEVS simulat externo sermone in promissionibus suis, se benè velle reprobis & nihilominus ob solum suæ voluntatis arbitrium reiecit & destinavit illos ad æternam damnationem, imò propriè & voluntate sua vera nunquam illis benè voluit. Ineptum, inquam, est: quia non est eiusdem generis simulatio: prior est bona: posterior mala, quam DEVS ipse in hominibus punit & detestatur. quomodo igitur ipse ea uteretur? inprimis considerare debebant Calviniani idcirco simulationes abesse à promissionibus DEI, quia iuramento confirmat se nolle mortem morientis (vbi etiam necessariò reprobi sunt intelligendi, quia illi moriuntur morte spirituali, de qua solùm hîc propheta loquitur) Ezech 18. quod etiam lacrymis suis testatur Christus Matth 13. & comprobat tam crebra repetitio earundem promissionum DEI generalium, non solum respectu credentium: Sed etiam reproborum: Quod autem obijcere solent: Si DEVS eos servari vellet, omnino eos salvari: cum autem non salventur, hinc consequi quod DEVS nolit eos salvari: illud est nimis elumbe & ab initio huius quæstionis discussum. Valeret consequentia, si DEVS absolutè vellet: Sed vult cum conditione, quâ non impletâ ipse est extra culpam, nec tamen idcirco sequitur, Deum non voluisse, vt supra ostendimus.

Sophisma Calvinianorum inceptum.

Obiectio.

Solutio.

Deus iuxta Calvinianos hypocrita.

37 Insuper, qui simulat se detestari sanctitate, à qua tamen animum gerit alienum is est hypocrita, testibus ipsis adversarijs.

farijs. Atqui DEVS, iuxta Calvinianos, simulat se delectari sanctitate reproborum, à qua tamen animum gerit alienum. Ergo DEVS iuxta Calvinianos est hypocrita. Minorem probo: DEVS externo verbo simulat se velle salutem reproborum, Ergo & sanctitatem eorundem: quia hæc duo indiviso nexu cohærent: interim tamen iuxta eosdem Calvinianos, Deus simpliciter, vt ex Zanchio audivimus, non vult reproborum salutem. Ergo nec eorundem sanctitatem.

38. *Et quid multis opus est? nos non negamus vnam eandemq; DEI voluntatem diverso respectu occultam & revelatam posse appellari ratione diversarum rerum, quarum quædam occultæ, quædam verò revelatæ: Verum ita statuere duplicem voluntatem, qua DEVS* in rebus salutem æternam concernentibus, ratione eiusdem obiecti (*ex. gr reproborum*) *occultè nolit eorum salutem, in verbo autem revelato velit aut simulet se velle, dicimus esse ineptum & contradictorium, vt iam toties ostensum & hinc apparet, quia hæc divisio facit partes pugnare cum suo toto, quod est contra naturam omnis divisionis: inter se partes debent esse* ἀντιδιατεθειμένας; *cum toto autem congruere debent: hæ autem pugnant quod sic ostendo: Voluntas DEI de salute hominum est totum: partes (non tam propriè & accuratè partes intelligo, sed vel quasi partes pro ratione totius) sunt: Voluntas revelata* vult *salutem reproborum: voluntas occulta* non vult *salutem reproborum: applica posterius membrum ad totum & apparebit pugna: nam voluntatem occultam esse partem vel speciem voluntatis divinæ & tamen nolle est contradictorium. Sed cesso, ne nimis excrescat hic labor.*

De voluntate Dei occulta & revelata.

NB.

39. *Sequitur tertia huius capitis quæstio, de absoluta hominum quorundam electione & quorundam reprobatione: quia Calviniani docent, DEVM propter solam suam voluntatem & ex solo suo beneplacito, quosdam elegisse ad vitam æternam, sine respectu Christi fide apprehensi. Loquor hic de decreto Electionis:*

De Electione & Reprobatione hominum.

Scio

Scio enim quod postea meritum Christi in executione tanquam medium substernant. Hoc tantum dico, quod Christum fide apprehensum ex causis decreti electionis excludant. Deinde docent DEVM propter solum suæ voluntatis arbitrium ex solo suo beneplacito, ex se & propter se quosdam reprobasse & destinasse æterno exitio idq; ob nullam aliam causam, nisi quia ipsi ita placuerit *Verba illorum sunt hæc: Calvinus lib. 3. inst. cap. 22. sect 11 Si non possumus rationem assignare, cur suos misericordia dignetur, nisi quoniam* illi ita placet neq; etiam in alijs reprobandis aliud habemus, quam ejus voluntatem, cum enim Deus dicitur indurare vel misericordia prosequi quem voluerit, eo admonentur homines nihil causæ quærere. Extra eius voluntatem. *Item cap. 23. sect. 1. Quos ergo* DEVS *præterit,* hos reprobat, neq; alia de causa, nisi quod ab hæreditate, quam filiis suis prædestinat, illos vult excludere. *Plura Calvini vide sect 2 Beza in 2. part resson. ad act. coll. Memp in præfatione pag. 9 Cur hos quidem in Christo eligere & servare, alios verò extra Christum relinquere & tandem iustè damnare decreverit,* & quidem cur potius hos quam illos? causa nobis est inscrutabilis, sola videlicet ipsius voluntas. *Ibidem in præfatione in tractatu de prædest. pag. 147. Istius autem discriminis, cur videlicet Deus ab æterno ea voluntate, quæ omnes causas ordine antegreditur, non autem ea per quam suum utring; decretum suo tempore exequitur, alios quidem servare per suam misericordiam, alios verò iustè perdere constituerit,* nullam aliam caulam esse censent, quam illam Dei voluntatem. *Item pag. 158. Damnationis quidem causa manifesta est & extra controversiam posita, peccatum videlicet, cuius stipendium est mors At illius, de quo agimus, decreti causa, de quibusdam, & his potius quam illis, misericordia* non dignandis, in sola Dei voluntate posita est. *Beza pag. 165. dixi, quod rursum affirmo, ex illo certissimo & omnium non insanientium hominum consensione firmissimo axiomate, eandem esse contrariorum rationem, id est, si quis malit.*

Horrendum dogma Calvinianorum.

NB.

NB. Idem concludas de iustificatione & dā-

lit, propositionem, & vt vulgo loquuntur, correspondentiam necessariò concludi, si omnibus hominibus sub peccatum conclusis fides & bonorum operum prævisio non est causa, cur DEVS aliquorum misereri constituerit, prævisam quoq; fidei privationem & eius fructus, causam esse non potuisse, cur aliquorum misereri non constituerit. Zanchius lib. 5. de nat. DEI cap. 2. pag 711. Vt prævisa sanctorum fides ac opera bona causa non fuerunt electionis eorum: Sic prævisa impiorum infidelitas aut alia peccata minimè fuerunt causa, cur à Deo fuerint reprobati. Sed sicut illos elegit in Christo secundum propositum voluntatis suæ: sic hos reprobavit secundum idem propositum voluntatis suæ. *Et pag. 738 dicto libr. 5. cap 2. Repetemus quod alias etiam diximus: duplicem esse causam perditionis impiorum, vnam proximam, alteram remotam. Proxima est peccatum. Remota verò causa est voluntas Dei æterna & omnipotens sine qua nihil fit. Et paulò post; Voluntate igitur DEI, de qua Christus: non cadet passer supra terram sine voluntate patris vestri.* Hæc est causa prima & inevitabilis perditionis eorum omnium qui pereunt. Nam si Deus noluisset, nemo periret. *Item p 739.* Causam hîc nullam esse dicimus quam merum Dei beneplacitũ. Si enim prævisa peccata statuerentur huius divini decreti causa, fuissent omnes homines quia peccato pares futuri erant, æternæ morti destinati. *Hermannus Rennecherus in aurea (verius ferrea) salutis catena pag. 31. sic scribit:* reprobationis nulla alia causa ex scripturis assignari & proferri potest, quam iusta & immota Dei voluntas, quod ipse in æterno illo & arcano consilio aliquos homines æterno exitio & supplicio ex sese & propter sese adiudicaverit, *idq; antequam ipsi erant & aliquid mali fecerant.* Peccatum enim reprobationis causa nequaquam potest esse. *Et paulò post:* reprobationis causa (*& tamen idem Rennecherus concedit in præfatione istius libr. litera C. 5. causam reprobationis esse hominem, per suum ipsius lapsum & peccatum: quæ duo conciliet si potest; nec iuvat quod DEO ibidem primas tribuit in causis*

natione, si valet tua argumentatio.

Elenchus causæ.

reprobationis. Nam hic simpliciter negat, quod ibi secundum quid concedit) nequaquam in homine quærenda est: sed eius suprema & prima causa est libera & iusta Dei voluntas. Et pag. 126. hæc DEI vtriusq; decreti voluntas est præcisa & simplicissima quæ nullam aliam causam habet. Illos igitur seruat, quia ita vult & ita ei placet: nos verò damnat similiter, quia ita ei placet & vltro est Deo. Item pag. 135 itaq; licet non propter præuisam infidelitatem & alia impia facta, sed DEO iustè volente & decernente reprobati sunt, tamen non nisi propter impietatem suam damnabuntur. Deinq; vt electionis sic etiam reprobationis nullum meritum intervenit: sed vtraq, ex Dei beneplacito provenit & dependet. Item pag. 140. Sic hanc impiorum damnationem duo principia & causæ antecedunt, iustum DEI decretum, & propria ipsorum corruptio atq; impietas: illud est causa remota, quæ hanc damnationem iustè ordinavit & sapienter disposuit: Hæc est causa propinqua & proxima, quæ agit & agendo damnationem meretur. Idem Rennecherus in præfatione aureæ salutis catenæ litera C. 3 Postremo illi qui prævisam fidem electionis esse causam blaterant, sapientiores ipso DEO esse videntur, quia aliam viam ad electionem & salutem consequendam eligunt & sequuntur, quam DEVS in verbo suo patefacit & prænonstrat. DEVS suam bonitatem solam, vt vnicam electionis & salutis, & causam & viam, nobis aperuit & ostendit: illi autem humanum opus & meritum, vt primam electionis & salutis causam in medium proferunt & monstrant. Et Stephanus Szegedinus in locis communibus pag 122 edit. Basil. An. 1588. sic inquit: Peccata prævisa non sunt causæ, cur quis reprobetur: ea enim non efficiunt, vt Deus proposuerit nolle nos eligere. Causæ tamen sunt damnationis, quæ sequitur vltimo tempore, non reprobationis, quæ fuit ab æterno. Si enim peccatum causa esset reprobationis, nullus eligeretur, cum præsciat DEVS omnes eo contaminatos. Hactenus illi

Non est verum, Hermanne, quod dicis.

Nullum meritum Rennecheri. Aliud est medium respectu nostri aliud meritum.

Quidni & similiter concludas de damnatione? omnes enim peccarunt.

40. Hanc horrendo paradoxo non solum manifestè contradicunt

dicunt dicta scripturæ quæ superius in sect. 29 sunt allegata, sed etiam hæc sequentia: Eph. 1. DEVS nos elegit in Christo 2. Thess 2. nos autem debemus gratias agere DEO semper pro vobis fratres dilecti à DEO, quod elegerit nos DEVS primitias in salutem in sanctificatione spiritus & in fide veritatis. Ioh. 1 Dedit eis potestatem filios DEI fieri, his nimirum, qui credidissent in nomen ipsius Ebr. 11. Impossibile est, Deo placere sine fide. Rom 11. Propter incredulitatem defracti sunt: tu autem fide constitisti, Oseæ 13. Perditio tua ex te Israël: ex me tantummodo salus tua. Sapient. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Marci 16 Quicunq; non crediderit condemnabitur Ioh. 3. Qui non credit iam condemnatus est, quia non credit in nomen vnigeniti filij DEI &c. Ex his & similibus dictis scripturæ nos firmiter concludimus, nec decretum electionis salvandorum esse absolutum, sed determinatum in Christo fide apprehenso, vt quidem DEI voluntas sit prima causa efficiens nostræ salutis, & etiam electionis, Christus autem fide apprehensus cum suo merito, sit causa impulsiva & meritoria: neq; etiam decretum reprobationis absolutum esse: sed causam ipsius esse hominum peccata, quatenus finalem impœnitentiam habent annexam, vt mox latius declarabitur. Nostra sententia confirmatur. NB. NB.

41. Sed vt in præcedentibus quæstionibus factum ita & in hac breviter hoc absurdum ob oculos ponemus, quo clarius innotescat. Si absolutè propter solam Dei voluntatem electi sumus ad vitam æternam absque intuitu Christi fide apprehensi, & sic sola voluntas Dei absq; Christo fide apprehenso est causa electionis nostræ ad vitam æternã, sequitur etiam, quod absolutè propter solam Dei voluntatem absq; intuitu Christi fide apprehensi justificemur & salvemur, & quod sola voluntas Dei absq; intuitu Christi fide apprehensi sit causa salutis nostræ. Ratio consequentiæ est in promptu: quia ita salvamur & iustificamur in tempore, pro vt nos decrevit salvare & iustificare ab

æterno & per & propter quid seu propter quas causas decrevit nos salvare ab æterno, per & propter illas causas nos salvat & justificat in tempore, ne dissimilitudo ponatur inter decretum & executionem, quæ semper imaginem & typum decreti repræsentare debet. *Revera namq; absurdum est, Deum nos per & propter alias causas salvare in tempore, & propter alias causas decrevisse ab æterno sicuti Beza nugatur 2 resp. ad act. colloq. Momp. pag. 161. & 162. primo ponendum ipsum decretum & postea substernendam causam, per quam suum decretum exequitur, & aliud esse quod moveat decernentem ad hoc vel illud aggrediendum, quam id per quod suam deliberationem exequitur, cum contra verissimum sit,* propter easdem causas decernentem rem decretam exequi propter quas exequi *decrevit. ex. gr. Propter quas causas Imperator Romanorum decernit Turcam bello oppugnandum esse, per & propter easdem causas bello Turcam oppugnat: Sic propter quas causas DEVS in tempore salvat, propter eas motus etiam fuit, vt decerneret nos salvare: vbi considerare debent* Calviniani, finem esse primum in consideratione, vltimum verò in executione, *& quomodo alias decretum & executio decreti consentient? Vide etiam verba Zanchy sect. 44. allegata, quæ idem volunt*) Atqui iuxta Calvinianos absolutè propter solam *DEI voluntatem ad vitam æternam electi sumus absq;* intuitu Christi fide apprehensi & sola voluntas Dei est causa electionis nostræ absq; intuitu Christi fide apprehensi. *Ergo* sequitur, *iuxta Calvinianos,* quod absolutè propter solam Dei voluntatē absq; intuitu Christi iustificemur & salvemur, & quod sola Dei voluntas absq; intuitu Christi fide apprehensi sit causa nostræ salutis, *Conclusio est absurda repugnans toti scripturæ Rom. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. & 11. Eph. 1. & 2. Gal. 2. Tit. 3 &c. Testibus ipsis Calvinianis: Ergo & alterutra propositio: non Maior, vt ostensum. Ergo Minor, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum*

NB.

42. *Si sola DEI voluntate & propter vullam aliam causam*

sam electi sumus à DEO ad vitam æternam, sequitur quod absq; Christo sive non in Christo simus electi. Atqui iuxta Calvinianos sola voluntate DEI & propter nullam aliam causam à DEO electi sumus ad vitam æternam. Ergo iuxta Calvinianos electi sumus absq; Christo sive non in Christo. Conclusio est palam blasphema contradicens Paulo Apostolo Ephes. 1. dicenti: Elegit nos DEVS in Christo. Ergo & alterutra propositio. Non Maior vt ostendam. Ergo Minor quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum. Ratio consequentiæ Maioris hæc est: Si sola voluntas Dei est causa efficiens nostræ electionis. Ergo nō potest esse Christus cum suo merito, aut si est etiā Christus cum suo merito: Ergo non sola voluntas DEI: Sicuti voluntate Dei quidem, sed non sola verum etiam merito Christi iustificamur & salvamur in tempore. Neq; est vt obijciant elumbe illud effugium, se idcirco non docere nos absq; Christo sive non in Christo esse electos, quia docent Christum cum suo merito esse medium quo fiat executio decreti & Christū cum suo merito tanquā mediū, per quod fit executio decreti, substernit: hac ratione enim suam causam meliorē non reddunt, sed potius peiorem. Nam Christus cum suo merito concurrit ad electionem vel vt causa, vel vt effectus. Si vt causa iam falsum est, quod docent, solam voluntatem esse causam electionis, & propter solam voluntatem DEI nos esse electos. Si vt effectus, iam necessariò sequitur, quia effectus posterior causa, quod decretum electionis sit absq; Christo factum, & sic etiam non in Christo. Notandum autem quod in Christo eligi nihil aliud sit, quam propter Christum eligi, vt contextus vult & Zanchius ipse fatetur lib. 5 de nat. DEI cap. 2. pag. 676. Nam qui ita interpretantur in Christo nos Deum elegisse, id est, elegisse, vt per & propter Christum essemus sancti & iusti: illi vim faciunt textui Paulino & odiosam tautologiam fingunt, cum illa verba subsequantur immediatè & à prioribus tanquam effectus distinguantur: nempe nos per Christum esse electos, vt simus iusti & irreprehensibiles: iuxta illos autem sic esset Paulus decla-

Inane effugium Calvinianorū.

Dilemma in vitium.

declarandus: elegit nos in Christo, id est, elegit nos, vt per Christum simus sancti, vt essemus sancti & irreprehensibiles, qua est odiosa tautologia in Paulo minimè fingenda. Manet itaq; adhuc nos absq; Christo & eius merito, iuxta Calvinianos esse electos.

43. Si sola voluntas DEI est causa electionis, & Christus cum suo merito seu meritum Christi fide apprehensum non est causa electionis, sequitur quod electi placeant absq; fide, absq; Christo & ipsi nondum reconciliati, imò non habita ratione iustitiæ DEI. Atqui iuxta Calvinianos sola voluntas DEI est causa electionis, & Christus cum suo merito, seu meritum Christi fide apprehensum non est causa electionis, Ergo iuxta Calvinianos, sequitur, quod electi placeant DEO absq; fide, (contra dictum Apostoli Ebr. 11. Impossibile est DEO placere sine fide. Et Rom. 14. Quicquid non est ex fide peccatum est:) absq; Christo, contra dictum Apostoli Act 4. Non est in alio salus, Item, nondum reconciliati DEO nec habita ratione iustitiæ DEI. Conclusio est palam absurda: Ergo & alterutra propositio Non Maior, vt probabitur. Ergo Minor quæ est Calvinianorum quod erat ostendendum. Ratio consequentiæ in Maiori propositione est aperta & perspicua: Electi placent DEO teste tota scriptura. Electi autem in ipso decreto electionis considerantur absq; fide. Fides enim iuxta Calvinianos non ingreditur electionis decretum, sed tantum substernitur ei tanquam effectus, & nullo modo, iuxta eosdem, potest esse causa instrumentalis electionis, imo in ipso decreto non habetur respectus fidei. Ergo quidam in ipso decreto electionis placent DEO absq; fide. Ob eandem causam electi absq; Christo placebunt DEO in ipso electionis decreto, cum absq; fide nemini prosit Christus, nec quisquam Christum habeat: docent namq; meritum Christi non esse causam electionis, nec ingredi decretum electionis, sed sequi tantum. Nam si per & propter Christum electi in ipso Decreto placent DEO, etiam

Absurdissima absurda Calvinianorum.

NB.

etiam Christus cum suo merito erit causa decreti, quod tamen Calviniani negant. Quod etiam DEO nondum reconciliati sint electi, iuxta Calvinianos inde apparet: quia electio facta est ratione status corruptionis & non ratione status innocentiæ: Nam ratione status innocentiæ nulla est distinctio electorum & reproborum, sed omnes sunt eiusdem conditionis, vt etiam Zanchius fatetur pag. 672. Ratione autem status corruptionis Deus omnibus erat iratus, quippe peccatis offensus. Aut igitur DEVS placatus & reconciliatus nobis elegit nos, aut iratus. Si placatus & reconciliatus nobis nos elegit: Ergo per & propter Christi meritum, quo vnico & solo pater nobis est reconciliatus & placatus 2. Cor. 5. nos elegit: Ergo Christi meritum fide apprehensum est causa electionis, quod Calviniani aliàs plenis buccis negant. Nam cum dicunt DEVM ex beneplacito nos elegisse, quæro vnde hoc beneplacitum nisi à Christo & ipsius merito? ideo enim placent electi quia per & propter Christum reconciliati DEO, vt ita Christus cum suo merito causa reconciliationis existens, sit etiam causa huius beneplaciti, quod cum Calviniani negent, sequitur ex illorum sententia, DEVM nondum placatum nos sibi nondum reconciliatos elegisse, & per consequens DEVM adhuc iratum nos elegisse, quod absurdum. Nam si iratus DEVS nos elegit, Ergo electio aut cedit in æternitatem & interitum, aut turbato iudicio nos elegit benefaciens illis, quibus ex iusta ira malè volebat, quod vtrumq; rursus est absurdum. Deniq; ob eandem rationem sequitur, electionem factam esse absq; respectu iustitiæ DEI: quia iustitia DEI erat læsa & non potuit reconciliari nisi à Christo. Si igitur in ipso decreto non fuit imputatus meritu Christi tanquam causæ decreti, sequitur quod non fit habita ratio iustitiæ DEI, sed absq; consideratione, an ei satisfactum nec ne, an reconciliata nec ne, factam esse electionem, quod rursus est absurdum & Arrianum, vt videre est apud Christoph. Osterrodum & Faustum Socinum Arrianos.

NB.

Dilemma ipsa victum.

NB.

Si

Exceptio. Si verò ipsius iustitiæ habita est ratio, sequitur quod etiam Christi meritum sit causa electionis: ratio est, quia duntaxat merito Christi reconciliata est iustitia DEI eiq; satisfactum. Neg. est vt executionem decreti obtendant, quod in ea morte Christi sit satisfactum iustitiæ DEI: nam vt hoc non nego, ita ego de ipso decreto loquor, & urgeo, quod in ipso decreto DEI nulla fuerit ratio habita iustitiæ divinæ, si sola voluntate DEI & propter nullam aliam causam moventem, neq; propter meritum Christi simus electi ad vitam æternam. Vt Calviniani docent: nam non nisi merito Christi ἀνθρώπου satisfactum est iustitiæ DEI quo remoto & non considerato, non satis fit iustitiæ DEI.

Confutatio.

Alind effugiũ. Scio illos obiicere placationem seu reconciliationem decretam fuisse ante læsam iustitiam, nec tamen DEVM propterea ante electionem fuisse placatum.

Responsio. Sed si hoc valet, sequitur absurdum iam illis obiectum. Deinde etiamsi Christus ante electionem nec mortuus nec passus fuerat, tamen propter certitudinem futuræ mortis ac passionis Christi DEVS illam satisfactionem certò

NB. „ subsecuturam iam acceptabat pro rata ac firma vt in pactis futuris sæpè fieri solet, quando quis debitorem dimittit, propterea

NB. „ quod certò subsecutura est solutio debiti: vbi futura solutio debiti est causa dimissionis.

44. Si ipsum decretum electionis factum est absq; intuitu meriti Christi tanquam causæ, sequitur falsum esse, quod Paulus scribit 2. Tim. 1. Nobis per Christum datam esse gratiam ante tempora æterna: per quid enim ante tempora dari potuit gratia in Christo nisi per electionem seu prædestinationem? Atqui iuxta Calvinianos ipsum decretum electionis (non loquor de executione decreti, quæ fit in tempore, & in qua Calvinianos meritum Christi tanquam causam collocare non ignoro) factum est sine intuitu meriti Christi, tanquam causæ. Ergo falsum erit, quod Paulus scribit 2 Tim 1. Nobis per Christum seu in Christo datam esse gratiam ante æterna tempora (NB. Paulus dicit

dicit datam esse ante æterna tempora gratiam & non solùm dandam esse in tempore: ante tempora autem æterna non nisi in prædestinationis decreto dari potuit. Non datur autem absq; fidei intuitu: intuitum autem fidei ex ipso decreto electionis exterminant Calviniani & tantum tanquam effectum ad executionem decreti relegant) Conclusio absurda. Ergo & dogma Calvinianorum ex quo sequitur.

45. Placet hîc recensere verba Hieronimi Zanchÿ de natura DEI libr. 5. cap. 2. pag. 676. quibus sibÿpsi & reliquis suis fraterculis contradicit. Sunt autem hæc: Id in quo seu per quod & cuius respectu nos sibi gratos reddit Deus, est Christus, cœlestri illi patri dilectus & præterea nihil. Atqui Deus gratos nos sibi reddidit, non solum cum iustificavit, verum etiam cum nos ad iustificationem elegit. Tum enim elegit nos pro suis & gratuito amore complexus est. Ergo solus Christus ille est, in quo sicut iustificamur sic etiam electi sumus ad iustificationem & ad salutem hoc est propter quem & cuius respectu electi sumus. *Ibidem pag. 673. Vt igitur ex eo, quod scripturæ docent, nos in Christo tantum iustificari, rectè concludit Apostolus, nos ex operibus nostris non iustificari: ita nos ex eo, quod Apostolus ait nos electos esse in Christo, optimè & necessariò inferimus: minimè igitur ex operibus nostris,* sed gratis propter Christum & in Christo prædestinatos fuisse. Ideo enim Christus sicut & iustificationem nostri, sic etiam ad electionem fuit necessarius: quia neq; iustificari neq; eligi ad iustificationem poteramus ex vllis operibus nostris. *Ibidem pag. 674. Deinde quod antea dixerit, nos electos esse in Christo: id fecit, vt ostenderet tum, si quid extra DEVM sit, à quo fuerit permotus ad nos prædestinandos id fuisse Christum Mediatorem: tum etiam: idq; maximè in quo nam firmata sit nostra electio. Hactenus ille.* Quibus verbis, quomodo sibÿpsi, suo & suorum dogmati contradicat breviter ostendam; Sicut iustificamur in Christo ita etiam electi sumus in Christo. Sed iustificamur in Christo, ita vt non

Contradictio Calvinianorũ.

Hæc apertè cõtradicunt Calviniani.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0310
Mecklenburg Vorpommern

Invictus syllogismus.

sola voluntas Dei, sed etiam Christus fide apprehensus, cum suo merito sit causa efficiens iustificationis, & fides causa instrumentalis. Ergo etiam ita sumus electi in Christo, vt non sola voluntas: sed etiam Christus fide apprehensus cum suo merito sit causa efficiens nostræ electionis, & fides causa instrumentalis. *Maior est Zanchij in verbis allegatis: Minor est Pauli Apostoli in multis locis Epistolæ ad Rom. & Eph & Gal. Ergo conclusio negari non potest; quæ tamen aperte contradicit Calvinianis, vt videre est in verbis illorum supra sect. 39. allegatis. Minorem si negare voluerint, sequitur nos absq; Christo iustificari, quod absurdum & meritum Christi fide apprehensum non esse causam iustificationis, quod est impium.*

NB.

Syllogismus invictus.

47. Sicut propter Christum iustificamur, ita propter Christum sumus prædestinati, *teste Zanchio in verbis allegatis.* Sed propter Christum ita iustificamur, vt Christus fide apprehensus sit causa efficiens nostræ iustificationis, & quo fide apprehenso Deus movetur, vt nos iustificet, & non sola voluntas Dei, *teste tota sacra scriptura.* Ergo etiam ita sumus electi, vt Christus fide apprehensus sit causa efficiens nostræ electionis, & quo fide apprehenso Deus fuit motus, vt nos eligeret, & non sola voluntas Dei. *Conclusio aperte evertit dogma Calvini. Neq; est vt mihi objciant, neq; fidem neq; meritum Christi tum actu fuisse. Scio hoc: sed repono, quod Paulus Rom. 8. Et Petrus 1 Epist. 1. Dicunt, nos electos secundum πρόγνωσιν DEI, vbi πρόγνωσις non simpliciter idem quod prædestinatio significare potest, quia Paulus ea his verbis per gradationem distinguit: quos præscivit, eosdem & prædestinavit.*

47. Si propter Christum sumus prædestinati, sequitur Christum esse causam efficientem prædestinationis: *particula enim* propter *hic non potest causam finalem significare. Atqui* propter Christum sumus prædestinati, *teste Zanchio in verbis allegatis.* Ergo Christus est causa efficiens nostræ prædestinationis,

& per

& per consequens non sola voluntas DEI, vt volunt Calviniani.

48. *Sed excipit Zanchius in libro allegato pag. 673. his verbis*: quanquam cum Apostolus ait, in Christo nos fuisse electos, non propriè indicat causam electionis; sed medium quo facta est hæc nostri cum Deo vnio etiam ante mundi constitutionem. *Cum hoc consentit Benedictus Aretius part. 1 locor. com. pag. 85. his verbis: Remissio peccatorum est opus DEI in nobis. Primaria causa est* φιλανθρωπία *DEI.* Organica per quam nobis elargitur est meritum Christi. *in nobis apprehendens organum est fides. Hactenus illi. Hoc est quod dixi, Calvinianos cauterio notatum habere conscientiam, & vertigine capitis laborare. Nam primum per illud medium intelligitur vel causa vel effectus. Si effectus sequuntur absurda tam enumerata imò sequitur propter Christum non esse nos prædestinatos, vt scripsit Zanchius*, imo sequetur Christum tantum esse effectum nostræ iustificationis, quia vt iustificamur in Christo ita electi sumus in Christo, *teste eodem Zanchio: quæ omnia sunt absurda. Si causa, ea vel efficiens principalis, vel instrumentalis erit: alia enim non est, vt vel ipsi Calviniani concedunt. Si instrumentalis, vt Aretius loquitur*, sequitur etiam iustificationis tantum causam esse Christum vel meritum Christi & per consequens Christum non esse autorem salutis & vitæ, *vt Petrus loquitur Act. 3.* Instrumenta enim & media ad finem ordinata, non sunt autor finis: autorem namq; finis esse competit causæ principali efficienti (*sic & causa movens & promerens, qualis est Christus, non est causa tantum instrumentalis*) *relinquitur itaq; Christum esse causam efficientem nostræ prædestinationis, aut sequetur Christum non esse autorem vitæ & salutis* (prædestinatio namq; est initium nostræ salutis, cuius causa efficiens Christus cum suo merito non est, ne quidem autor salutis & vitæ erit, *vt Petrus loquitur, quod absurdū & impium*)

Elumbe effugium Zanchy.

Responsio.

NE.

Novum Calvinianorum absurdum.

& non ita electos vos esse in Christo, vt iustificamur in Christo, quod tamen Zanchius concessit.

49. *Si in ipso decreto electionis non est habita ratio fidei (non loquor de executione sed de ipso decreto) sequitur falsum esse, quod Paulus scribit 2. Thess. 2. DEVM nos elegisse ad salutem in sanctificatione Spiritus* & Fide veritatis. *Atqui iuxta Calvinianos in ipso decreto electionis non est habita ratio fidei, vt verba illorum supra allegata testantur. Ergo sequitur Paulum falsò scripsisse, DEVM nos elegisse ad salutem in sanctificatione Spiritus & fide veritatis Conclusio absurda & impia. Item si facta in fide veritatis electio: Ergo non ex solo beneplacito voluntatis divinæ.* Notari autem velim, quod fidem hic non consideremus in sua dignitate, quatenus est qualitas quædam: nam sic neq; in iustificatione consideratur, sed ratione sui obiecti nempè Christi. Idcirco non propter fidem tanquam meritum, sed per fidem tanquam medium, seu propter meritum Christi fide apprehensum. *Scimus etiam fidem actu existentem esse effectum electionis: interim tamen fidem præviſam, vt præviſam, &* cum respectu ad meritum Christi considerată *esse causam instrumentalem electionis ratione nostri non est absurdum: Sicuti & ipsum meritum Christi seu passio Christi est effectum prædestinationis, & tamen suo modo etiam est causa, quia secundum* πρόγνωσιν *nos elegit DEVS. Imò ipsi Calviniani „ gloriam & laudem DEI & ostensionem misericordiæ DEI di- „ cunt esse causam finalem prædestinationis (Zanchius libr. 5. de „ nat. DEI pag 669.) Et simul etiam effectum esse.* Non enim absurdum est in diverso genere causarum vnum idemq; esse & causam & effectum, inprimis in illis rebus, quarum principium est voluntas (*in physicis namq; seu naturalibus paulò alia est ratio*) sed diverso respectu. *Ineptè igitur & inscitè Calviniani hoc loco nobis confusionem causæ & effectus obiiciunt.*

NB.

Quomodo fides causa instrumentalis?

Quomodo fides effectus electionis.

NB.

50 *Si Pelagianum est fidem præviſam statuere causam instrumentalem electionis, & fidei respectum habere in electionis*

nis decreto sequitur Pelagianum esse, fidem actu exsistentem esse causam instrumentalem iustificationis, & fidei respectum haberi in iustificatione. Ratio consequentiæ est hæc: quia perinde & per omnia vt se habet fides actu exsistens ad iustificationem: ita se habet fides prævisa ad electionem: Quicquid itaq; objicitur contra fidem prævisam in Electione consideratam, id omne etiam objicitur & valet contra fidem actu exsistentem in iustificatione consideratam. Iustificatio namq; est executio decreti electionis. Vt igitur iustificatio quidem est gratuita, nec tamen propterea excluditur fides: sic etiam electio est quidē gratuita, nec tamen propterea excluditur fides.

Syllogismus invitus.

Atqui iuxta Calvinianos Pelagianum est fidem prævisam statuere causam instrumentalem Electionis (Beza in colloq. Mompelg. aliquoties, inprimis pag 233. Tossanus in disput. de Pelag. thes. 156. & 157. Badensis liber, pag 415. 416. 418 419. Et Rennecher. in præfatione aureæ catenæ salutis Heidelberg. n der Gülden Leiter) *& fidei respectum haberi in ipso decreto Electionis. Ergo etiam iuxta eosdem Pelagianum erit fidem actu exsistentem esse causam instrumentalem iustificationis, & fidei respectum haberi in iustificatione. Conclusio est palam absurda & contra Paulum. Rom. 3. 4. 11. Ephes. 2. Gal. 2. 3. testibus ipsis Calvinianis. Ergo & Minor propositio Calvinianorum, ex quâ hoc sequitur: dum fidem prævisam causam in-*

Hinc Paulus in Epist. ad Rom. argumentatur ab Electione ad iustificationē, quod argumētum alias non valeret, si fides excludenda ex decreto Electionis.

" strumentalem electionis dico, nullum intelligo meritū, ideoq; " nec propter fidem, sed per fidem. Et aliud est meritum, aliud " mēdium, & quidem medium gratis à Deo ordinatum. *Nugæ igitur sunt quæ Rennecherus falsò nostris Theologis de primâ & movente ac efficiente causâ prolixè objicit in libro allegato. Nullum itaq; hic meritum, Nullus Pelagianismus* (Pelagiani fidem in nostris viribus esse dicebant, & idcirco nos propter fidem electos, quod tanquam falsum retractavit Augustinus) *sicuti nec in iustificatione. Hic libet etiam quærere, vnde fides in iustificatione* tanquam executione decreti electionis, si non ingreditur

NB.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0314
Mecklenburg Vorpommern

ipsum decretum electionis? vnde tanta dissonantia inter decretum & executionem decreti?

De Reprobatione.

51. *Sed nunc de reprobatione Si sola voluntas Dei est causa reprobationis, & non peccata hominum, sequitur quod sola voluntas Dei sit initium nostræ perditionis: ratio est, quia sicut decretum electionis est initium nostræ salutis, ita reprobatio est* initium nostræ perditionis, & quidem tale, vt ipsi Calviniani scribunt, ex quo necessariò sequitur damnatio, & ex solâ reprobatione pendet, quod bene operari & credere non possint reprobi, vt supra vidimus. Atqui iuxta Calvinianos sola voluntas Dei est causa reprobationis, & non peccata hominum. Ergo sola voluntas Dei est initium nostræ perditionis contra scripturæ dicta, *supra in sect 40. allegata.*

Confutatio exceptionis Zanchij.

25. *Si DEVS sua voluntate ita est remota causa damnationis, vt etiam sit prima causa damnationis, sequitur ex Deo esse initium perditionis reproborum, & non ex peccatis ipsorum. Atqui iuxta Calvinianos DEVS sua voluntate ita est remota causa damnationis, vt etiam sit prima causa damnationis. Ergo sequitur ex DEO esse initium perditionis reproborum, & non ex peccatis ipsorum. Conclusio est absurda manifestè pugnans cum dicto Oseæ. 13: perditio ex te Israël &c. Nec iuvat Calvinianos, quod Zanchius obijcit Prophetam loqui de causâ secundâ: Nam ego hoc nego: DEVS enim loquitur de primo initio perditionis. Deinde scribunt Calviniani, vt supra vidimus, quod DEVS prima sit causa damnationis: Ergo ex ipso erit damnatio.*

Syllogismus ἀδιάλυτος.

53. *Denique. Quicunq; ob solam suâ voluntatem absq; culpâ hominum quosdam reprobat & destinat æternæ damnationi, is iniuste eos reprobat & æternæ damnationi destinat Atqui DEVS iuxta Calvinianos, ob solam suam voluntatem absq; culpâ hominum reprobat quosdam homines, & destinat eos æternæ damnationi. Ergo DEVS iniustè reprobat & destinat quosdam homines æternæ damnationi, quod absurdum, impiũ & blasphemum.*

Maior

Maior aperta est: quia vt iniustus est ille, qui aliquem damnat absq; culpa & peccato, sic iniustus est ob eandem rationem, qui aliquem absq; culpa eius, quem destinat, aeternæ damnationi destinat. Neq; vllius momenti est, quod dicere solent (Hungari pag. 236) scripturam quidem dicere, quod incredulitas & peccata sint causa damnationis, sed non reprobationis, quo elumbi effugio putant se sufficienter respondisse ad scripturæ dicta supra sect 40. allegata, item, Deum idcirco non iniuste facere, cum eos propter peccata damnet. Nam primùm negamus illam distinctionem: etenim Deus non aliter nec propter alias causas damnat in tempore, quàm & propter quas causas decrevit eos damnare ab aeterno, ne executio dissentiat ab ipso decreto: sicuti etiam propter quas causas fur suspenditur, etiam propter illas à iudice destinatur & adiudicatur suspendio. Deinde si peccata idcirco non sunt causa reprobationis, quia omnes homines peccarunt, vt scriptitant Calviniani in locis supra allegatis, etiam peccata non erunt causa damnationis, quia etiam omnes peccarunt. Atqui iuxta Calvinianos peccata non sunt causa reprobationis, quia omnes homines peccarunt. Ergo etiam peccata non erunt causa damnationis, quia omnes homines peccarunt. Quicquid hic responderint Calviniani, idem illis responsum esto. Præterea hac ratione non excusabitur DEVS, licet propter peccata damnet: Nam iuxta Calvinianos executio decreti, item peccata & damnatio necessariò pendent ex Reprobatione à solâ voluntate DEI profectâ. Igitur adhuc primaria damnationis causa in DEO, nisi dicatur peccatum esse causam reprobationis. Denique qui non vult absolutè finem, is nec absolutè vult ordinatum ad finem. DEVS non vult absolutè damnationem hominis tanquam finem, vt supra docuimus Ergo nec reprobationem tanquam ordinatum ad finem. Et si propterea causa reprobationis non est in homine quarenda, quia causa electionis non est in homine, & quod contrariorũ est

Exceptio.

Responsio.

Quæritur cur destinarit eos exitio & cur decreverit eos damnare.

Novum absurdum Calvinianorum.

NB.

Absurdum aliud Calviniani dogmatis.

est eadem ratio, sequitur quod ob eandem causam neq; causa damnationis in homine sit quærenda, quod salvationis & iustificationis causa non est in homine: *Nam & hic valebit:* Contrariorum eadem est ratio. *Atqui iuxta Calvinianos, vt verba superius allegata testantur sect. 39 reprobationis causa non est in homine quærenda,* quia nec electionis causa est in homine ob eandem rationem contrariorum. *Ergo nec damnationis causa in homine quærenda erit, propterea quod salvationis & iustificationis causa non est in homine: contrariorum namq; eadem ratio Conclusio est absurda & manifestè repugnat toti scripturæ. Absurda igitur ratio Calvinianorum, ex qua sequitur Et quid respondebunt Calviniani huic Pontificiorum argumento? Mala opera damnant. Ergo bona opera salvant, quia contrariorum eadem ratio? Nonne dicent, contraria non esse pariter integra? Imò quicquid huic paralogismo Pontificiorum respondebunt, id etiam huic Calvinianorum sophisticationi responsum erit. Atq; hinc apparet, quorsum tandem Calviniani Stoici abripiantur.*

NB.

De merito & satisfactione Christi.

54. *Restat vltima quæstio de merito Christi, in quâ quæstione quamvis ferè omnes consentiant, attamen Heidelbergenses cauterio notatam conscientiam hac in parte habentes phrases nostrorum Theologorum ad amussim imitantur, vt videre est in scholijs* der Güldenen Leiter ersten Sprossen *pag. 14. 15. 16. 17 18. 19. 20 21. & conqueruntur de calumniâ nostrorum Theologorum, imò protestantur se nunquam negasse, Christum pro omnibus hominibus mortuum esse, interim tamen eandem cum reliquis sententiam in pectore fovent, licet dicant Christum sufficienter mortuum esse pro omnibus, non autem efficaciter, quod & nos in sano sensu dicimus, quod inde apparet, quod toties in locis allegatis, & alijs locis istius libri inculcant, neminem damnari, pro cuius peccatis Christus satisfecerit: vnde necessariò apparet meras præstigias verborum esse, cum scribunt,*

Tergiversatio Heidelbergens.

Christum

Christum pro omnibus hominibus mortuum esse sufficienter (quam distinctionem tamen Beza reijcit 2. part. resp. ad colloq. Mompelg. pag. 217. 218. Et in Thesibus Genevensibus, vt postea videbimus) *non efficaciter: Si enim* verè hoc crederent, fatererentur vtiq; Christum etiam mortuum esse pro illis, qui damnantur. *Revera ideoq; cum reliquis idem docent. Sed antequam Calvinianorum testimonia proferam prius controversiæ statum rectè formabo: primùm sicuti non est quæstio, vtrum Christus pro omnibus electis sit mortuus, ac illis singulis suâ passione & morte gratiam & favorem Dei acquisiverit ac impetraverit, ita nec hoc quæritur, vtrum mors Christi incredulis & damnatis prosit & salutaris exsistat: vtrumq; enim extra controversiam positum est, qui scimus sine fide Deo neminem placere, sine fide Christum nemini prodesse, nemini accessum patere ad gratiam Christi sanguine partam sine fide: quapropter docemus fructum mortis ac passionis Christi duntaxat credentes percipere:* distinguimus enim accuratè inter ipsum meritum Christi, & ipsius applicationem, inter mortem ipsam Christi, & eius fructū: mors ipsa sine fidei consideratione generalis est: at fructus mortis Christi nulli nisi fideli attribui potest, cum fides sit vnicum salutis & fructus mortis Christi instrumentum apprehendens. *Diabolica itaque calumnia est Heidelbergens. Theolog.* in der Gülden Letter ersten Spressen *quando nostris Theologis imputant, quasi doceant meritum Christi hoc sensu generale esse, quod per id omnes sine discrimine homines etiam increduli & ἀθεοι actu & effectu ipso sint in gratiam DEI recepti, iustificati & salvati, quod nostri Theologi (monstrosi namq; Huberi monstrosum & horridum dogma nihil ad nostras Ecclesias) nunquam docuêre. Atq; sic plurima Calvinianorum argumenta sponte corruunt, siquidem nihil aliud probant, non omnes sine discrimine homines, fideles & infideles participes fieri fructus mortis & passionis Christi nec omnibus meritum Christi ipso effectu salutariter applicari, quod nos liberaliter concedimus. cum larvis*

NB.

Status controversiæ.

Calumnia Heidelbergens.

vtrq; dimicant. Nec quæstio est de dignitate & sufficientiâ meriti ac passionis Christi, vtrum Mors Christi non solùm pro electorum, sed etiam pro reproborum peccatis sufficiat, si velit Christus: hoc enim ab vtraq; parte docetur, vel vnicam sanguinis Christi guttam sufficere non solùm pro vnius; sed etiam pro plurium si essent, mundi peccatis, de hoc inquā controversia non est: Sed hoc quæritur, 1. utrum Deus voluerit, vt Christus pro omnium & singulorum hominum peccatis, nemine excepto, moreretur & satisfaceret, 2. & vtrum Christus pro omnium ac singulorum hominum peccatis, nemine excluso, sit revera mortuus, ac iustitiæ & iræ Dei satisfecerit, h. e. an Christus suâ morte ac passione omnibus iustitiam ac gratiam promeruerit & acquisiverit? (*De applicatione & fructu non est quæstio: scimus enim tantum fidelibus applicari: incredulis autem non: Non opus ideoq; erat, vt Calviniani hoc probarent: vltro enim id largimur. Non itaq; nostram sententiam, sed suum figmentum probant, interim verum controversiæ statum nullo argumento attingunt: adhibita enim hac distinctione pleraq; illorum argumenta corruunt*) Negant Calviniani vtrumq;: nos verò ex sacra scriptura vtrumq; affirmamus

NB.

Calviniani extra oleas vagantur.

55. *Et ne quis existimet Calvinianis iniuriam fieri propria illorum verba bonâ fide allegata enarrabimus. Theodorus Bezæ 2 part. respons. ad acta colloq. Mompelg. pag. 215. Et certè nobis* intolerabilis *vox vestra visa est*, Christum esse mortuum pro damnatis *ibid. p. 216. Ad singulos siue cuiusquam exceptione ex huius commento accommodatum* (*dictum videlicet 1. Joh 2: Christus est propitiatio pro peccatis Totius mundi*) *tam* impium & blasphemum est illud affirmare, *quam dicere*, damnari posse quemquam, cuius expiata per Christi mortē sint peccata, *sive pro quo Christus satisfecerit. Ibid pag. 218 & 221: Iterum autem dico, & eorum tota Ecclesia DEI* profiteor falsum blasphemum, impium esse dicere, Christum sive quoad Dei consilium attinet, sive quoad effectum, non minus (*vbi hic distinctio*

NB.

suffi-

sufficientiæ & efficientiæ, quâ alias effugere conamini? prodã-
nandorum & æterno iudicio adjudicandorum peccatis passum,
crucifixum, mortuum esse & satisfeciſſe, quàm pro peccatis Pe-
tri, Pauli & omnium sanctorum. *Idem Beza in libro allegato*
pag 217. & in libello Theſeon ſchola Genevenſ. pag 129 In
phraſi illa, Christus est mortuus pro omnibus hominibus ſuffici-
enter, non efficienter (vt Scholaſtici loquuntur) ἀκυζολογία
esse videtur. Sive enim conſilium Dei ſive paſsionis effectum, ſive NB. Nullo mo-
vtrumq; ſpectaveris, pro impiis Nullo modo est mortuus do.
(vbi igitur veſtra tergiverſatio & lubricitas vos Heidelbergenſ.
qui querimini falsò vobis id imputari) aliàs fatemur tanti esse
hanc oblationem, vt potuerit pro infinitis mundis (ſi tot eſſent)
ſatisfacere, nedum pro ſingulis hominibus Vntius: Si Deus eorum
omnium voluiſſet miſereri, & pro omnibus filium miſiſſet.
Zanchius in Miſcellaneis libr. 2. pag. 280. Est autem Christus
ἱλασμὸς tantum pro electis, *qui credunt aut crediturí ſunt in*
eum. Et paulò poſt: proinde cùm ait Iohannes: Ipſe eſt ἱλασμὸς
pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed pro pec-
catis totius mundi: nomine mundi accipienda potior pars mundi,
id est, ipſi electi, qui vnquam fuerunt aut futuri ſunt in mundo.
Hungari in ſuâ Panharmonia Calvini & Chriſti in cap. 3 & 4.
aliquoties allegata. pag. 250. ſic contra me ſcribunt: Etſi
tanta eſt dignitas & præſtantia ſacrificij ſeu mortis Chriſti,
vt vel vnica ſanguinis ipſius gutta ſufficere potuiſſet ad expi-
anda peccata totius mundi: tamen cum eventus & experientia
doceat, maiorem partem generis humani perire inſuis peccatis,
ſequitur indubitato, Chriſtum non pro reproborum, ſed tantum pro
electorum peccatis in arâ crucis merito mortis ſuæ ipſo actu & "
realiter ſatisfeciſſe: ac proinde impium, blaſphemum & prorſus " NB.
ἀθεόλογον eſſe, quod aſſerit Grawerus, ſingulorum hominum "
peccata per mortem Chriſti expiata eſſe. *Zacharias Vrſinus in* "
Catechet. explicat. pag. 515. edit. vlti. Genevenſ. an. 1603.
Chriſtus in cœnâ ſuum corpus iis ſolis offert manducandum, pro

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0320
Mecklenburg Vorpommern

quibus se obtulit in cruce. Obtulit autem se pro solis credentibus, non pro impijs vel hypocritis.

Hermannus Rennecherus in scripto Didascalico & Apologetico pag. 196. Sacrificium in & per se quidem tam magnum & tam efficax est, vt omnium hominum, etiamsi eorum ad aliquot centena millia plures essent, peccatis expiandis abunde sufficeret, si divinitus illis destinatum, & communicabile esset. Verum tota scriptura passim apertè testatur, quod illud tantum ad Electos pertineat. Item pag. 212. Christus pro illis (reprobis) vt supra ex sacris literis probatum est, pati, mori, satisfacere, eò quod in aterna Dei fœdere comprehensi non fuerunt, non voluit. Idem inculcat in præfatione aureæ lit. d. 2 scribens, quod Christus non possit esse propitiator pro reprobis, neq; voluerit mori & pati pro illis. Verba sunt hæc: pro quibus Christus non orat, pro ijs non potest esse propitiator. Atqui pro reprobis Christus non (a) orat: Ioh. 17. Ergo pro reprobis non potest esse propitiator. Consequens igitur erit, quod Christus pro illis non sit passus: nam si non voluit pro illis orare, quod minus est. Ergo noluit pro illis accibam mortem subire & pati, quod longe maius est. Hactenus illi.

56. Pro hoc suo horrendo paradoxo stabiliendo quædam scripturæ dicta corradere solent, quæ non agunt de ipsa morte & ipso merito Christi; sed fructu mortis & applicatione meriti, quæ nihil faciunt ad rem: Concedimus enim solis fidelibus prodesse mortem Christi, & solis fidelibus applicari meritum: interim tamen non sequitur, iustitiã non esse omnibus acquisitam, propterea quod illis propter incredulitatem non applicatur. Confundunt itaq; turpiter fructum rei cum re ipsa: nam etiamsi mortuus pro omnibus, non tamen omnes salvantur. Deinde & alia quædam scripturæ dicta objiciunt, in quibus dicitur, Christum esse mortuum, & effudisse sanguinem pro multis, vbi tamen Multi & omnes æquipollent, quod patet ex ijs scriptura locis, in quibus clarè exprimi-

(a) Verba Christi nõ simpliciter sunt accipienda: nã & pro crucifixoribus ac inimicis suis in ará crucis, cũ maximè officio Pontificatus sui fungebatur oravit Esa. 53. Luc. 23: Pater remitte eis &c. quod & Marloratus concedit. Quibus verbis apertè testatur, se pro crucifixoribus quoq; suis pati, mori, eiusq; passionis suæ fructum, nempe remissionem peccatorum, conversionem & salutem precari. Atq; hac generali ratione pro inimicis ac persecutoribus

exprimitur, Christum pro omnibus, etiam pro reprobis esse mortuum, quæ mox allegabimus, sicut & fit in alijs scripturæ dictis, vt Rom. 5. vers. 18. & 19. Daniel 12.) item pro Ecclesia, pro fidelibus, animam posuisse pro ovibus &c. in quibus tamen omnibus & singulis nullibi dicitur, Christum tantum esse mortuum pro credentibus & electis: quod mortuus sit pro credentibus & electis, non negamus: sed quod tantum pro illis sit mortuus, hoc moti scripturæ testimonijs firmissimis pernegamus Deniq; nec vllius momenti est quod objcere solent, irritam & otiosam fuisse Christi passionem respectu reproborum si pro damnatis quoq; fuisset mortuus: nam etiamsi passio Christi non profuerit reprobis quoad actum salvationis, propterea quod non crediderunt, non tamen fuit otiosa prorsus: sic enim Christus suo iudicio illis est iustissimus iudex, eò quod sermonem veritatis de promisso Messia & Salvatore non receperunt, ideirco etiam illorum condemnatio aggravata & omnis perditionis causa præcisa est. Deinde quid dicent ad illa Pauli verba 2. Corinth. 6. Quin & adiuvantes obsecramus, ne frustra gratiam DEI recepertis &c.

suis oravit, & pro illis etiam mortuus & passus est. Et de hac precandi ratione in his verbis Christus nihil agit: Sed loquitur de speciali illa precandi ratione, qua pro Ecclesia erat, & pro illis, qui Evangelium audiunt & fide amplectuntur. Hos tanquam fideles suos, sibiq; à Patre in peculium datos peculiariter æterno Patri recommendat: Et de hac solùm legitur in præsentibus verbis. Sic igitur Calviniani formare debebant Maiorem propositionem: pro quibus Christus absolutè nec voluit orare, nec vllâ ratione oravit, pro illis non est mortuus. Verùm si sub hac Maiore subsumatur Minor falsa esset, vt ostensum. Futilis itaq; hæc ratio Calvinianorum. Huc pertinet marginalis glossa Lutheri, quâ sic explicat sententiam verborum Christi: Non oro pro mundo, id est, non oro, vt mundi & infidelium instituta & actiones tibi placere sinas. Quemadmodum Moses Numeror. 16 orat, vt Deus non accepet sacrificium Chore. Et in Psalmo: Non misereris omnibus operantibus iniquitatem. Aliàs orandum est pro mundo, vt convertatur.

57. Huic monstro contradicentes nostri Theologi docent ex scripturâ, Christum esse omnium & singulorum hominum redemtorem, & pro omnium ac singulorum hominum peccatis mortuum esse, hanc verò mortem non nisi fidelibus fructuosam esse, non quod pro incredulis non sit mortuus, sed quia non nisi per fidem applicari potest. Quapropter licet etiam ipsis infidelibus ipsum

pretium sit acquisitum morte Christi, attamen propter incredulitatem illorum nihil illis prodest. Docent autem id nostri Theologi iuxta hæc clarissima scripturæ testimonia Esa 53. Omnes nos quasi oves erravimus, vnusquisq; in viam suam, & posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum (neq; dicere poterunt, hic per particulam Omnium, non intelligi singulos generum, sed genera singulorum, id est, tantùm electos, nam prius membrum huius dicti id non patitur, alias sequeretur, tantùm electos errasse: & propter eandem causam per vocabulum, oves, quod tantùm declarationis causâ additur, nec deseribit subiectum, sed prædicatum, erravimus, tantùm electi intelliguntur, sed & reprobi: non enim vniversaliter oves semper in scriptura electos significant, sed ibi, vbi fit oppositio hœdorum & ovium, aut alias manifesta determinatio additur: vnde sic concludimus: Quicunq; tanquam oves errârunt, quisq; in viam suam, eorum iniquitates posuit Deus in Christo. Atqui omnes electi & reprobi tanquam oves errârunt, quisq; in viam suam. Ergo omnium Electorum & reproborum iniquitates posuit DEVS in Christo. Si negetur conclusio, sequitur hoc absurdum: non omnes Electos & reprobos tanquam oves errâsse, quemq; in viam suam. Eligant vtrum velint Calvinistæ.) Iohan. 3. Sic DEVS dilexit Mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. (Quod hic per Mundum intelligant Electos, non ignoro: verùm proferre non possunt vllum scripturæ dictum, in quo mundus tantùm Electos significet: idem vrseram in bello Calviniano, ad quod respondentes Hungari ne conati quidem sunt contrarium probare, sed tantùm nudè dicunt particulariter intelligenda hæc loca pag. 252. Non posse autem tantùm electos hoc loco intelligi & inde probatur, quia hunc mundum postea ipse Christus divisit in credentes & non credentes, & quosdam huius mundi tenebras plus dilexisse, quàm lucem. Significat quidem interdum reprobos:

Confirmatio nostræ sententiæ.

NB. „ Non dicit Propheta omnes nos oves erravimus sed omnes erravimus tanquã oves.

Confutatio elumbis effugij Calvinianorũ.

reprobos: verùm vbi significet tantùm Electos, non scio.) Huc pertinet & locus Ioh 1. Ecce agnus DEI, qui tollit peccata Mundi. Quomodo autem tulerit peccata mundi, declarat Petrus 1. Epist 2. dicens: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viveremus. 1 Ioh. 2. Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius Mundi. (Præclarè quidem Zanchius per mundum interpretatur potiorem partem mundi: sed absq; scriptura, imò contra scripturam. Certum enim est in verbis Apostoli allegatis esse quandam ἀντίθεσιν membrorum, quod ostendunt particulæ, non solùm; sed: Ita igitur hic locus explicandus, vt membra opposita ne confundamus. Proinde cum in priori membro intelligantur omnes omnium ætatum ac ordinum electi, quod inde patet, quia de illis electis loquitur (in verbis habemus advocatum & est propitiatio pro peccatis nostris) qui peccant & advocatum habent, tales autem sunt omnes omnium ordinum ac ætatum electi: necessariò sequitur quod ijdem non possint intelligi in posteriori membro; pro peccatis totius mundi aliàs enim non subsisteret collatio membrorum sed membra, quæ contradistincta esse debebant, fierent eadem. Sensus igitur verus est: Christum esse propitiationem non solùm pro peccatis Christianorum fidelium, sed etiam omnium & singulorum hominum peccatorum, & sic etiam reproborum.) 2. Corinth. 5. Pro omnibus mortuus est (Christus) Quem locum sanè de solis fidelibus seu de omnibus credentibus tantùm interpretantur Calviniani, sed absq; scripturâ imò contra contextũ. Contextus namq; testatur contrarium, vbi Paulus dicit, si vnus mortuus pro omnibus: Ergo & omnes mortui. Nam & reprobi sunt mortui in peccatis. Ergo & pro reprobis mortuus. Deinde de illis loquitur ibi Paulus, qui sistentur coram tribunali Christi, vt antecedentia testantur: at illi non sunt solùm electi & fideles: NB. NB.

les: sed etiam reprobi. Denique & de illis loquitur Paulus ibi, ad quos fungebatur legatione nominis Christi, vt reconciliarentur Deo. Atqui tales non fuerunt solùm Electi: sed & reprobi, vt Actor. 13. & alibi 1. Tim. 2. Vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemtionem semetipsum pro omnibus. Reponunt quidem & hîc suam distinctionem inter genera singulorum & singulos generum, sed contextus eam non patitur. Nam primùm de illis omnibus ibi loquitur, pro quibus Paulus vult orari, vt contextus indiviso nexu testatur: Atqui etiam pro infidelibus vult Paulus orari, seu preces fieri, quod ipsi Calvinistani non negant, vt videre est apud Marloratum in expositione huius loci, & Luc. 23. vbi sententias Calvinianorum collegit Ergo intelligit etiam infideles & incredulos. Deinde de illis loquitur etiam Paulus, apud quos fuit præco, vt immediatè sequentia verba testantur, sed etiam apud infideles fuit præco. Quod verò Paulus expressè mentionem facit Magistratus, inde non sequitur, hic sermonem esse duntaxat de varijs statibus hominum, seu de generibus singulorum: quia fit in textu Apostoli transitus à genere ad speciem, & inprimis mentio fit Magistratus, quia Magistratus in primis prodesse vel obesse potest Ecclesiæ. Clarissimus est locus Pauli Rom. 5. Sicut per vnius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnius iustificationem propagatur bonum in omnes homines ad iustificationem vitæ. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti fuimus multi. Ita per obedientiam vnius iusti constituentur multi. Hic locus nulla sophisticatione eludi potest: Si enim simpliciter ad omnes pertinet peccatum: Ergo etiam simpliciter ad omnes pertinebit meritum Christi, alias non constabit collatio membrorum textus Paulini. Vnde etiam in posterioribus verbis vocabulum multi, idem valet, quod omnes: Nam non solùm multi, sed omnes peccatores ipso actu sunt constituti. Nec tamen necessum est, vt propterea etiam

omnes

omnes homines ipso actu sint iusti constituti: Nam conferantur lapsus Adæ & mors Christi non ratione effectus, sed ratione causæ, vt quemadmodum lapsus Adæ causa fuit, quod omnes involuti sint peccatis in condemnationem, ita mors Christi sit causa efficax in omnes homines ad iustificationem. *Sicuti autem non omnes actu damnantur, quia quidam convertuntur: Sic etiam non omnes actu iustificantur, etiamsi causa meritoria iustificationis sit vniversalis, quia non omnes respiscunt, nec omnes credunt, quod etiam requiritur ad iustificationem, nempe credere: aliud enim iusticia parta, & aliud applicatio iusticiæ partæ. Aliter hic locus explicari non potest, nisi alterutrum membrum collationis falsum pronunciare velimus. Huc pertinet locus ex Luca 19: Filius hominis venit servare quod perierat. Atqui perierant non solùm electi: sed etiam reprobi, atq; sic omnes & singuli homines. Ergo etiam venit filius hominis, vt quæreret ac servaret omnes ac singulos homines. Nec obest, quod non omnes servantur, atq; sic Christus suum scopum non consequitur: id namq; non est absurdum, cum non fiat culpa Christi sed culpa hominum, & sic per accidens. Denig; scriptura testatur etiam pro reprobis Christum esse mortuum, Rom. 14. Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus est mortuus. 1. Corint. 8. Peribit frater, qui infirmus est, in conscientia tua, propter quem Christus est mortuus. Item 2. Petri 2. Erunt inter vos falsi Doctores qui etiam introducent sectas perniciosas, & Dominum, qui illos* mercatus *est abnegantes accersentes sibi celerem interitum. Ebr. 10: Quanto putatis peioribus afficietur supplicijs, qui filium Dei conculcârit, & sanguinem testamenti, ceu rem profanam habuerit, per quem fuerat sanctificatus, & spiritum gratiæ contumeliâ affecerit. Quæ dicta scripturæ adeò clara sunt, vt nullâ sophisticatione eludi queant: quæ enim afferre solent Calvinistæ, pugnant cum manifestâ literâ textus, siquidem Apostoli expressè testantur, eos posse perire, imò damnari & ce-*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0326
Mecklenburg Vorpommern

lerem interitum sibi accersere, quos mercatus erat, non qui videbantur esse redemti, *vt vult glossa Calvinianorum, sed quos mercatus erat, quod etiam inprimis evincit contextus in eodem cap. vers. 20. 21. & 22.*

58. *Tot itaq; clarissimis scripturæ dictis cum repugnet dogma Calvinianum, quis non meritò id absurdum & blasphemũ esse dicat? Redigo ad impossibile:* Si Christus non satisfecit pro peccatis impiorum, sequitur impios idcirco damnari, quod noluerunt credere, id verum esse, quod verum non est. *Ratio consequentiæ est hæc: quia impij damnantur propterea quod non credunt. Ioh. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomen vnigeniti filij DEI. Item. Qui non credit filio non videbit vitam, sed ira DEI manet super eum. Ioh. 16. Spiritus sanctus arguet Mundum, quia non credunt in Christum. Damnantur itaque, quod vera fide meritum Christi non apprehendunt.* Atqui iuxta Calvinianos Christus non satisfecit pro peccatis impiorum. Ergo sequitur impios idcirco damnari, quod non credunt id verum esse, quod verum non est. *Conclusio est absurda. Ergo & altera utra propositio: Non Maior vt ostensum: Nam iuxta Calvinianos falsum est, Christum satisfeciſſe pro peccatis reproborum & damnatorum: Et tamen impij seu reprobi damnantur idcirco, vt scriptura loquitur, quod hoc non crediderunt. Ergo Minor propositio, quæ est Calvinianorum, quod erat ostendendum. Similiter sequitur, quod Apostoli docuerint,* reprobos debere id credere, quod verum non est, quod rursus absurdum. *Nam quomodo, quæso,* reprobis vere mandari potest, vt credant in Christum, si Christus pro illis nec mortuus sit, nec mori voluerit, *vt Calviniani scribunt? Sed desino plura in hoc genere cumulare absurda: cuilibet ea manifesta sunt. Vnicum addo ex Zanchio: Is scribit lib. 5. de Nat. Dei cap. 2. pag. 648. Thes. 1. quisq; mandato Dei tenetur credere, se ad salutem æternam in Christo esse electum ac prædestinatũ: maximè autem is, qui fidem in Christum profitetur. Cum dicimus, vnumquemq;*

quemq; teneri hoc credere, neminem, nè reprobos quidem, qui neq; vnquam credunt, neq; credere in Christum possunt, excipimus. *Hactenus ille.*

Ex quibus verbis hoc colligo: Quicunq; mandato Dei tenetur id credere, quid verum non est, is mandato Dei tenetur credere mendacium. Atqui quisq;, nemine excepto iuxta Zanchium, mandato Dei tenetur credere id, quod verum non est. *Ratio est: quia iuxta Zanchium quisq; tenetur credere, se esse electum in Christo, quod verum non est. Pauci tantùm sunt electi.* Ergo iuxta Zanchium quisq; mandato Dei tenetur credere mendacium. *Conclusio est absurda. Ergo & Zanchij thesis, ex quâ sequitur. Sed hic abrumpo filum: Nimis enim prolixum foret, omnia Calvinianorum absurda velle enumerare. Ex his puto abundè fœditatem ac turpitudinem, imò extremam impietatem Calviniani dogmatis cognosci, de quo rectè Adamus Neuserus, quondam illorum socius pronunciavit. Qui vult vitare Mohometismum, vitet Arrianismum: qui vult vitare Arrianismum, vitet Calvinismum.*

APPENDIX.

QVoniam Hungari in sua falsò sic dicta panharmonia Christi & Calvini in loco de prædestinatione subinde ad librum D. Lutheri de servo arbitrio, in quo tamen Lutherus principaliter de prædestinatione non disputat, sed incidenter duntaxat, provocant, subiungam in fine ipsius Lutheri declarationem ex libris ipsius posterioribus, iuxta quos procul dubio priores sunt declarandi & intelligendi. Sic autem D. Lutherus super 26. cap. Geneseos scribit: Hæc studiosè & accuratè sic monere & tradere volui, quia post meam mortem *multi meos libros proferent in medium & inde omnis generis errores & de-*

Lutheri sententia de prædestinatione.

liria ſua confirmabunt. Scripſi autem inter reliqua, eſſe omnia abſoluta & neceſſaria: ſed ſimul addidi, quod aſpiciendus ſit Deus revelatus, ſicut in Pſalmo canimus: **Er heiſt Jeſus Chriſt der HERR Zebaoth/ vnd iſt kein ander Gott.** *Ieſus Chriſtus eſt Dominus Zebaoth, nec eſt alius Deus. Et aliàs ſæpiſſimè. Sed iſtos locos omnes tranſibunt & eos tantum arripient de abſcondito Deo. Vos ergo qui nunc me auditis, memineritis me hoc docuiſſe: Non eſſe inquirendum de prædeſtinatione Dei abſconditi: ſed in illis acquieſcendum, quæ revelantur per vocationem & per miniſterium verbi. Ibi enim potes de fide & ſalute tua certior eſſe ac dicere: Ego credo in Filium Dei, qui dixit: Qui credit in filium habet vitam æternam. Ergo in eo non eſt damnatio aut ira, ſed beneplacitum Dei patris. Hæc eadem autem alibi quoq; in meis libris proteſtatus ſum & nunc etiam viva voce trado: ideo ſum excuſatus. Item Tom. 7. Ienenſ. ſuper locum Pauli Galat. 1. ſic ſcribit: Nos autem ex hiſce verbis (ſecundum voluntatem Dei &c.) hanc doctrinam & conſolationem petamus, Dei beneficam voluntatē eſſe, vt NEMO pereat, ſed OMNES ſalventur, quemadmodum etiam 1. Timoth. 2. tradit. Et paucis interiectis: Quod ſi multi pereunt, id Diabolo & noſtræ malæ imputandum eſt voluntati: Nam Dei patris voluntas, vt Paulus inquit, clemens & benefica voluntas eſt. Item in Poſtillis privatis 2 ſer. pentecoſtes ſic ſcribit: Deus vniverſaliter hoc affirmat (Calviniani autem dicunt Indefinitè)*

Hocne eſt à partibus Calvini eſſe: Lutherus dicit, Deum nolle eos perire, qui pereunt, ſed velle ſalvari.

definitè) quod hic Filius adeoq; vita æterna Toti MVNDO promissa & donata sit, vt Neminem prorsus Excludat. Si quis autem seipsum excludit, ei hoc nomine ratio reddenda erit, & quæ sequuntur ibidem. Item in enarratione Evangelij in festo Matthiæ sic scribit: Hæc verba (gratias ago tibi pater &c.) non oportet ita accipere quasi culpa interitus in Deo esset, & quasi aliquibus Evangelij noticiam invideret. Est enim huiusmodi Deus, qui vult Omnes salvos fieri, proinde filium suum mittit, non vni aut alteri seorsim, sed Toti Mundo &c. Hæc & similia multa, quæ passim in scriptis Lutheri occurrunt, palam testantur, tam longè Lutherum à crudo & horrendo Calvinianorum dogmate abfuisse quàm longè supremum cœlum distat à terra. Nullibi Lutherus scribit, Deum ob solam suam voluntatem quosdam homines reprobasse, ad peccata & causas damnationis prædestinasse, nullibi scribit Deum simpliciter nolle reprobos salvari, Christum non esse mortuum pro omnibus ac singulis hominibus, vt Calviniani horridè scriptitant. Frustra itaq; hac in parte ad Lutherum provocant, qui pro nobis, contra illos, vt ostensum. Si quædam duriora in lib. de servo arbitrio occurrũt, illa iuxta hæc modò allegata sunt declaranda, vt Lutherus ipse voluit: non enim posteriora scripta ex prioribus: sed priora ex posterioribus sunt declaranda.

Calviniani Deum velle dicunt, imo simpliciter nolle eos salvari. Conciliato-

τῷ θεῷ δόξα.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0330
Mecklenburg Vorpommern

APOLOGIÆ ERRATA, QVÆ PARTIM INCVRIA TYPOGRAPHI, PARTIM OB AVTORIS ABSENtiam irrepserunt, sic corrigantur: vnaquæq. a. Alphabeti litera, ob numerorum defectum, in quatuor folia & octo paginas dividatur.

(b) pag 5. l. 20. dispututores lege disputatores. pag. 4. l. 25. signum interrogat: dele, & eius loco punctum pone. pag. 7 l. 1. ἀλλοτριεπίσκοπος lege ἀλλοτριοεπίσκοπος. pag. 8. l. 2. lege vindicasse. l. 6. dicerete lege diceret l. 22. lege expresse. (c) pag. 5 l. 21 eo lege eodem. pag. 7. l. 17 lege Minorem. pag. 8. l. 3. lege habeant. (d) pag. 2. l. 10. falsum lege fassum. pag. 5. l. 15. tum lege cum. pag 6. l. 5. persona lege personæ. pag. 7. l 16 quidem lege quidam. l. 26. lege ἐξουσία. (e) pag. 1. l. 4 Deitate lege Deitati. pag. 2. l. 23. dicunt lege dicant. pag. 3 l 14. datur lege dantur. l. 22. Ep. lege Ephes. pag. 8. l. 23 augmentum lege argumentum. (f) pag. 6 l. 11. impossibilis lege impassibilis (g) pag. 1. l. 2 lege identitatem. l. 4. Eutychium lege Eutychen. pag. 3. l. 9. lege Athanasius pag. 4. l. 26. lege expressè. pag 6 l. vlt post voc. imprimis adde 10. pag 8. l. 25 σκέσεως lege σχέσεως. (h) pag. 3. l 23 post voc. non â, adde, disparatis: sed (i) pag. 1. l. 12. lege redundatur, pag. 2. l. 14 Sic lege Si.

ERRATA ABSVRDORVM.

Lit. B. pag. 1. lin. 16. διήρινται lege διήρηνται. l 20. Contra lege Copula. l. 24. tersia lege tertia. in margine l. 2. ἑρμυνείας lege ἑρμηνείας. pag 2. l 24. dicant lege dicunt. pag. 3. marg. l. 8 sect. lege divis. pag. 4. l. 1. ὅτα lege ὅτε. pag. 6. marg. l. 11. elumba lege elumbe. pag. 7. l. 17. proprie lege propria. l. 28. Atq; lege Atqui. C. pag 6 l. 9 συωνύμως lege συνωνύμως. l. 12. idem lege eidem. pag 8 l. 25. Dicunt lege Dicant. D. pag. 3 marg. l. 2. nolunt lege volunt ibi l. 7. Deus lege homo pag. 5. l. 24. rcte lege rectè. marg. l. 7. iuxta lege iuxta. E pag. 4. l. 14. singularis lege si regularis pag. 6 l. 22 post voc. postulat dele punctum pag. 8 l. 16 Vocanter lege Vocantur. F. pag. 5. l. 16. post voc. Patris adde parenthesin.) pag. 6. l. 20. Orthodoxis lege Orthodoxa. G. pag. 1. l 8 vnitam lege vnitum pag 2. lin. 3. post voc. & adde non l. 12. substantia lege subsistentia. pag. 8 l 13 inusitatè lege inusitatæ. H pag. 1. l. 12.

l. 12. hanc lege hanc. l. 13. post parenthesin adde habet. I. pag 1 l. 8. inhabitatione lege inhabitationis. l 16 quorum lege quod. pag. 6 l. 2. proprietas lege proprietates pag. 7. l. 12. post voc. clamitant, adde clarius apparent. pag. 8. marg l. 14. βιβλίῳ lege σιβλίῳ. & ibi in sequentibus verbis Basilij εἰκείας lege οἰκείας. K pag. 1. l. 7 post voc. sequitur dele punctum. pag 3. l. 28. quorum lege quod. pag. 4. l. 15 affectum lege affectam. pag. 5. l. 22. naturæ lege æternæ. L pag 3. l. 24 loci lege corporis. pag. 7 l. 5. Nam lege Non. l. 8. post voc. scilicet adde, quod. M. pag 6. l 22. quod lege quid. pag, 8 l 28. extrema lege externa. N. pag. 5. l. 24. absurdum lege absurdam. pag. 7. l. 29. ex lege &. P. pag. 2 l 3. post voc. volunt addo hanc parenthesin). l. 15. ἐλαττιζόμενον lege ἐλαττιζομένων pag. 3. l. 11. factaram lege factarum. Q. pag. 7. l. 4. lege Baptismo. l 9 baptizentur lege baptizantur. l. 20. aquea lege aquæ. pag. 8. l. 12 lege πρώτως. S. pag. 3. in marg. l. 20. cum lege eum. pag. 5. l. 12. ingenerationis lege regenerationis. T. pag. 8. in marg. l. 7. autem lege tamen. V. pag. 1. l. 25. Ergo lege Ego. pag. 2. l. 19. lege Infantes. l. 23. lege sensentur. pag. 3 l. 3. Calviniani lege Calvinianorum. pag 4. in marg. l. 7. post voc. tam adde de. in textu l. 11. eorum lege eorum. pag. 5. l. 1. lege habent. X. pag. 1. l. 15. lege ὑποτύπωσιν. pag. 3 l. 10. 39. & 40. lege 29. & 30. pag 4. l vlt. post voc. triticum, adde, triticum dicitur. pag. 6. in marg. l. 1. Ergo lege Ego. in tex. l 16. post voc. licet dele punctum. l. 19. lege Calvinianus. l. 29. 1. part. lege part. 1. pag. 8. l. 30. lege furculo. Y. pag. 1. l. 19. Vocat lege vocet. pag. 6 l. 17. ὑγιαινόντων lege ὑγιαινόντον. Z. pag. 8. l. 5. illa lege ille. A a. pag. 2. l. 31. tamen lege tam. B b. pag 3. l. 6 ipse lege ipsi. pag. 5. l. 12. post voc. operatur dele comma; post voc. etiam comma adde. l. 17 per lege &. pag. 8. l. 28. diversus lege diversas. C c. pag. 1 l. 13. quam lege quæ. pag. 2. l. 23. turpitudinem lege turpitudini. pag. 5. l. 7. Deinde lege Denique. l 11. verè lege fere. pag. 8. l. 23. Impios lege Impius. l 24. imitatur lege incitatur. D d. pag. 1. l. 13. vna lege vana. l 31. operetur lege operaretur. pag. 3. l. vlt. lege adversetur. pag. 5. l. 2. quia lege qua. l. 5. fætore lege fœtere. l. 22 regenerare lege generare. pag 8. l. 15. & lege est. E e. pag. 2. l. 4. invidia lege calumnia. 31. quod lege quot. pag. 3. l. 11. dele Sed. pag 5. l 9. lege hominum. F f pag. 1. l. 19 palo lege paulo. in marg. l 26. Pharan lege Pharao. pag. 2. l. 11. lege ὑποκρίσεως. l. 18. lege falsò. l. 29 lege Dei sit voluntas. pag. 3 l. 16. lege tentet. l. 30. lege invitationibus l. 33. lege tribuunt. pag. 6. l. 10. eprobu lege reprobis, l. 16. lege ipse. pag. 7. l. 19. lege ἀντιδικημένου.

pag. 8.

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0332
Mecklenburg Vorpommern

pag. 8. l. 12. post voc. quærere dele colon. l. 19. post voc. illos dele signum. Gg. pag. 1. in marg. l. 1. lege damnatione. pag. 2. l. 5. lege servat. l. 7. lege placet. l. 11. lege reprobationis. l. 28. lege cur. l. 29. lege misereri, & quæ. pag. 5. l. 5. lege blasphema. pag. 8. post voc. æternam dele punctum, & pone comma. Hh. pag. 1. l. 12. lege cœlesti. l. 24. & lege ad. pag. 3. l. 22. post voc. causam adde instrumentalem. l. 30. lege cuius. pag. 5. l. 17. lege In. l. 19. lege iustificationis. l. vlt. lege electionis. pag. 6. l. 14. pro 25. lege 52. pag. 7. l. 15. lege reprobationis. 11. pag. 1. l. 5. & 6. lege damnantur pag. 2. in marg. l. 1 lege extra, in text. l. 25. lege cuiusquam l. 30. lege pro. pag. 3. l. 4. lege sanctorum. l. 28. lege actu. pag. 5. in marg. l. 13. erat lege orat. l. 22. legitur lege loquitur. pag. 6. l. 4. lege vnusquisq; l. 8. lege tantum. l. 11. post. voc. erravimus, adde non. l. 13. lege ovium. l. 22. lege omnis. pag. 8 l. 9. lege contextus.



Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0333
Mecklenburg Vorpommern


Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0335
Mecklenburg
Vorpommern

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0337
Mecklenburg
Vorpommern

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1027481639/phys_0338
Mecklenburg
Vorpommern

mum in adulta ætate. NB. absurdum, & cõtra naturã instrumenti, cum hoc non per accidens, sed ex intentione Dei fieri dicant. Nam hypocritæ quidem non regenerantur, sed hoc fit per accidens, non ex intentione Dei: propter incredulitatem namq; hypocritæ, Infantum verò electorũ & inprimis reproborum longè alia est ratio

esse) vel si mavis Theologicum exemplum, I
iustificare, ex quâ quis non fit iustus, tum qu
Applica: Dicesne tu illum baptismum ve
generationis, eo tempore, ex quo quis non
baptizatur, imò ex quo nulli infantes rege
ptizantur? Fumos verborum vendunt Cal
cant: ex Baptismo nudum faciunt regen
quoniam duplicem Baptismum faciunt, u
teriorem & interiorem, quæro quando int
teriori baptismo? tumne quando exterio
mum (vt illorum phrasi) at hoc non fit;
baptizatos eo tempore regenerari: absq;
non est interior Baptismus, vt ipsi loquunt
nem externi Baptismi in state adultâ &
ptizantur: primùm in infantili ætate bapt
postea in ætate adultâ baptismo interno san
pulchra hæc Calvinianorum Theologia? 2
regenerationis Baptismum esse docent? No
coniunctas discerpunt? Nonne perperam di
Sed de hac quæstione vltima in fine huius c
nerantur. Vide sect. 20. : quia hi iuxta Calvinianos ex ipsâ intentione

Beza 2. part. respons. ad actã colloq. Mõpelg. pag. 113. 114. 115. 116. negat hoc, addens simul hãc malignam calumniam, quasi di-

18. Alij hoc prætendunt (Hungari
207. 208. 222.) dicentes: Se superius scripti
micè interpretari, vt simul fateantur, Bap
& ordinarium medium ac instrumentum
potenter & efficaciter præbeat & conf
remissionem peccatorum, salute
(at quando vos Calviniani? negatis enim
regenerari, quo externo medio vtuntur
guntur. Quando igitur operatur Deus effi

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset
Focus Balance
Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0339
Mecklenburg Vorpommern

vel instrumentum, tumne quando illud instrumentum nemo v-
surpat, & nemo externo Baptismo baptizatur? quomodo igitur
instrumentum per quod? *En hominum deliria, adhuc nega-*
bitis, vos nudum (vide sect. 19.) signum regenerationis ex Ba-
ptismo facere?) Beza etiam pag. 53. in 2. part. respons. ad acta
colloq. Mompelg explicans verba Christi Ioh. 3. Nisi quis rena-
tus fuerit ex Aqua *& Spiritu (quae tamen verba Calvinus a-*
liter interpretatur, vt vidi[illegible]ra) vocat aquam causam in-
strumentalem externam [illegible]is.

*Verba eius sur[illegible]*lit, Christum ibi minimè
constituisse si [illegible]recensere, sed illius ef-
fecti, sive [illegible]e ingenerationis, du-
as ca[illegible]talem videlicet ex-
[illegible]ternae ablutionis
[illegible] quae est κύριον
[illegible]*is expressè A-*
[illegible]*regeneratio-*
[illegible]*m illa duo*
[illegible]*t, & non*
[illegible]*log. fol. 341.*
[illegible] *Deus movet ani-*
th[illegible] hos homines vertigine
mos, [illegible]m sensum esse traditos? Mo-
capitis [illegible]am instrumentalem: aliud namq;
*dò aiunt [illegible]*od nempe significat quidem regene-
signum re[illegible]on conferatur, *sicuti infantibus baptiza-*
rationem, e[illegible]*tis iuxta Calv[illegible]anos eo tempore, quo baptizantur, non confer-*
tur: sed demum in adultâ ætate, vt in sect. 20. dicetur: Ideoq;
illis tantum est signum regenerationis, non instrumentum con-
ferens, & aliud etiam causa instrumentalis efficiens, per quam
Deus efficaciter & potenter præbet & confert menti fideli re-
missionem peccatorum, salutem & regenerationem, *vt Hun-*
gari Calviniani loquuntur. Sed accepto hoc illorum, quamvis

inane

" *si dicamus,*
" *ita esse cau-*
" *sam instru-*
" *mentalē vel*
" *baptismum*
NB. *vel Aquā baptismi, ut cibus, per quem Deus nos nutrit: quasi verò cibus propriè sit causa instrumētalis, & non simul secunda causa principalis efficiens, & quasi omnium causarum instrumentalium sit eadem ratio. Malus est Logicus Beza.*

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1027481639/phys_0340
Mecklenburg Vorpommern